


...carius vel pro... ...ntiæ ex Casibus ...e contra Legem Regni

2° Siquis voluerit Compendium facere Resolutionum Moralium juxta Spœcies Regni Poloniæ.

TRIBUNAL SACRUM
SEU
DE ARTE
FACIENDÆ & AUDIENDÆ SACRAMENTALIS CONFESSIONIS

Opus Regno Poloniæ specialiter accommodatum.

VOLUNTATE
ILLUSTRISSIMI & REVERENDISSIMI DOMINI
D. STANISLAI HYACINTHI SWIĘCICKI
DEI & Apostolicæ Sedis gratiâ
EPISCOPI CHELMENSIS
FUNDATORIS COLLEGII VARSAVIENSIS
SOCIETATIS IESU.

Conscriptum

A

R. P. ADALBERTO TYLKOWSKI
eiusdem Societatis Theologo.

VARSAVIÆ,
Typis Caroli Ferdinandi Schreiber
S. R. M. Typ. Anno 1690.

FACVLTAS
R. P. PROVINCIALIS.

CVm Opuſculum P. ALBERTI TYLKOWSKI inſcriptum TRIBVNAL SACRVM aliquot è Societate noſtra Theologi recognoverint, ediq́; poſſe in lucem iudicaverint, ego infraſcriptus facultate mihi datâ ab A.R.P.N. Ioanne Paulo Oliva Præpoſito noſtro Generali concedo ut typis vulgetur. Dat Brunsbergæ 1664. Novembr. 6.

Ioannes Rywocki S. I.
Præpoſitus Provincialis
per Lituaniam.



ILLVSTRISSIME REVERENDISSIME

DOMINE DOMINE.



Ignum CELSITUDINIS VESTRÆ *Manibus offero munus, quia aureum: tali enim iam pridem hoc Opuscullum appellatione condecorâsti, quando illud Zamoscensibus typis Tuo auro luci publicæ dare statuisti: & cùm res aliter evenisset, sæpe mecum benignissimè, quòd nondum videret diem, expostulâsti. Aurum itaq; offero, sed ex Tuo ore. Quòd aureum dicam nemo mirabitur qui noverit Te nonnisi aurum lo-*

qui, aurum spargere; illa agere quæ merentur auro scribi. Tuo auro, quæ hactenus in Catholicissimo Ducatu Masoviæ, non erat visa, iam in primaria eius vrbe, nimirum Varsaviensi, resplenduit S. Theologia, & lucem puram affudit nostro Orbi, & qui iam pridem Tuam Diæcesim Tuis doctrinis & exemplis inauraveras, etiam Vrbem hanc Regiam exornâsti, vt sacrâ imbutus Clerus scientiâ, aurea possit reducere sæcula, aureamq; messem animarum in horreum Magni illius & communis Patrisfamilias deportare. O dignam Tuâ zelosissimâ mente munificentiam! Sic cælestis Ierusalem ædificatur. hoc auro nitent illius plateæ. hæc est gloria non vrbis alicuius conditæ, sed inclytæ

Sionis,

Sionis, cuius Portis non iam inscribendum. Sophia me fecit: *Sed Munificentia* SWIECICIANA. *Benè Ecclesiæ, benè Tibi, Præsul Sapientiss me prospexisti: benè Tuorum egregiè factorum perennitati contulisti. Hoc est vivere Præsulem. hoc est scire aurum serere ut crescat, ut iam Theophrasto credere possimus si pro Macedonia posuisset Varsaviam, aurum seminari ut proveniat. Hoc est in cælestes thesauros suas deportare opes. Habebunt materiam magnæ Panegyris ventura sæcula, sed non unâ omnia exequentur. Sed ad meum Opusculum redeo. Nempe ut Tuum, quia Tuo beneficio factum, natum: quia partem Tuæ ha-*

bet Sapientia, quia plurimis Tibi debetur titulis: quia ab antiquo & ego totus sum

ILLVSTRISSIMÆ REVERENDISSIMÆ CELSITVDINIS VESTRÆ

Cliens humillimus

ADALBERTVS TYLKOWSKI S. J.

PROLOGOMENON
De Fructibus Confeßionis & S. Communionis

CAPVT I.
De Fructibus Confeſſionis

§. 1. *De Fructibus bonæ Confeßionis.*

I.



Onfeſſio bene inſtituta illuminat, Pænitentis intellectum, ſiquidem ex officio ſuo Confeſſarius illum inſtituit in particulari, & docet quæ ſit gravitas peccati, quando eſt mortale aut veniale, aut etiam nullum. Propter actum etiam humilitatis, quem exercet Pænitens ſua manifeſtando peccata, Deus largitur lumen vt homo ſua delicta cognoſcat, dicatq; cum Pſ. 50. *Iniquitatem meam ego cognoſco.* Si enim id piſcina Siloë habuit vt in ea lotus receperit viſum. Ioan. 9. *Abijt ergo & lavit, & venit videns.* quantò magis confeſſio, quæ per hanc piſcinam ſignificabatur? tum homo, quod putabat lucem, agnoſcit eſſe tenebras, quod putabat malum videt eſſe bonum, & quod bonum videt eſſe ma-

lum. Advertit esse peccata quæ non putabat esse peccata. Instruitur quomodo debeat resistere tentationi, fugere occasiones, satisfacere proximo, quomodo sit deinceps vivendum.

2. Orat Confessarius pro suo Pœnitente, cuius comedit peccata, hoc est, oratione iuvat ad abolendum. Vnde S. Aug. de pænit. dist. 6. c. 1. Confessarium monet. *Adiuua Confitentem orando, eleemosynas faciendo, & alia bona opera pro eo.* & Iacob 1. *Confitemini alterutrum peccata vestra, & orate pro inuicem vt saluemini.* Imò & tota Ecclesia orat pro Confitentibus, dum ita precatur *Exaudi Domine supplicum preces, & confitentium tibi parce peccatos.*

3. Confessio bona placat iram Dei, & flagella eius amovet. ita ipsemet Deus Levit. 26. dicit de peccatoribus Israelitis. Quòd, *Et si de his aliquam rem fecerint, tabescent in iniquitatibus suis in terra inimicorum suorum, & propter peccata Patrum suorum, ac sua affligentur, donec confiteantur iniquitates suas, & Maiorum suorum quibus prævaricati sunt in me.* Et Daniel. c. 9. statim atq; confessus peccata populi sui, conspexit Angelum Gabrielem; qui illi annuntiavit, quod populus esset liberandus è captivitate Babilonica. Et David

vid 2. Reg 24. Cùm vidisset Angelum gladio armatum occidere populum, cecidit in genua, & peccata confessus iuxta morem illius temporis, & statim Angelus reposuit gladium in vaginam, & cessavit à cæde. Atqui Confessio nostra est multò dignior, quare, atq; est à nobis cum debito modo peracta, amovet Deus flagellum famis, morborum, inimicorum, & aliorum malorum.

4. Confessio aufert peccata, & hominem efficit Sanctum. ad hoc enim servit quod dixit Salomon Prov. 28. *Qui confessus fuerit, & reliquerit scelera sua, misericordiam consequetur.* & monet Eccl. 4. *Pro anima tua non confundaris dicere verum. est enim confusio adducens peccatum, & est confusio adducens gloriam & gratiam.* ita & Psal. *Dixi, confitebor adversum me iniustitiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei.* De hoc ipso beneficio remissionis peccatorum ita nos securos facit. 1. Ioan. 3. *Si confiteamur peccata nostra, Deus fidelis est & iustus ut remittat peccata nostrá, & emundet nos ab iniquitate.* Quare Ambros. serm. quadrages. ad confessionem ita hortatur. *Ecce nunc tempus acceptabile adest, in quo confessio animam à morte liberat.* vnde Scriptura dicit Isa. 43 *Dic tu*

quitates tuas vt iustificeris. His verbis ostenditur quia non meretur iustificari qui in vita sua peccata noluit confiteri. & Isid. lib. 1. *Confessio sanat, confessio iustificat, confessio peccatis veniam donat. omnis spes in confessione consistit, in confessione locus misericordiæ est. nulla tam grauis est culpa quæ per confessionem non habeat veniam.*

5. Confessio dimittit pœnam temporalem peccatis debitam, pro ratione doloris & pudoris in ea habitorum. de hac re Ambros. lib. de S. Ioseph. *Plurimùm suffragatur verecundia confessioni, & pœnam quam defensione vitare non possumus, pudore confessionis extinguimus.* & Aug. lib. de pænit. *Qui per vos peccastis, per vos erubescatis, erubescentia enim ipsa partem habet remissionis.* & rursus. *Quoniam erubescentia magna est pœna, fit dignus veniæ, id est, remissione pœnæ, qui pro Christo eo rubescit, confitendo.* Ex his fortè infert S. Th. 4. dist. 14. Quòd, *quantò quis pluries confitetur, pluries erubescit: & ideò magis sibi remittitur de pœna purgatorij.* In hanc rem adducit de Fæmina quadam exemplum S. Antonin. 3. p. tit. 14. c. ¶. 3. Quæ contrita audiendo concionem, confessa cum tanto dolore & pudore vt statim fuerit mortua, revelatum est quòd rectè iverit ad cælum sine ullo purgatorio.

6.

6. Confeſſio præſervat ne in peccata quæ aliquis eſt confeſſus relabatur. quia diabolus quiincitat ad peccata eſt ſimilis latroni, cùm verò eſt manifeſtatus latro non redit ad locum eundem, ſed vadit cò vbi de illo neſcitur. Ita, poſtquam Eliſæus latrones Syriæ patefecit Regi Iſràël, fugerunt, neq; ampliùs in Samariam ſunt reverſi cui antea fuerunt multùm graves.

7. Confeſſio retrahit hominem à quibuſvis peccatis. nam dum incitatur Homo ad peccandum qui ſolet confiteri vt debet, dicit ſibi. Si peccavero, oportebit confiteri, voluptas brevis quanto dolore redimenda! cum quanta verecundia dicendum erit peccatum! & ſe vincit.

8. Confeſſio vera vincit diabolum cum ſuis tentationibus, legitus de Machabæo 1. Mach. cum exercitum duceret contra Timotheum Ducem filiorum Ammon, venit Dux iſte ad quendam torrentem, quo viſo, dixit ſi voluero torrentem tranſire, & invaſerit Iuda, non ſuſtinebo: ſed ſi timuerit tranſire, ego transibo, & vincam, ſed Iuda cum ſuis tranſivit, & terruit Timotheum, atq; exercitum eius diſperſit. Inda interpretatur Confeſſio, quando homo nõ ſolùm accedit lachrymarum torrentem,

ſed

sed etiam per confessionem illum transfie, dissipat Timotheum, id est, dæmonem cum suis tentationibus. Legitur apud Cassianum, quòd Serapion adhuc iuvenis, dum à gula tentatus adeò ut quosdam cibos occulte furaretur, & tandem vespere illos absumeret occultè, deniq; agitatus conscientiâ coram Abbate id confessus cum dolore multo, tum ex sinu illius egressa est flamma, in quo solebat cibos abscondere, & cellam intolerabili fætore complevit. Ab hoc tempore Serapion nunquam hâc pulsatus tentatione, qui quam diu illam occultabat semper ab illa vincebatur. Quare S. Aug. alicubi vocat Confessionem, Oppugnatricem dæmonum.

9. Liberat ab infestationibus dæmonis. Figura huius fuit. Quando David pulsabat cytharam, Spiritus malus desistebat à vexatione Saul. Cytharam esse figuram Confessionis innuit Ps. 42. *Confitemini Domino in cythara.*

10. Tollitur potestas dæmoni proclamandi peccata hominum. Sic legitur de quadam vidua Romana, vt scribit Nicol. Malnepote, quæ filium ex adulterio conceperat, & fidendo suis bonis operibus, id peccatum per decennium reticuerat in confessione.

fessione. Sed dæmon metuendo ne tandem aliquando confiteretur, assumpsit formam cuiusdam Iuvenis, & se obsequijs addixit Pontificis, apud quem post aliquod tempus accusavit illam mulierem de adulterio, citata illa ad Pontificem, sed priusquam se sisteret, confessa id peccatum, stetit se deinde, iussus Iuvenis vt accusationem institueret, dixit se, ipsam mulierem nec vnquam vidisse nec nosse. Quare Pontifex Iuvenem pro infamatione punire constituit, sed ille disparuit. Et videmus id quotidie in obsessis quòd per illorum linguam dæmon proclamet ea peccata quæ aliquis non confessus, sed postquam est confessus iam nulla peccata profert dæmon, imò dicit illos esse alios quàm fuerint antè. Quarè meritò S. Hieron. *Quantò magis quis peccata sua confitendo detegit tanto magis Deus illa tegit*. ita vt nec in futuro iudicio possit illa dæmon detegere, quando iuxta Eccl. 24. erit, *In fine hominis denudatio operum eius*.

11. Hominem consolatur, vt fiat sicut Ps. 41. *In voce exultationis & confessionis*. & Isa. 57. *Creavi fructum labiorum pacem*. nam homo per confessionem reparat cum Deo & cum sua conscientia pacem, inde absce-

dit tristitia, & sentitur hilaritas veluti ingenti onere ab humeris dempto quod eos premabat, & certè onus grande homo deposuit, cuius rei admonuit Isa. 58. *Dissolve colligationes impietatis, solve fasciculos deprimentes.*

12. Confessio bona cogitationes hominis dirigit in Deum iuxta illud *Prov. 16. Revela Domino opera tua, & diriget cogitationes tuas.* & è contra Prov. 28. *Qui abscondit scelera suâ non dirigetur.*

13. Virtutes instaurat, nam confessus resumit bona opera quæ omiserat. vnde Aug. Confessionem vocat restaurationem virtutum.

14. Laudat Deum. nam Ezech. 7. dicitur. *Confiteberis, & laudabis Deum.* nam dum de peccatis homo dolet, agnoscit quàm bonum Deum offenderit, & ita eius laudat bonitatem, reprehendendo se quòd in tam bonum peccaverit.

15. Efficit vt opera bona quæ fecit Pænitens placeant Deo. nam quæ fiunt in peccato vitam æternam non merentur, & sunt veluti non essent. Peccator est similis terræ congelatæ, aut diluvio obrutæ, qua non affert fructus, quia solis radij illam non penetrant. Isa. 59. *Iniquitates vestræ*

divis

diviserunt inter vos & Deum vestrum, & peccata vestra absconderunt faciem meam à vobis. Sed ubi glacies, vbi aquæ peccatorum sunt per Confessionem remotæ, terra cordis tacta Divino radio salutares fructus profert bonorum operum, ieiuniorum, Orationum, eleemosynarum, remissionis iniuriarum &c. qui Deo placent, & cooperantur ad vitam æternam. quod describit S. Ambros. loquendo de Cain. *Egressus malitiæ, virtutis operatur ingressum, eodemq; studio quo crimen expellitur, innocentia copulatur.*

16. Præcedit alias virtutes in obtinenda remissione peccatorum. Figura huius Exodi 14. Cùm Filij Israël egressi ex Ægypto rubrum accessissent mare, non sunt ausi illud ingredi quantumvis à tergo instaret cum maximo exercitu Pharao. Prima tribus Iuda est tandem ingressa, & reliquæ subsecutæ, & sic totus Israël salvatus. Iuda significat Confessionem, vbi hic præcessit sequuntur virtutes Christianæ, quæ non audebant procedere ad Deum vt impetrarent salutem hominis, iam accedunt. nam faciat quæcunq; bona opera homo si non vult confiteri peccata non obtinebit eorum remissionem & salutem, cuius re didimus exemplum in libro Polonico Historiarum de peccatoribus.

17. Exornat animam, siquidem illam purgat & mundat, facit pulchram & splendidam. nam de peccatore dicitur Thren. 4. *Quomodo obscuratum est aurum, mutatus est color optimus, denigrata est super carbones facies eorum.* Iam verò per confessionem inducitur pulchritudo. Hieron. de pœnit. dist. *Confessio & pulchritudo coram eo, vt qui fuerit peccata sua confessus, dicens, corruptæ sunt cicatrices meæ, fœditatem vulnerum in sanctitatis mutabit decorem.* & S. Aug. *Per confessionem, homo fœdus fit pulcher.* & contingit sicut cum Naaman leproso 4. Reg. 5. qui cùm se lavit in Iordane, omnis turpitudo lepræ recessit. Sic apud Cæsarium legitur quòd dæmon comparuit audienti Confessiones, & interrogatus quid vellet? respondit, quòd conaretur eos avertere qui ad confessionem accedebant, quia accedentes videbat valdè deformes, recedentes autem mundos, candidos, & pulchros.

18. Claudit infernum, nam qui bene confessus moritur, in Dei gratia decedit, neq; ad infernum vadit, atq; ita illi clauditur infernus. quare dixit S. Aug. *Confessio obstruit os inferni.*

19. Cælum aperit, de quo Ambr. *Ecce nunc tempus acceptabile, in quo confessio aperit paradisum*

radisum

radiſum latroni in cruce confitenti peccatum ſuum, dicendo. Et nos quidem iuſtè, nam dignæ factis recipimus, cui dictum fuit. Hodie mecum eris in paradiſo. Hoc ipſum dicit Aug. *Confeſſio paradiſi portas aperit.*

20. Confeſſio dat gloriam. ita Eccl. 4. *Pro anima tua ne confundaris dicere verum, eſt enim Confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gratiam & gloriam.*

21. Sanat morbos, hoc ſe dicit expertum citatus Malnepote Canonicus Lateranen. non quòd id ſemper eveniat, ſed cùm infirmo expedit ſanari. quia ſæpe cauſa morborum ſunt peccata, vnde Chriſtus multis à ſe ſanatis dixit, *Vade ampliùs nolī peccare.* Sublatâ verò cauſâ tollitur effectus vnde S. Scriptura. *Creavi fructum labiorum pacem, pacem ei qui longè eſt, qui propè, dicit Dominus, & ſanavi eum.* Inde Medicis præſcriptum ut non curent infirmum qui renuit confiteri.

§ 2. *Fructus qui prodeunt ex relapſu in peccata poſt Confeßionem,*

1. Status relabentium eſt peior quàm fuit ante Confeſſionem. 2 Petr. 2. *Refugientes coinquinationes mundi, ſi rurſus eis implicantur, facta ſunt eis poſteriora deteriora prioribus.* Vnde

Ioan. 5. cùm sanasset Christus paraliticum dixit, *Ecce sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat.* Ita solet fieri, si baptisatus adultus redeat ad peccata, ut maior fiat peccator quàm antea. Ita qui intrat Religionem, si ad priora redeat, deterior efficitur, quàm fuerit in sæculo ut de illis dici possit. *Novissima istorum peiora prioribus.*

2. Qnando Deus in Confessione condonat peccata, promittit ferè Pænitens quòd illum ampliùs non sit offensurus, proinde si rursus peccat, fallit datam fidē, & promissionem non implendo, offendit. Deinde magnam ingratitudinem ostendit pro maximo beneficio, quod est condonatio peccatorum. Ostendit etiam spernendo gratiam & illam reiiciendo, atq; ita se Christo opponendo.

3. Ante confessionem habebat Peccator unum solum diabolum qui illum tentabat, post relapsum, habet & hunc, & alios septem nequiores iuxta Luc. 11. *Tunc vadit & assumit secum septem alios spiritus nequiores se.* Vnde fit, ut qui antea, & pauciora & minora peccata habeat, relapsus habeat plura & graviora.

4. Relapsus magis Dei provocat iram quàm

quàm antea, ut illi conveniat. *Irritaverunt & provocaverunt me* ac proinde facit sibi Deum placatu difficiliorem.

5. Culpa post relapsum est gravior quàm antè, quia in Confessione cognovit meliùs gravitatem peccati, tam ex lumine Divino quàm ex instructione Confessarii, & tamen ad eam redit. Vnde sæpè talis amittit conscientiam, quæ est frænum peccati, imò de peccato gloriatur iuxta illud Ps. 3. *Glorientur cum male fecerint.*

6. Si Petrus aliquid promitteret Paulo, & postea faceret contrarium, videretur ludere Paulum. simile quid faciunt cum Deo qui relabuntur in peccata post Confessionem ut de illis possit dici Ps. 34. *subsannaverunt me subsannatione,*

7. Quantò aliquis magis relabitur in peccata, tantò magis renovat passionem Christi & mortem. *Rursus Crucifigentes sibimet ipsis Filium Dei* nam peccata sunt causa passionis & mortis Christi: Isa. 53. *Propter scelus populi mei percussi eum.*

8. Relabentes in peccata redduntur tandem obstinati, et imitantur Pharaonem cui quantò plùs Deus misericordiam præstabat tantò plùs indurescebat, & fiebat obstinatior, ac proinde merentur ut à Deo dese-

rantur

rantur, iuxta illud. *Quia reliquistis me, & ego reliqui vos.* insequitur desperatio, sicut factum est in Cain & Iuda.

9. Relapsos ubi dæmon recepit, veluti servos fugitivos vehementius ligat, *Custodit atrium suum.* sicut qui amisit rem caram, si deinde illam invenit, multò diligentiùs quàm antea custodit.

10. In relapsu oritur consvetudo, quæ illos in peccato retinet, ut ex illo difficillimè consurgant, nam consvetudo est altera natura. patet hoc in concubinarijs, apostatis, hæreticis, avaris &c. Interea pæna gravior manet. Chrysost. *Si illustrati & à pristinis malis remissi, denuò redimis ad eandem nequitiam, gravior & difficilior pæna priore.* Proinde, qui estis confessi dicit S. Ioan. *Videte vosmetipsos, ne perdatis quod operati estis.* amittunt enim omnia merita quæ ante relapsum habuerunt, *sed ut mercedem plenam accipiatis. Omnis qui recedit, & non permanet in doctrina Christi, Deum non habet.*

CAPUT II.

De Fructibus dignè percipientium S. Communionem.

Fructibus Confessionis adiungo fructus S. Communionis, quia hanc illi solent Fideles adiungere.

I.

PEr S. Communionem dimittuntur peccata venialia, & illa mortalia quorum quis est oblitus, aut quæ se non putat comisisse. nam S. Communio sumitur instar cibi, huius verò est nutrire & reparare in corpore id quod amittitur quotidie absumente vi caloris naturalis. Quotidie etiã de spiritualibus aliquid deficit in nobis propter calorem concupiscentiæ, & peccata venialia. vnde S. Ambr. lib. de Sacram. dicit, quòd iste panis quotidianus assumitur in remedium quotidianæ infirmitatis. Quare cùm dicimus in Oratione Dominica, *Panem nostrum quotidianum da nobis* statim adiungimus. *Et dimitte nobis debita nostra.* per ista debita intelliguntur peccata venialia, & mortalia quorum non recordamur, non autem alia mortalia, nam sicut cibus solùm iuvare potest vivum non autẽ mortuum, sic S. Communio solùm viventem per gratiam Divinam. qui verò est in mortali est mortuus. Deinde remittit venialia, quia in nobis excitat fervorem charitatis, & hoc iuxta devotionem recipientis S. Communionem. Remittit etiam ex hoc capite quia repræsentat effusionem sangvinis Christi factam in remissionem peccato-

rum, de quo ipse Dominus *Hic est sangvis meus qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum.* in hanc rem S. Paulus ita argumentatur. Si sangvis hircorum & taurorum, qui in sacrificijs antiquis offerebatur, & cinis vitulæ aspersus sanctificat maculatos peccato, & mundat carnem, quanto magis sangvis Domini nostri IESV Christi? Remittit dicta peccata, si enim Lucæ 6 virtus de Christo exibat & infirmos à quacunque infirmitate liberabat, certè neq; in S. Communione hæc virtus deerit, & si ibi sanabantur solùm tangendo Christum, multò magis hîc sanabuntur illum intra se sumendo. nam de illo Ioannes. *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.*

2. Dat copiosam gratiam, vnde 1. Cor. 1. Paulus gratulatur illis qui frequenter communicabant. *Gratias ago Deo semper pro vobis, quia in omnibus divites facti estis in Christo IESV, in omni verbo, & omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis, ita vt nihil vobis desit in omni gratia, expectantibus revelationem Domini nostri.* Nec est mirum quòd S. Eucharistia impleat gratià, quia in illa est, de quo Ioan. 1. *Vidimus eum plenum gratiæ & veritatis*, & alibi. *Lex per Moysen data est, gratia & veritas per IESVM*

Chri-

Christum facta est. Hic est fons gratiæ.

3. Animam conservat in vita, sicut in paradiso Gen. 3. esus ligni vitæ conservabat vitam corporis. & iustum est vt hic cibus conservet vitam, si quidem per cibum vetitum mors intravit in mundum. quare Christus Ioan. 6. dixit. *Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducaverunt in deserto manna & mortui sunt. hic est panis descendens è cælo, si quis ex ipso manducaverit non morietur. Ego sum panis vivus qui descendi de cælo, si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum, & panis quem ego dabo, est caro mea pro mundi vita. In veritate vobis dico, si non manducaveritis carnem Filij hominis, & non biberitis eius sangvinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum sangvinem, habet vitam æternam, & ego eum resuscitabo in novissimo die, nam caro mea verè est cibus, & sangvis meus verè est potus. Qui manducat me, vivet propter me.* Hic est cibus perfectus. in cibis namq; corporalibus tres defectus inveniuntur. Nam inprimis dum cibus corporalis comeditur, minuitur, atverò de isto. *Sumit vnus, sumunt mille, tantum isti quantum ille, nec sumptus consumitur.* Et licet sacra hostia in partes dividatur, iste cibus non dividitur. *Fracto demum Sacramento ne vacilles se-*

memento, tantùm esse sub fragmento quantum toto tegitur. Nulla rei fit scissura, signi tantùm fit fractura, qua nec status nec statura signati minuitur. Vides frangi S. Hostiam non cogita frangi corpus Christi, sed crede esse integrum tam sub tota hostia, quàm sub qualibet hostiæ parte. Alter est defectus in cibo corporali, quòd tandem inducit fastidium, sed iste cibus in bene disposita anima, non solùm nullum inducit fastidium, sed etiam auget appetitum. Eccl. 24. *Qui manducant me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc sitient.* Vnde qui frequenter dignè communicant, semper appetunt communicare, nec satiari possunt, donec illum revelatâ facie percipiant in cælo. Male autem præparati non sentiunt istam oblectationem, imò concipiunt fastidium: Figura huius fuit Manna Num. 11. quamdiu Isràelitæ fuerunt boni, percipiebant omne delectamentum in manna: postquam corrupti sunt, dicebant, super isto cibo nauseat anima nostra. Nam mali se tradunt rebus carnalibus sicut se dederunt Iudæi, qui desiderabant comedere cucumeres, pepones, porros, cepas, allia. ita mali tradiderunt se superbiæ, ambitioni, gulæ &c. Tertius defectus est in cibo corporali, quòd

quòd modicum habeat ſaporem, & quilibet alium ſed in hoc cibo ſpirituali omnis ſapor reperitur, ſiue ſuavitas omnis ſaporis, figurabatur enim per manna, de quo Sap. 16. *Panem de cælo præſtitiſti eis, omne delectamentum in ſe habentem, & omnis ſaporis ſuauitatem, ad quod quiſq́; volebat convertebatur.* Ita hoc Sacramentum habet ſaporem omnis virtutis, nulla enim eſt quæ in illa non contineatur perfectiſſimè. Quæris humilitatem? eſt in illo. *Exinannivit ſeipſum.* quæris charitatem? eſt. *Maiorem charitatem nemo habet &c.* quæris patientiam? eſt. *Tanquam ovis coram tondente ſe obmutuit.* & ſic de alijs virtutibus.

4 Dignè Communio accepta mutat in Chriſtum. Cibi corporales mutantur in ſubſtantiam eius qui eos ſumit, & ita in ſe corrumpuntur. quod fit quia eos noſter calor ſuperat, ſed hic cibus fortior eſt calore noſtro, nec corrumpitur, nec in ſubſtantiam comedentis vertitur, ſed mutat & convertit comedentem in ſuam ſubſtantiam. Vnde Chriſtus dixit S. Auguſtino. *Creſce & manducabis me nec tu me mutabis in te, ſed tu mutaberis in me.* Iſtam mutationem recipit qui dignè communicat, ac propterea Chriſto vnitur adeò, ut cum illo ſit unus ſpiri-

tus, ut dicit S. Paulus 1 Cor. 2. quod ipsum patet amplius ex verbis Christi. *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in illo.* Nam S. Communio animam purificat, & accendit ita amore Divino, ut vivat tota in suo Domino, & ita Apostolus Dei charitate inflammatus dicebat. Gal. 2. *Vivo ego iam non ego, vivit vero in me Christus* siquidem iuxta S. Dionys. Amor Divinus transformat & vnit cum amato illos in quibus est, non secundùm essentiam quidem rei sed secundùm effectum. Hinc fit, ut qui devotè recipit hoc Sacramentum, de carnali fiat spiritualis, ut aliquando etiam non indigeat cibo corporali ut legitur de S. Catharina Senensi. Sed etiam hoc considerandum est. Christi humanitas est infinitè facta sancta, quia illi Persona Divina est vnita, in sumptione Eucharistiæ dignè facta mutatur mysticè homo in Christum, itaq; necesse est sequi, ut in hominem maxima descendant dona.

5. Valdè honorat S, Communio communicantem, siquidem in ea Rex ad suam mensam suum admittit subditū. Si Rex ad mensam suam admitteret subditum, ad quam non admitteret Principes, certè Subditus rusticus nunquam huius honoris deberet

beret oblivisci imò semper illius esse memor & pro illo semper agere gratias. Huius honoris figura est in Rege David 1 Reg: 9. Qui volendo affectum demonstrare erga mortuum Ionatham, inquisivit an aliquis de domo illius superesset, & ubi invenit superesse vnum Misboseth claudum vtroq; pede, nam dum esset infans, nutrix eius ebria permisit illum cadere in terram, iussit illum in sua mensa comedere. Dauid repræsentat Christum, Ionathas mortuus Adamum, Misboseth nos utroq; pede claudos, hoc est, intellectu & voluntate in intellectu est ignorantia; in voluntate negligentia & mala inclinatio. Quia nostra nutrix Eva vino adulationis serpentis ebria induxit Adamum ut comederet de cibo vetito, & sic in trrram cecidimus peccati originalis, ex quo omnes potentiæ animæ nostræ sunt factæ debiles, Christus ergo volendo suum erga nos amorem ostendere, nos ad mensam suam invitat tanquam si essemus filii Regis. Propterea cum Sancta verecundia decet nos accedere, & cum millenis gratiis quòd nos ita honoret. Filii Regis sunt Angeli. Iob 4. *Vbi eras cum me laudarent astra matutina, & iubilarent Filii Dei:* Angelorum hæc est mensa, ecce nos de illa comedimus. Sap.

16.

16. *Panem cæli dedit eis, panem Angelorum manducavit homo.* Comedamus hunc panem tanquam Angeli, illi quidem comedunt revelatâ facie, nos abſconditâ, & ſub accidentibus. Excellentia huius menſæ ſuperat omnes menſas totius mundi ex quatuor capitibus. Primum eſt, quia diu durat, legimus de Aſſvero Eſth. 1. qui In civitate ſua conuiuium per ſex menſes protraxit, quibus menſa Regis patebat omnibus eius regni. ſed ad hanc menſam admittuntur non ſolum unius regni homines, ſed ex omnibus. Et eſt mirabile quòd unus Sacerdos in vna Miſſa poſſit conſecrare tot hoſtias quæ poſſint ſufficere pro toto mundo. Illa menſa ſolùm menſibus ſex duravit, iſta mille ſexcentis, & ad mundi finem durabit iuxta illud quod dicit Chriſtus Math. 28. *Ecce ego vobiſcum ſum usq; ad conſummationem ſæculi* ex quibus verbis deducit Io. Gerſon. quod ſi videris celebrari Miſſã, certus eſſe poſſis quòd illa die non ſit futurus finis mundi. Hæc menſa figurabatur per lignum vitæ, per Sacrificiũ Melchiſedech, per Manna, Per Agnũ Paſchalem, & alias figuras. Ratio ſecunda eſt. Quia hæc menſa nobiloir omnibus menſis mundi, cui enim menſæ ſerviunt, Reges, Imperatores? huic verò

ſervit

servit maior Regibus & Imperatoribus Christus se in cibum dando, & illum distribuunt Pontifices, Episcopi, Sacerdotes, assistunt Angeli, & circumdant Sacerdotem, & eos qui communicant, & hoc propter tres causas. 1. vt Christum honorent tanquam summum Pontificem cui decet multos assistere. 2. vt se invicem tanquam carbones vivi in unum congesti amore Dei inflamment. De his enim Ps. 103. *Qui facit Angelos suos spiritus, & ministros suos ignem urentem* 3 vt dæmones repellant qui conantur in communicantibus impedire devotionem. Si enim Angeli se iungunt canentibus Psalmos, iuxta illud Ps. 67. *prævenerunt Principes cuniuncti psallentibus.* quanto magis se iungent communicantibus. Tertia ratio quòd ista mensa sit omnibus mensis mundi dignior quia cibum habet pretiosissimum, desiderabant hanc mensam plùs quàm per quinq; millia annorum, est in ea hic cibus Filius Dei, cuius caro & sangvis omni cibo & potu pretiosior, de quo ipsemet Ioan. 6. *Caro mea verò est cibus & sanguis meus verè est potus.*

6. Sacra Communio implet Divino amore, ut veluti ebrii omnium malorum obliviscantur Ps. *Calix inebrians quam præclarus*

rus est. obliviſci facit miſeriarum mundi.

7. Roborat fidem, quia in S. Hoſtia eſt ipſe author fidei qui illam donat homini. Ephes. 2. *Fides eſt donum Dei.* iſta maximé circa hoc Sacramentum exercetur, vbi ea credimus quæ ſuperant ſenſum & intellectum noſtrum 2. Cor. 10. *Captivantes omnem intellectum in obſequium Chriſti.*

8. Illuminat intellectum, & voluntatem inflammat. Caput animæ eſt intellectus & voluntas. Pſ. *Impingvaſti in oleo caput meum.* quod & illuminat & inflammat. inde ſcriptum 1. Reg. 4. *Aperti ſunt oculi Ionathæ cùm guſtaſſet modicum mellis.* Exemplum huius rei habemus Luc. 14. in diſcipulis euntibus Emaus, qui habentes oculos detentos, non cognoverunt Chriſtum niſi in fractione panis, vnde Theophilact. *Conſumentibus Sacramentum panis aperiuntur oculi.* & tum intellexerunt myſteria quæ antea ignorabant, legimus de Edmundo Episc. Contubernenſi, quòd dum incepiſſet die quadam de SS. Trinitate diſputationem, nocte ſequenti viſus eſt ſibi communicare Sacramentum afferente columbâ, & redeundo manè ad diſputationem quam finiturus erat coram numeroſiſſimo Auditore, vltrà ſuam ſpem diſputavit ad omnium admirationem

tionem quia spiritualiter cum eo communicaverat, qui est vera sapientia & virtus Dei.

9 Communio spem auget. Nam dum consideramus, quòd Christus se nobis dederit in cibum & in potum in hac mortali vita, multò magis dabit vitam æternam tanquam suis hæredibus. Timoth. 3. *Hæredes sumus secundùm spem vitæ æternæ.* Christus se ipsum dedit nobis in hoc Sacramento, quomodo non etiam dabit bona sua? ut dicit Rom. 8. *Quomodo non etiam cum illa omnia nobis donavit? quis accusabit adversùs electos Dei?*

10. Auget charitatem, dum enim consideramus quod Christus suam carnem nobis dederit in cibum, sanguinem in potum, quomodo erga illum in nobis charitas non crescit?

11. Pellit dæmonium, sic legitur de S. Stephano Præsbytero Constantinopolitano quòd S. Hostiâ tangendo caput energumeni, dæmonem ex eo fugaverit.

14. Iuvat contra dæmones & eorum tentationes, ut dignè communicatus possit illud dicere Ps. 22. *Si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es.* Figura huius fuit sanguis Agni, quo,

quarum domuum vnctæ fuerunt portæ, præservabantur ab Angelo percutiente, & Propheta dixit. *Parasti in conspectu meo mensam adversùs eos qui tribulant me*. Latrones non accedunt domum in qua sciunt esse Regem, sic neq; dæmones animam in qua Christus habitat. certè nihil est dæmoni terribilius hoc Sacramento, in quo iste Goliath videt victorem suum novum Davidem.

13. Corroborat & consolatur in afflictionibus. Ps. 103. *Panis cor hominis confirmat.* Quare S. Ambr. in Orat. *Domine per hæc Sancta mysteria mitigentur tribulationes, pericula populorum, gemitus captivorum, miseriæ orphanorum, necessitates peregrinorum, inopia pauperum, desperationes languentium, defectus senum, suspiria iuvenum, vota Virginum, lamenta viduarum.*

14. Mitigat ignem concupiscentiæ carnalis. Eccl. 18. *Nonne ardorem refrigerabit ros?* Christus est ille ros quem mitti petebant Patres cùm orarent Isai 45. *Rorate cæli desuper & nubes pluant Iustum.* continet hoc Sacramentum Regem Virginum formatum & natum de Virgine. *Hoc est vinum germinans Virgnes.*

15. Præservat à peccatis futuris. vnde Inno-

Innocentius de illo dicit. *Cavet mortalia, præseruat velut medicina contra putredinem, est lorica obiectu Adversarii defendens.*

16. Adducit vitæ perfectæ desiderium, ut prophetavit Oseas. *Vivent frumento, & germinabunt sicut unica, memoria illorum sicut vinum de monte Libano.* patuit hoc in primitiva Ecclesia, quando quotidie communicabant, quanto fervore attendebant orationi, quantopere terrena contemnebant & cælestia appetebant, quomodo verbum Dei observabatur, Deum timebant, charitate fervebant, ad summa perveniebant merita, pro fide mori non timebant.

17. Remittit pœnam peccatis iam remissis debitam, quia est simul sacrificium in quantum offertur, & facit hunc effectum tam in illo à quo offertur; quàm in illis pro quibus offertur. Vt est Sacramentum est institutum directè ad nutriendam animam uniendo illam cum Christo, sicut nutrimentum vnit se cum illo quem nutrit. Ista verò vnio fit per charitatem, propter cujus fervorem consequitur quis remissionem non solum culpæ, sed etiam pœnæ secundùm devotionem & fervorem, cum quo quis communicat. Sed inquantum est Sacrificium habet virtutem satisfaciendi, sed

in oblatione attenditur non tam ad rem quæ offertur quàm od affectum offerentis. Vnde Dominus Luc. 11. dicit de quadam Vidua quæ duos obolos dedit, quòd plus dederit quàm alij. Et licet ista oblatio propter suam magnitudinem sit sufficiens ad tollendam omnem pænam, nihilominus non satisfacit nisi iuxta devotionis quantitatem qua quis offert, & sic non semper omnem tollit pænam, ut docet S. Tho. 3. p. q. 79. a. 5.

18. Liberat à pænis purgatorij, quia, ut proximè dixi, non solùm est Sacramentum sed etiam Sacrificium quale placat Deum castigantem animas in purgatorio. Figura huius Exod. 12 quando per sangvinem Agni filij Israel fuerunt facti liberi à tenebris palpabilibus. Et sicut Daniel cap. ult. cùm esset in lacu leonum accepit refectionem per Abacuc Prophetam. Daniel in lacu repræsentat animas existentes in lacu purgatorij, Abacuc Sacerdotem qui præparat sacrificium pro suis messoribus, id est pro illis pro quibus offert sacrificium. Prophetam tulit Angelus ad locum per unum capillum, Sacerdotem defert ad purgatorium per intentionem, quâ animæ in purgatorio applicat Sacrificium. Altisidori-

ensis affirmat, quòd nunquam celebretur Missa, quin aliqua anima ex purgatorio liberetur, & ratio potest esse, quia sponsa Christi Ecclesia in omni Missa orat specialiter libertationem animarum, & probabile est quòd Sponsus qui illã vehementer amat & est misericordissimus ac benignissimus acceptet illius preces.

19. Deducit digna Communio ad cælum. Legitur de Elia quod postquam comedisset panem subcinericium præparatum ab Angelo, qui fuit figura huius Sacramenti, in fortitudine cibi illius quadraginta diebus ac noctibus ambulaverit, donec tandem perveniret ad montem Dei Oreb. Et Christus dicit Ioan. 6. *Qui manducat hunc panem vivet in æternum.* & Ecclesia canit, *O verè digna hostia, per quam fracta sunt tartara, redempta plebos captivata, reddita vitæ præmia.* Cassio Episcopo Narniensi, ut refert S. Greg. in Dialog. qui consueverat quotidie offerre sacrificium, narravit quidam eius Sacerdos, quòd illi præceperit Dominus in visione, ut diceret Cassio, ut veluti cæpit pergeret, neq; suam consuetudinem intermitteret, & quòd die SS. Petri & Pauli Apostolorum venturus esset ad Dominum, & mercedem recepturus. Episco-

pus vertente ab eo tempore anno ſeptimo, die ſuprâdicta celebravit Miſſam & ſumptâ Communione rectè iuit ad cælum, ad quod illum deduxit S. Communio.

20. Corpori prodeſt. Libertus diſcipulus Heliodori Epiſcopi Altinenſis, solùm diebus Dominicis refectus S. Communione alijs omnibus diebus perſiſtebat absq; omni cibo & potu. idem narratur de S. Liberale itidem de Ioanne Abbate in eremo Thebaidis, & aliis. Præterea S. Communio non ſolùm animam ſed etiam corpus defendit ne illi nocumentum inferatur. hoc figuratum fuit in eo, quia Angelus exterminator non potuit nocere illis domibus, quorum ſuperluminaria fuerunt peruncta Agni Sangvine.

TRIBVNAL SACRVM
Sive
ARS SACRÆ CONFESSIONIS.

CVm non leve ſuum purgaturus animam diſcrimen adeat Pænitens, niſi ritè rectèq; partes Rei, ſeq; Accuſantis obierit: neq; minus Confeſſarius ſi Pænitenti ſe exhibeat aut non ita probum,

aut non ita scientem, vtriq; eâdem operâ decrevimus succurrere, cùm utriq; causa non in paucis invicem sibi communicet. Pænitentis est graviter ac sedulò discutere conscientiam, omnia sinceré pandere, de male actis dolere, & nõ nulla alia de quibus paulo post agetur, exequi: Confessario munus in corrupti Iudicis incumbit, ita ut etiam Actoris Reiq; partes aliquando compleat, agat simul Medicum, Doctorem, solvat, liget, consulat, arguat, increpet, in omni charitate ac patientia: vnde sit necesse & Iuris sacri peritus, & Moralem Asceticamq; Theologiam calleat: sit animo magno, prudentiâq; Sanctâ præditus. Quo circa ut officijs horum succuramus, præsentem scriptionem in hunc modum partiemur 1. Agemus de his quæ ante auditionem Confessionis habere, & scire debet Sacerdos. 2. Quæ Pænitens ante eiusdem Confessionis redditionem. 3. Quomodo se initio Confessionis gerere Sacerdos. 4. Quomodo in decursu, tam cum quolibet; quàm cum aliquibus certis, dum rationem reddunt, Dei atq; Ecclesiæ præceptorũ, itẽq, sui status; quod in forma Examinis proponemus siquidem tam Pænitens, quàm Sacerdos, in hoc passu Disquisitorem

agunt. Præcipitur enim Confessario *cap. omnes utriusq; sexûs. de pænit. & remiss.* Sit Sacerdos diligenter inquirens in Peccatoris circumstantias, & peccati; ex quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cuiusmodi remedium adhibere. 5. Examen conveniens cuiq; hominum statui proponemus. 6. De his agemus quæ circa finem Confessionis in vsum veniunt. 7. Tandem, cùm debeat Sacerdos Pænitenti viam salutis ac perfectionis Christianæ indicare; instructiones ad hoc vtiles breviter explicaturi eramus, sed iam illas publicavimus in Libro quem inscripsimus, Duodecim Examina. Demum binas appendices apponemus unam pro Clericis alteram Pro Laicis.

PARS I.

De his quæ scire & habere debet ante auditionem Confessionis. Hæc in libro Examinum Cleri posuimus, quare ad illum remitto.

PARS II.

De his quæ Pænitens ante Confessionis redditionem habere & scire debet.

DEbet habere Baptismum: nam qui eò caret, non est subiectus Ecclesiæ, ideoq;

ideoq; circa illum non potest exerceri iudicium S. Pænitentiæ & si illud attentaret Sacerdos, grave committeret Sacrilegium. Id circò etiam illa peccata quo aliquis comisit priusquàm esset baptisatus in Confessione afferri non debent.

Debet præterea fidem habere quoad hæc. 1. Debet credere expresse Deũ esse, ita Trident sess. 6. c. 8. ita ut si hoc etiam ex quacunq; ignorantia non crederet vitam æternam consequi non posset. 2. Pari necessitate debet credere saltem implicitè SS. Trinitatem & Christum D. quia duo ista sunt de necessitate medij. 3. Debet ex præcepto credere & scire saltem quoad substantiam, Symbolum Apostolicum, Orationem Dominicam, præcepta Decalogi & Ecclesiæ, & Sacramenta quæ sunt omnibus necessaria, Baptismum, scilicet, Pænitentiam & Eucharistiam, quibus constẽt, quid conferant,, quæ ad illa dispositio necessaria. 4. Debet scire facere signum S, Crucis, & si hæc ignoret, priùs à Confessario instruatur quàm eius peccata audiantur & quidem Parochus suos subditos sub peccato mortali obligatur ista docere. & ea quidem quæ sunt de necessitate medij omninò sciant Pænitentes antequam a peccatis absoluantur.

Monen-

Monendus etiam ſaltem ante abſolutionem Pænitens ut actum ſpei eliciat, quòd Deus ei pænitenti ſit remiſſurus peccata, & daturus auxilium ad illa evitanda, itēq; gloriam cæleſtem.

Præterea Pænitens ante Confeſſionem ſcire debet. *Pænitentiam* Sacramentalem conſtare. *Dolore Propoſito Integra peccatorum enumeratione.* & ſatisfactione Item alia concernentia hoc Sacramentum.

CAPUT I.

De Dolore.

AD Confeſſionem ut ſit valida, omnino requiritur dolor de peccatis ita ut omne mortale deteſtetur ſaltem virtualiter, proponat in poſterum ſe non peccaturum idq; efficaciter proponat. *Suar. d. 5. Sect. 1.* Et quia non rarò in Pueris & rudibus evenit ut dolorem non habeant Confeſſarius illos excitet, proponendo Dei bonitatem, peccati malitiam, pænas inferni, & alias pænas quas Deus ob peccata infligit, ſicut Adamum propter peccatum expulit è Paradiſo, Angelos de cælo. morbos, bella &c.ſimmittit. *Duplex* autē eſt dolor ſeu *Contritio*. Alia eſt *Perfecta* quæ eſt dolor propter Deum ſummè amatum cum deſiderio

con-

confitendi ac omnia Dei Ecclesiæq; præcepta implendi. *Soar. d. 4. sect. 2. n. 4.* Hæc contritio, quando aliquis non potest confiteri, delet peccata sine Confessione, cùm onere tamen ut illa confiteatur quando poterit. *Henriq. lib. 4. cap. 26. n. 5.* debet autem hic dolor esse super omnia, hoc est talis, ut Peccator potiùs malit omni bono carere & omne malum pati, quàm Deum offendere, & ob hoc solùm doleat quòd Deum summè bonum offenderit, non autem quia cælum amisit, pænas inferni incurrit. Sed ad hæc mala præeligenda, aut bona amittenda, non descendat Confessarius in particulari, v. g. Mallesne in crucem agi quàm Deum offendere? mallesne omnes amicos tuos offendere, & hanc, & hunc, hoc enim esset tentare, ac in grave periculum conijcere Pænitentem. quod etiam ipse Pænitens observet. *Imperfecta* Contritio, dicitur *Attritio* quæ est dolor verus de peccatis, vel quia Deus illa punit, vel quia propter illa cælum negat, vel ex causa alia, cum respectu tamen ad Deum & proposito non peccandi. *Trid. sess.* 14. c. 4. & hæc extra Confessionem non operatur peccatorum remissionem, sed solùm coniuncta Confessioni.

Tria.

Trid. ibid. debetque dum elicitur ordinari ad Confessionem & iungatur efficaci proposito emendandi. Quando verò dolet de peccatis non debet cogitare de futuro v.g. hoc non potero vitare. Sed satis est quód hîc & nunc nolit ampliùs peccare præscindendo ab eo quid sit futurum, imò etiamsi certissimò sciret se peccaturum, adhuc posset nolle peccare: sicuti fur certissimò scit se moriturum lato decreto, nihilominus mortem non vult. quia nolle est actus voluntatis, scire autem est actus intellectûs qui duo actus secum stare possunt. Neque opus est dolore sensitivo ac lacrymis, sed sufficit quod voluntas peccatum detestetur.

§. *Regulæ de dolore.*

1. Qui sola venialia confitetur, si in omnibus complaceat, & neq; de vno saltem doleat, sacrilegium committit.

2. Ipsamet accusatio peccatorum seriò facta præsertim à bene morato est sufficiens signum doloris.

3. Dolere quod non doleas, non est dolor de peccatis sed de absentia doloris, ac proinde ad Confessionem non sufficit. sed tamen istum dolorem ordinariè comitatur dolor de peccatis: si efficaciter dolorem habere

bere velit & peccare amplius nolit. *hic suffi-cit. Navar. c. 1. n. 10.*

4. Contritus est qui vult potius mori quâm Deum offendere ob eius bonitatem Sà V Contritio 5.

5. Etiam qui putat se lapsurum, quia est assuefactus, nihilominus occasionem proximam relinquit, proponit se cum auxilio Dei non peccaturum habet propositum sufficiens Lugo disp. 14. n. 137.

6. Non peccat graviter qui plura cõfessus venialia de uno dolet & non de alio. Soar. disp. 20. sect. 6.

7. Si sola venialia Confitetur & doleat de mortalibus, non est dolor sufficiens ad Sacramentum.

8. Qui se tantùm accusat de illis quæ in præterita Confessione oblitus, si in illa doluit non universaliter de omnibus vel ob rationem non Communem omnibus de novo doleat.

9. Satis est quod doleat ante Confessionem, etsi in ea non Doleat, dum post dolorem novum peccatum non admiserit, per hoc enim censeretur Dolorẽ retractavisse. Lugo ibid. n. 143. Etiamsi illum dolorem clare non ordinaverit ad Confessionem idem disp. 14. sect. 4.

CAPUT

CAPUT II.

De Proposito.

Propositũ vitandi peccata, aliud *expressũ* aliud *implicitũ* est: quod nihil aliud est quã dolor de peccatis, nã qui dolet, implicite proponit cavere. & *sufficit* quodcunq; ex his ad cõfessionem. Potest tamen dolor absque proposito vniversali etiam implicito esse, v. g. Habeat quis Attritionem de aliquo peccato quod fecit ob specialem turpitudinem eius quæ in alijs peccatis non iuvenitur, talis solùm circa illud peccatum, propositum haberet, quod non sufficit ad confessionem quando quis mortalia confitetur, siquidem debet proponere omnia cavere, aliàs confessio nulla esset: & in tali casu non sufficeret implicitum, sed expresso opus esset. sequuntur Regulæ.

§. *Regulæ de proposito.*

1. Si quis ante confessionem proposuit vitare peccata, aut doluit de illis neque tunc aliquid cogitavit de confessione atq; ita non ordinavit illum dolorem ad confessionem, postea dum confitetur potest illum dolorem confessioni applicare, si

modo

modo post illum elicitum, mortale non comisit, etiamsi plurium horarum spatium intercesserit, quia etiam post tantum tempus potest absolutio uniri confessioni *Lugo de pænit. disp. 14. sect. 4.*

2. Qui aliquoties promisit restituere, concubinam amovere, neque fecit, idem est de alijs personis & animalibus cum quibus peccare solet, etiamsi dicat se velle amovere, non censetur habere verum propositum, proinde est incapax absolutionis nisi priùs reipsâ amoverit. nisi contrarium ostendat contritio magna, aut aliæ circumstantiæ, aut absolutio negari non potest absque gravi scandalo. Vide de Recidivis.

3. Ad propositum spectat, esse paratum ad pænitentiam quæcunque illi imponetur, dum sit possibilis. item esse paratum ad obediendum mandatis Ecclesiæ, ac consilijs Confessarij. vnde si statuerit non acceptare pænitentiam rationabilem pro mortalibus, peccat graviter. Sed si pro venialibus, aut mortalibus à quibus iam ante absolutus, venialiter peccat.

4. Aliquando requiritur vt fiat propositum particulare, ut cùm agitur de restitutione facienda, vel occasione proxima

pec-

peccandi vitanda. Sed quando probabile est periculum quòd hæc non ſit facturus, neganda abſolutio donec fecerit. qui verò non poteſt reſtituere actu, ſatis eſt ut ſe id facturum promittat poſtquam venerit ad meliorem fortunam.

5. Confeſſio 16 habet conditiones quæ his verſiculis explicantur.

Sit Simplex, humilis, confeſſio, pura, fidelis
Atq; frequens, nuda, & diſcreta, libens verecunda
Integra, ſecreta, & lacrymabilis, accelerata,
Fortis, & accuſans, & ſit parere parata.

Ex his ſolæ tres ſunt neceſſariæ ut ſit integra, fidelis, & parere parata in ijs ad quæ tenetur. Henriq. lib 5. cap 4. n. 1. cæteræ ſunt per modum conſilij

6. Integrè confitetur qui dicit omnia mortalia quorum recordatur & nondum confeſſus, ſive quoad numerum, ſive quoad ſpeciem, ſive quoad circumſtantiam mutantem ſpeciem Henriq. lib. 5. c. 5. quod ſi aliquid horum ſcienter omittat, etiamſi in re non ſit tale, ſed putando eſſe tale, ſacrilegium committit & nullam facit confeſſionem. Trid. ſeſſ. 14. c. 5.

CAPVT

CAPVT III.

De Enumeratione Peccatorum.

ENumeratio peccatorum debet esse per vocem quidem sed ad aurem, nam publica non est licita sine gravi causa, propter scandala scripto indistans est prohibita. Si sit quis mutus, dum adsit præsens, potest scripto vel nutu confiteri, idem conceditur illi qui habet loquelam valde præpeditam. In naufragio, in conflictu, quando res non patitur vt ad aurem fiat confessio, potest publicè fieri, imò vnius tantùm aut alterius peccati prolatione quando res moram non patitur: quod idem pestis tempore quando nec Confessarius propè accedere, nec æger ab alijs ægris recedere potest.

¶ 1. *De Examine.*

Enumeratio vt fiat exacta debet illam præcedere *Examen* conscientiæ, idq; tam diligens quale solet in re magni momenti adhiberi. Hoc verò citiùs perficiunt qui sunt melioris memoriæ, aut recentiùs confessi. in quo examine poterit iuvari quis ex eo quem infra apponemus. In mortalibus debet exprimi, species & numerus, imò

&

& circumstantiæ quæ vehemẽter ipsa mortalia variant adeoq; in nova specie morali constituunt. Sed nomen illius reticendum erit qui complex peccati, imò sæpè & circa quem peccatum, si hoc infamiam illi aut pudorem facit, & si non possit aliter explicare peccatum quærat ignotum Confessarium. pro reliquis notandæ hæ regulæ.

1. Scrupulosus non ita se rigidè examinare debet, vt turbetur: imò potest cursim examen absolvere etiamsi propter hoc esset in periculo omissionis propter oblivionem aliqua mortalia, si examen non possit facere absq; periculo suæ perturbationis satisfacit.

2. Qui examinando se circa Materiam lubricam timet probabile periculum tentationis, non tenetur ampliùs, idem est de Sacerdote in hac materia examinante Pænitentem.

3. Quando Pænitens examinatur à Sacerdote tenetur omnia mortalia fateri quæ non est confessus, nisi habeat iustam causam tacendi, tunc enim æquiuocè respondere, licitum erit. Imò & ea quæ confessus est, si de ijs interrogetur à Sacerdote tanquam Medico spirituali tanquàm de re

necess-

necessaria ad præsentem confessionem, fateri tenebitur. ita Lugo de pænit. d. 14. s. 10.

4. Non est certum signum Examinis negligenter peracti quòd quis, partis mortalium sit oblitus. nemo verò scribere obligatur etiamsi labilis memoriæ conscius, etiamsi probabiliter putet, quòd non recordabitur.

5. In peccatis internis tunc censetur esse novum peccatum, quando verum est dicere. *Nunc est novus actus.*

6. Non requiritur examen cùm summa diligentia. Lugo disp. 16. n. 190. Rudiores qui bona fide accedunt cum crassiori examine ut Confessarius supleat non peccant nec invalidam reddunt Confessionē. Henriq. lib. 5. c. 5.

7. Qui dubitat an peccaverit mortaliter & habet rationem probabilem quod non peccaverit graviter, non tenetur id confiteri. Sed si etiam pro opposito habeat rationem & non possit se determinare quod non peccaverit graviter, tenetur confiteri hoc dubium. Soar. disp. 22. sect. 9. n. 7. De numero peccatorum est in Examinibus Cleri.

¶. . De Integritate Enumerationis & Veritate.

Sub integritate explicabimus & veritatem. *Integritas* est duplex *Materialis*, & est quando omnia dicuntur peccata quorum. Pænitens recordatur. *Formalis* verò, quando omnia dicuntur quæ in his circumstantijs dici possunt, cum animo confitendi omnia quando impedimentum cessabit, & talis iuxta Tridentinum essentialis est Sacramento Pænitentiæ, de vtraque, & simul de veritate, sint regulæ.

1. Timet quis infamiam gravem si non dixerit Missam, vel non communicaverit, vel ob aliam causam, ex altera parte longâ eget confessione pro qua omnino deest tempus, doleat vniversaliter de omnibus & confiteatur aliqua, & absolutus, eat ad Missam, post Missam verò prosequatur confessionem. ita Granadus in 3 p. d 7. Imò si iustam aliam causam celebrandi Missam habeat, qualis esse potest vt die festo alij Missam audiant, vel vt ipse præcepto satisfaciat. ita Lugo disp 14. de Pænit.

2. Qui habuit iustam causam non confitendi omnia mortalia, cessante causa tenetur illa confiteri.

3. Si quis vnicum habet cui possit confiteri, & rationabiliter timet ne reveletur, potest omittere mortalia de quibus timet. Coning.

4. Qui non potest confiteri nisi audientibus alijs, potest quæ vult, reticere. Sà V. Conf. vno verbo. Qui rationabiliter timet iacturam vitæ, corporis, aut animæ, si peccatum dixerit vel eius circumstantiam, neq; potest alteri confiteri, tum non solùm non tenetur illud exprimere, sed etiam tenetur tacere. Soar. dip. 23. sect. 2. Iactura animæ est, si sciat probabiliter se à Confessario si aperuerit ad maius vel simile sollicitandum. Iactura vitæ si sciat Confessarium proditurũ vt aliquis ex hoc patiatur gravem famæ, aut bonorum, aut vitæ iacturam.

5. Si Confessarius in Confessione peccavit, nec potest confiteri alteri nisi de complice faciat notitiam vel suspicionem, debet tacere donec ignotum Confessarium acquirat, Henriq. lib. 5. cap. 12. n. 7. neq; potest in tali casu confiteri etsi agitetur scrupulis. Lugo disp. 23. n. 144. dum dilatio non fiat in longum.

6. Quando periculum, est ne æger totam facere contendendo Confessionem,

moriatur, loquelam amittat, aliquo audito peccato absoluatur. Henriq. lib. 5. c. 12. n. 3. imò multi DD. docent quod graviter infirmus qui sine multa defatigatione non potest confiteri totum, hodie partem vnam explicet, & de alijs se in communi accuset & sic absolutus, cras aliam partem confiteatur & iterum absolvatur Medina lib. 2. c. 8. & alij.

7. Si desit Confessarius qui perfectè Pænitentis lingvam intelligat, satis vt Confessarius intelligat aliqua peccata, & absolvat etiamsi non urgeat præceptum Pænitentem ad confitendum aut gravius necessitas, sed quia v. g. est in peccato mortali. Soar. disp. 23. sect. 2. n. 7.

Mutus iuxta quosdam scripto confiteri tenetur, iuxta alios non. apud Soar. disp. 36. sect. 6. n. 6.

8. Qui generaliter Confitetur quæ confessus validè, potest quæ vult tacere, & si confessio durat pluribus diebus quotidie absolui ab his quæ aliàs confessus, & ab ijs absolutus & nulla habet nova mortalia. Henriq. lib. 5. cap. 12. n. 2. & si alia habeat nova non tenetur aperire quod sint nova sed satis si cum anteactis simul confiteatur. Lugo disp. 16. sect. 25. n. 2.

9. Qui vni mortalia confessus, alteri potest sola venialia confiteri, dummodo per hoc non fugiat ne prohibeatur occasione proximâ peccandi. Lugo ibid. n. 17. imò si ad eundem Confessarium eundo cum utrisq; exponeret se periculo reticendi, melius faceret ad diversos eundo. Henriq. lib. 5. cap. 3. n. 2.

10. Qui dicit mortale quod non fecit, graviter peccat & nullam facit confessionem. Soar. disp. 22. sect. 10. idem est si numerum augeat, nisi id bonâ fide agat. Sa V. Confessio n. 12.

11. Qui dicit veniale quod non fecit peccat venialiter, Lugo disp. 16. n. 99. dummodo aliam materiam afferat, si enim nullam aliam attulerit, graviter peccat, & facit nullũ Sacramentũ Lug. disp. 14. n. 113.

12. Si tacet aliquod peccatum quod habet ius tacendi, & in hoc se putat peccare, peccat, & repetere Confessionem tenetur. Non peccat autem nec tenetur repetere qui putabat bonâ fide se non obligatum ad dicendum, doluit tamen de omnibus peccatis, & satis illi erit illud solum aperire postea, quod tacuit. Soar. disp. 23. sect. 3.

13. Qui omisit in confessione aliquod mortale quia se non satis examinavit, pu-

tavit tamen se satis examinasse iuxta Dianam repetere non tenetur *part. 2. tr. 11. resd.* 37. probabilius tamen teneri. *Soar. disp. 23. sect.* 4.

14. Qui sine Dolore ac proposito confessus, peccavit, tenetur repetere *Soar. disp.* 20. *sect.* 5. etiamsi habuerit Displicentiam de peccatis *Soar. contra Caiet. Ledesma &c.*

15. Qui sacrilegas Confessiones coram alio repetit, & non coram eo coram quo sacrilegas fecit, tenetur omnia dicere ac si primo confiteretur. Si coram eodem licet ille amplis peccatorum non nisi confusè recordetur, non tenetur dicere singula, sed satis ut se accuset de sacrilegis Confessionibus, ac sumptionibus Eucharistiæ & de novis peccatis, & dicat se dolere de omnibus Confessionibus quas fecit invalidas v. g. per hos duos annos. *Soar disp. 22. sect.* 6. & satis erit tunc quòd confessarius pænitentiæ recordetur & si non peccatorum, dum peccatorum confusè recordetur & statûs pænitentis, vel ruditer statum suum explicet *P*ænitens ut Confessori commemoret. Lugo disp. 16. n. 642.

16. Qui post invalidam Confessionem, eius oblitus quod talem fecerit, alias facit integrè & cum dolore, ubi recordatus in-

uali-

ualidæ Confessarius, solam illam iterate tenetur. Lugo ibid. n. 599.

17. Si Pænitens cõfitetur videndo quòd Confessionis non attendat, vel non intelligat, tenetur totum repetere : Si post confessionem advertit quod solùm v. g. tria puncta non percepit, illa sola tenetur repetere. Henriq. lib. 5. cap. 14. n. 5. Si dubitat quodnam non intellexerit, Dicat. dubito quodnã nõ intellexeris, fuerunt autem talium specierum, scio tamen quod aliquod non intellexeris. Lugo ibid. n. 610. Sed melius si eadem confiteatur & coram illo accuset se de omnibus in specie & numero, ac totam repetat.

18. Qui confitendo oblitus circumstantiæ mutantis speciem, & non addidit quod hoc fuerit v. g. contra votum, satis est si postea solùm dicat se contra votum fecisse. Henriq. lib. 5. cap. 5. n. 4. nisi circumstantia non possit sine peccato explicari ut accidit in sacrilegijs, tenetur tunc peccata dicere. Soar. disp 22. sect. 2. n. 8.

19. Puella quæ rationabiliter timet ne sollicitetur à Confessario si illi dicat turpia, potest illa omittere si non habet alterum cui confiteatur, præstat tamen ut differat confessionem.

20. Non excuſat ab integritate Confeſſionis, infamia intrinſeca confeſſioni, v. g. Quia me Confeſſarius reputabit peccatorem. Coning diſp. 7. lib. 9.

21. Ita quiſq; debet integritatem conari, ut ſi haberet voluntatem celandi aliquod mortale quod dicere tenetur, fieret ſacrilegus, etiamſi poſtea diceret, ſi non accenſaret ſe de illa etiam voluntate priore.

22. Nemo cogitur uti interprete etiamſi propter defectum linguæ non poſſit omnia confiteri. Soar. diſp. 36. ſect. 6. n. 5.

23. Qui nō poteſt omnia dicere aut ſcribere, ut ſurdus, mutus, neſcius ſcribendi, aut ignarus idiomatis, item moribundus qui ſubito loquelâ deſtituitur, dicat ſolùm aliqua, & ſic abſolvi poterit.

24. Quando Pænitenti vel Confeſſario imminet periculum vitæ ut morari non poſſit: vel periculum ne contagione inficiatur, ne alteruter viribus deficiat, excuſatus eſt ab integritate materiali, & ſatis etiam ſignum dare doloris & Confeſſionis.

25. Quando periculum contagij ſoli Sacerdoti imminet, vult tamen integram confeſſionem audire, tenetur Pænitens integram dicere.

26. Quando multi ſunt moribundi ut in con-

conflictu & naufragio, nec singuli possunt integrè audiri, sufficit ut unum minimum dicant peccatum; aut etiam in genere dicant se esse Peccatores, & sic simul in plurali poterunt absolvi, dicendo *Ego vos absolvi &c.* Henriq. lib. 1. c. 5.

27. Si pænitens sciret valde probabiliter quòd Sacerdos eius revelaturus esset peccatum, non teneretur illud confiteri.

28. Si Sacerdos interogaret de re non pertinente ad Confessionem v. g. es ne Nobiles, Spurius &c. qui mentiretur non faceret nullam Confessionem, neq; maius peccatum quàm si extra confessionem hoc ipsum mentiretur.

29. Qui circa mortalia mentitur facit confessionem invalidam, ac peccat mortaliter: qui circa venialia mentitur, peccat venialiter, sed valet confessio dummodo aliam materiam veram dederit absolutioni.

30. Qui ita verbis tegit mortale vt non appareat esse mortale, mortaliter peccat, & irritat confessionem.

31. Sacerdos vt possit ad integritatem iuvare agnoscat statum Pænitentis, an sit mercator, miles, Iudex &c. item tempus ultimæ confessionis: an paratus accedat,

an habeat cum aliquo inimicitias, an casus reservatos, an excommunicationem?

32. Si ex circumstantijs Personæ, quia v. g. est Religiosus, item ex circumstantijs confessionis, quia v. g. ex scripto recitat, probabiliter præsumatur Confessio integra, non est exanimandus pænitens. multò magis si ipse dicat nihil se ampliùs habere post diligentem præparationem. Si non præsumitur, tenetur de ijs quæ probabiliter cadere possunt in pænitentem.

33. Quando Sacerdos advertit confessionē solùm esse integram formaliter post prudentem interrogationem tenetur iudicare secundùm ea quæ audit.

34. Mortaliter peccat & nullum facit confessionem qui confitetur sola venialia quæ non commisit.

35. Non est mortale priùs uni confiteri mortalia, deinde posteriùs alteri venialia; Dummodò non sit ita affectus ut malit celare mortale quàm suo Confessario aperire, vel si sit recidivus ideò faciat ut suum relapsum occultet, aut ne iubeatur occasiones proximas peccandi deserere, vel de industria quærat Confessarium rudem: vel dolore vero careat, quod in dimidiantibus hoc modo Confessionem frequens est.

36. Excuſat ab integritate materiali inuincibilis ignorantia, quod ſit aliquid peccatum, aut oblivio. & talia peccata cum alijs in confeſſione condonantur.

37. Quando quis mortalia confitetur quæ iam confeſſus validè, & ab illis abſolutus, non eſt opus ut eorum numerum exprimat.

38. Rudes qui nullum in ſpecie dicunt peccatum etiam examinati, ſed tantùm ſe in genere accuſant quòd ſint peccatores, ſunt abſolvendi. ita Soar. Coning. quia dant pro ſuo captu Materiam; item ſi dicant tantùm in genere, recordari ſe, quòd graviter peccaverint, ſed non meminiſſe quali peccato.

39. Qui complicē abſq; neceſſitate manifeſtat peccat, itemq; Confeſſarius hoc non impediens.

40. Si complicis neceſſaria eſt manifeſtatio ad avertendum grave damnū tuum, aut alienum, vel ipſius, tenetis eum manifeſtare, quod debet fieri extra confeſſionem. quod contingere poteſt dum confiteris ei qui debet, & ſolus poteſt ferre remedium, v. g. à te complicem ſeparando.

41. Nullo modo complicem poteſt manifeſtare in confeſſione, qui illi præter manife-

nifeſtationem crearet grave damnum. ut ſi moraliter eſſet certus quòd Confeſſarius illâ ſcientiâ uſurus eſſet in damnum complicis. multò magis id obligat de eo qui non eſt complex.

42. Si veniale non potes explicare niſi nominando complicē, debes illud ſilere. nec Confeſſarius in ullo caſu ea poteſt quærere ex quibus in complicis notitiā deveniret.

CAPVT IV.

De alijs quæ Pænitens ſcire debet.

Sunt hæc quæ præter ſupradicta debet ſcire Pænitens.

1. QVòd quando vult communicare, ſi ſit peccati mortalis conſciùs, priùs confiteri debet.

2. Confiteri debet ſi habet mortale & ingreditur periculum mortis, ut iter periculoſum, navigationem, conflictum, item puerperæ quæ periculosè pariunt, aut in primo partu, item qui in periculo amentiæ, peſtis.

3. Debet illa quiſq; ſcire quæ ſunt propria eius ſtatûs ac officij ut Iudex ea quæ ad Iudicem ſpectant.

4. Pueri habentes uſum rationis anno

ſeptimo

septimo obligantur ad confessionem, duodecimo ad Communionem.

5. Obligatur confiteri qui ampliùs non habiturus Confessarium.

6. Qui videt se non posse confiteri in Paschate, tenetur quando potest. qui non satisfacit præcepto confitendi annis singulis incipiendo à Paschalis confessionis tempore ad simile tempus, tenetur quàm primùm potest confiteri, & quo magis differt, magis peccat.

7. Debet scire quæ articulos fidei continent, item Sacramenta quoad substantiam quæ percepturus est. Præcepta Ecclesiæ, idq; sub mortali. Sanch. lib. 2. c. 3. n. 6. saltem non ordine. & ita ut de articulis fidei interrogatus possit ad singulos respondere, se scire & credere. & si non scit Pater noster, saltem sciat omnia bona tam temporalia quam spiritualia postulanda à Deo. Id. lib. 1. c. 3. n. 16. & si hoc non sciat ex negligentia peccat mortaliter, & ut possit absolvi, de hoc peccato dolere debet & emendationem proponere.

PARS III.

De his quæ præcipuè Confessarius initiò Confessionis scire & agere debet.

CAPUT

CAPVT I.

De his quæ ſcire debet.

Tria ſunt præcipuè quæ tunc ſcire debet. 1. Horum aliqua ſunt Circa Pænitentem. 2. Circa peccata. 3. Alia quò Circa Circumſtantias peccatorum.

¶ 1. *De iis quæ ſcire debet circa* Pæni-*tentem.*

DIcemus hac de re in capite ſequenti, cum praxim ipſam monſtrabimus, ideò quæ hîc quæri poterant, ibi invenientur.

¶ 2. *De iis quæ ſcire debet circa peccata.*

PEccatum plerumq; ſeptem modis committi poteſt. 1. *Cogitatione* cùm ſine rationabili cauſa turpia voluntarie cogitat, ſine delectatione ſine voluntate peccandi; & eſt peccatum mortale quod non facile in alijs materijs accidit, præter luxuriam. 2. *Delectatione*. in delectatione; & in materia luxuriæ oportet explicare circa cuiusmodi perſonam fuerit delectatio. 3. *Deſiderio* cū quis deliberatè conſentit in peccatum volens illud facere. hæc deſideria neceſſariò ſunt explicanda quoties non prodeunt in

actus externos. Scilicet, quoties, & circa qualia obiecta fuerint, & quali modo volebat peccare v. g. in materia turpi an naturaliter an contra naturam. quodsi propter longinquitatem temporis numerum inire non possit, dicat in hunc modum v. g. *Fui in hoc peccatis annis septem, primis tribus ferè quotidie semel aut bis, interdum ter. Anno uno sequente qualibet hebdomadâ quinquies, interdum bis, interdum nec semel, sed nunquam duæ hebdomadæ transierunt liberæ. reliquis annis duobus ad minimum bis quotidie & vix dies præteriit sine peccato.* qui modus numerum explicandi sæpe in vsum venit. 4 *Per alium*, vel iubendo, vel consulendo, vel hortando, vel non impediendo, cùm poterât & debebat, vel dando scandalum suo exemplo & per hoc ad peccatum excitando, vel docendo malum quod alter ignorabat. explicandumq; est cuius peccti hoc modo fuit causa. 5. *Erroneâ Conscientiâ* cùm putat esse mortale, vel valdè dubitat ne sit mortale, & facit, peccat mortaliter; & hæc dubitatio vel error exolvendus in confessione. 6. *Occasione propinquâ*, Cùm periculo probabili se exponit peccati. v. g. expertus est se peccare adeundo certum locum, vel tractando cum cum certa persona: nihilominùs

nus locum adit, agit cum persona, etiamsi in illud peccatum non fuerit lapsus, peccat tamen. 7. *Approbatione* cum sua vel aliena peccata facta laudat, gloriando vel complacendo: tum species explicandæ necessariò: an gloriatur de formicatione, vel de læsione alicuius in fama.

¶ 3 *De quasi circumstantiis peccatorum.*
Illud Universim notandum circa hoc punctum.

InMateria luxuriæ & iræ *seu sexti & septimi* præcepti dicendum esse cum quali, vel circa qualem personam peccatum, an sacra, coniugata, cognata &c. in quali loco, Sacro, profano. *In ira & invidia* an effectus secutus.

In peccatis quæ *externo actu completa* Socii, auxilia numeranda.

In omnibus peccatis quæ sunt *facta non propter se* finis explicandus, ut si furatus propter luxuriam.

In Luxuria, Avaritia, furto, apponendus modus, an scilicet per vim fecit, quia iam fit noua species. denique.

Quæ habet certa dicat Pænitens affirmativè, quæ dubia dicat se habere dubia.

CAPUT

CAPVT II.

Quæ Confessarius & Pænitens agere debet initiò Confessionis.

1. *Confessarius* Cor suum in Deum erigat & aliquot orationes aut versiculos potiùs cum cordis humilitate tàm mente, quàm oretenùs proferat cuius modi sequentes esse possunt, vel ijs similes.

Actiones nostras quæsumus &c. Vel

Cor mundum crea in me Deus &c. Vel

Munda Domine cor meum, & in visceribus animæ meæ Spiritum rectum, rectamq; intentionem quæso infunde in me, ut mens mea sit gloria tua, & salus animarum ad me accedentium, pro quibus dignatus es totum saugvinem tuum effundere. Vel

Ne proijcias me à facie tua, & spiritum S. tuum ne auferas à me.

Concede mihi Damine obsecro, lucem necessariam quâ ipse videam, & illuminem eos qui per ministerium meum, hanc eandem lucem à tua misericordia se consecuturos confidunt. Vel

Concede mihi animum & spiritum ad superandas tentationes quæ ex alienis peccatis pullulare possunt. Redde mihi lætitiam salutaris, & spiritu

principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas & impij ad te convertentur.

Atq; ita Confessarius Pænitentem ut imaginem Dei, Christi sangvine reparatam & perfusam, oculis suis obiiciat, recipiatq; cum hilari gravitate exercendo conditiones Confessarij, quæ hoc distycho continentur.

Confessor dulcis, affabilis, atq; suavis
Prudens, discretus, mitis, pius, atq; benignus.

Pænitens verò genibus flexis, & signo S. Crucis præmunitus, faciem non ad Sacerdotem sed ad latus versam habeat. Et si hæc sponte non faceret blandè monendus esset. ut meminerit se non coram homine peccatore, sed coram Deo Iudice constitutum, ut agnoscendo humiliter offensas veniam consequatur, & animum habeat tantùm se accusandi, quantùm novit Deus se offensam ab illo. & dicat *Benedicite Pater.* cui respondeat Confessarius. *Dominus sit in corde tuo & labijs tuis, ut rectè confitearis peccata tua, In nomine Patris & Filij & Spiritûs S.* Deinde Pænitens incipiat *Confiteor.* vsq; ad verba *Mea culpa, mea maxima culpa.* Quo dicto antequam Pænitens incipiat dicere peccata, incipiat Confessarius interrogare, si sit opus. Quampridem sit confessus, &

utrum

utrum habenti potestatem, & quampridem communicavit?

An omisit aliquid mortale, vel palliavit verbis ut veniale appareret? vtrum pænitentiam, & restitutionem si illi fuit iniuncta, integrè peregerit? Si sit rudis, ut pueri, rustici. An sciat necessaria, divina mysteria, præcepta.

Vtrum sit excommunicatus?

Qualis sit eius status?

Vtrum debitam adhibuerit diligentiam in examinanda sua conscientia?

An scrupulum aliquē habeat circa præteritas Confessiones, & in quo?

Deinde admoneat Pænitentem ut omnia peccata quorum recordatur, & de quibus in conscientia magis stimulatur, statim exponat, quantumcunq; rudi & crassâ Minervâ, & sine ordine, imputando sibi culpam, dicat.

Si advertat quod Pænitens velit aliquā Personam nominare, propter aliquam circumstantiam explicandam, nullo modo id patiatur.

Quodsi audierit quòd Pænitens hoc modo confiteatur. *Ego non occido, non furor* &c. Humanè & benignè reprehendat, insinuetque, locum ibi non esse excusationis

aut

aut laudationis, sed tantùm accusationis.
Interea dum Pænitens dicit peccata, sæpius mentem ad Deum attollat Confessarius orando pro se & Pænitente. & licet audiat aliqua gravia. nulla signa admirationis, abominationis, aut pavoris ostendat, veluti aliqui faciunt, expuendo, cruce se signando, vel seipsos proripiendo, & hoc sæpè cum violatione sigilli Sacramentalis, quin potius ac si nihil audiret vsque ad finem Confessionis perseveret & non turbet pænitentem.
Non curet Confessarius multos expedire sed potiùs paucos & benè, & melius ut vnũ audiat benè, quam decem malè. Numerum mortalium intelligat.
Qui vult interrogari de suis peccatis, & si ipse nihil dicat, non est dimittendus.
Non permittat extrahi tempus historijs impertinentibus v. g. Furatus sum scalis mutuò petitis quas meus socius tenebat, vestitus viridi veste & sæpè tussiebat, & ego illum increpabam &c. quod maximè in materia luxuriæ obseruandum. Dum confitetur peccatum, statim interrogetur de circumstantibus speciem, aut etiam tollentibus peccatum, si dicat v. g. se ieiunium non servâsse. quæratur ex eo an habuerit

annos ad ieiunandum obligantes. de alijs, an fuerit voluntate deliberatâ.

Si occurrat casus de quo non possit iudicare an sit mortalis an venialis, non hæreat. Lugo d. 21. n. 71 nam ab hoc absolvere potest. Si opus monere de restitutione, de errore, statim faciat ne postea obliviscatur aut pænitentem ad repetendum cogat. Lugo d. 22. n. 15.

In Venereis Materijs non interrogandum exquisitè de circumstãtijs. Soar. disp. 32. sect. 3. n. 5. nec personæ ingenuæ de hac re interrogandæ nisi dederint ipsæ occasionem.

Qui multo tempore non confessi pauca afferunt, sunt examinandi. & quidem primò de vnius hebdomadæ peccatis, nam ut plurimùm ordinarij homines ut una se gerunt septimanâ ita alijs. Lugo. disp. 6. num. 193.

Non magis tamen ad examinandum alium pænitentem Confessarius obligatus quàm ipse pænitens ad seipsum examinandum. Lugo d. 16. num. 589. ideo non tenetur ad diligentiam nisi quæ non nimis gravet.

Proinde minus examinãdus æger quàm sanus &c. ibid.

Quando Confeſſarius hæret quid faciendum, Deo ſe commendet & intentionem faciat ſe nolle peccare, tum faciat quod videbitur, & tutus erit in conſcientia etiamſi poſtea melius quid occurrerit.

Quando neſcit Pænitens an teneatur reſtituere ſatis eſt ſi diat ſe paratum ad id faciendum quod illi docti viri conſulti ab eo ſuadebunt. Lugo d. 21. n. 71.

Non ſtatim reicijendus qui eſt in actuali odio, ſed diſponendus ut illud dimittat. Soar. d. 32. Sect. 3

Quando confitens generalem facit confeſſionem, poſtquam cognoverit Confeſſarius validas fuiſſe antecedentes confeſſiones, ut non cogatur ad illas tantoperè attendere, petat à Pænitente ut ſeparatim peccata quæ nondum confeſſus, dicat.

Poſtquam Pænitens explicuerit ſua peccata & dixit quidquid circa illa recordatur, debet Confeſſarius eum interrogate circa id quod neceſſarium videbitur, habitâ ratione ſtatûs, conditionis, exercitij, perſonæ, ita ut non interroget omnia poſſibilia. Pænitentem commiſſiſſe, ſed quæ communiter comitti ſolent, & probabiliter in pænitentem cadere poterant, à decem præceptis Decalogi initium faciendo iuxta

ſequens

sequens Examen. in casibus autem aduertat non solùm quòd mortales, sed quibus censura, vel restitutio alligatur, quod nos in sequenti Examine adnotabimus, simulq; aliquibus statutas à iure canonico pænas quas poterit pænitenti duriori (nam meticulosi non sunt terrendi) indicare ut tantò magis eorum enormitatem advertat, ac conteratur. sub præceptis autem Decalogi etiam oppositos virtutibus Theologicis, & nasci solitos ex capitalibus casus, iuxta opportunitatem numerabimus. præmittamus interim quæ magis obvia sunt.

1. Verba apud Polonos *Dalibog.* fide meâ, virtute meâ, reverà, in veritate, verè, non sunt iuramentum nisi quis putet se per illa iurare, vel ad Deum referat in quantum istæ virtutes sunt dona Dei. Sunt autem iuramentum, iurare per Sanctos, per crucem, per conscientiam, per animam vel per aliam creaturam, si tamen cogitetur ut ista spectant Deum.

2. Imprecationes maledictiones. aliæ sunt alijs graviores. peius imprecari mortem quàm morbum; infernum imprecari, vel amissionem æternæ salutis quàm mortem temporalem: peius imprecari S. Va-

lentinum, vel diabolum, quàm infortunium. Aliud est de diabolo loqui, & illum nominare, aliud hominem appellare diabolum, vel illum imprecari, gravius imprecari mille, turmas, aut omnes diabolos, quàm unum, & opus addere an istæ imprecationes factæ sint ex animo an ex impetu iræ, vel invidiæ, cum desiderio vindictæ.

3. Rutheni græci ritûs debent sua festa celebrare sive sint vniti sive non: nec Dominus Catholicus potest illos urgere ut in suis festis tales subditi laborent, sed potest cogere ut in festis Romanæ Ecclesiæ operas exerceant, & è contra.

4. Qui furatus rem aliquam dicat Sacerdoti quanti illa fuerit pretij ut intelligat quantum sit peccatum, quæ restitutio.

5. Contractus quem vocant *Zastáwá* ubi dantur pecuniæ super bona sine vllis mutuis oneribus, sed bonorum fructus recipitur & tota deinde pecunia, est vsurarius. Vsura verò est tantum peccatum, ut publicus vsurarius nec ad Sacramentum Pænitentiæ, nec ad Eucharistiæ admitti possit nisi priùs restituerit quod per vsuram acquisivit, nec possunt admitti quæ donat Ecclesiæ si sunt per vsuram parta, testamen-

testamentum illius nullum, nec ilii potest quisquam assistere si fieret: mortuus caret sepulturâ Ecclesiasticâ. sunt & aliæ præter has pænæ. Qui verò dubitat de suo contractu an sit licitus, tenetur viros doctos & pios consulere.

6. Dum obstetrices audit, examinet utrum aliquando & quomodo baptisaverint, infantes & utrum sine Baptismo permiserint mori, in quo peccârunt graviter. imò etiam alios homines extra Confessionem de hac re instruat. imò & de aliis quæ ponemus ubi de Sacramentis egerimus.

7. Instruat Pænitentem de iis sine quibus confessio non valet: & quòd dolor non consistat in verbis, aut lacrymis, sed in interna animi detestatione peccatorum, ita ut peccata quæ fecit, si posset, nullo modo faceret. & desideret præcepta Dei & Ecclesiæ servare iuxta supradicta.

8. Non valet etiam si quis non utendo ratione confiteatur, uti sunt ebrii, amentes. nòn potest etiam Parochus absolvere sine licentia illius Parochi alienæ Parochiæ homines nisi sint itinerantes. Religiosi solent habere privilegium quoscunq; audiendi.

PARS IV.

De Examine communi omnibus Pænitentibus.

SCriptum est Ezech. 18. *Si impius egerit Pœnitentiam ab omnibus peccatis suis quæ operatus est, & custodierit præcepta mea &c. omnium iniquitatum eius non recordabor*. Pænitendi verò modum explicat S. Ioannes epist. 1 c. 1. *Si confiteamur peccata nostra fidelis & iustus ut remittat peccata nostra*. Sed Deut. 4. monet. *Cùm quæsieris Dominum Deum tuum, invenies eum, si tamen ex toto corde quæsieris eum, & totâ tribulatione animæ tuæ.* Neq; tamen putet Sacerdos eam se debre imponere pænitentiam quæ in Canonibus sacris præscribitur. sunt enim illi pro publicis pænitẽtibus lati, & tantùm hîc illos adducimus ut concipiatur æstimatio peccati. Illud autem notet. Si veniat Pænitens cujus ille ignoret linguam, si sit alius Sacerdos qui eam nôrit, ad eum remittat: si nullus talis adsit, neq; citò venturus speretur confiteatur per signa Pænitens veluti mutus esset, neq; in tali casu requiritur integritas materialis confessionis: dummodo saltem aliquod exprimat peccatum. Quod si adsit laicus qui illam linguam noverit, potest

poteſt Pænitens ſi velit illo interpretat vti, ſed non eſt ad hoc obligandus, ſiquidem confeſſio petit eſſe ſecreta.

SECTIO PRIMA

Examen circa priora quinque Decalogi præcepta.

CAPUT I.

Examen circa primum Decalogi præceptum, Virtutes Theologicas. ac Virtutem Religionis Sacramentorũ Baptiſmi ac Pænitentiæ.

VTrum dæmonem inuocaverit, ſeriò & ex animo ut illum iuvaret? *Mortale* Quoties? Si id fecit non ſeriò, non erit mortale, tamen periculoſum. vtrũ per maleficia quæſierit alicuius amorem, aut aliquid ſecum in hunc finem deferat? *Mortale* Quoties? *& ſi fieri poteſt priùs exurat quàm abſolvatur, vel ſaltem iuret ſe exuſturum.*

Vtrum habeat aliquas orationes Sacras in quibus ſunt immixtæ voces ignotæ, vel aliqua ſigna & characteres ut in iis ſpes ponatur, vel res falſas, vel directas ad finem vanum & curioſum & impertinentes. quibus ſeriò credat. *Mortale* Quoties? *& priùs*

exurat quàm absolvatur vel saltem iuret se exusturum.

Vtrum habeat libros Magicos. *Mortale, priùs exurat.*

Vtrum curaverit fieri aut fecerit contra aliquem maleficium, coniuges v. g. ligaverit impotentes reddendo ad Matrimonium. *Mortale* Quoties, *& priusquam absolvatur debet signa maleficij destruere.*

Vtrum conspectâ manè tali personâ v. g. vetulâ, crediderit firmiter, se futurum infelicem? *mortale* quoties.

Vtrum per maleficium damna intulerit? *mortale,* quoties? & damna debet compensare.

Vtrum somnijs firmiter crediderit & egerit aliquid vi somnij quod alias non egisset vel omiserit quod non omisisset. *Mortale* Quoties *Si leviter credidit, non erit mortale, hoc est si non firmam fidem adhibuit.*

Vtrum morbos aliquos Orationibus curaverit, verbis fidendo & certo modo proferendi illa, aut cæremonijs vanis, aut curari se permiserit *mortale?* Quoties: *Orare licet ut Deus sanet, sed non fidere quòd his verbis taliter prolatis statim sanaberis. Si*   *citas tamen quosdam excusat à mortali.* Signa superstitionis sunt. *Si verba aliquam tacitam aut expressam*

ſam dæmonis invocationem contineant. Si miſceantur voces ignotæ, vnde expedit ut ſi quid eiuſmodi occurrat, requirere à doctis conſilium & explicationem, Si falſitatem aliquam continent. Si adhibentur res vanæ, characteres ignoti, Si vis ponatur in modo ſcribendi, legendi, portandi. Si includant aliquam Dei irreverentiam. Si à verbis illis aut rebus vanis, non à Deo, eventus ſperetur, vel a Deo quidem ſed cum quadam præſidentia non conformando ſe eius voluntati.

Vtrum ad res perditas inveniendas Magum conſuluerit? *mortale.* Quoties.

Vtrum de aſtris & planetis cæli crediderit quoad actiones liberas, v. g. Quòd ſub tali Stella, conſtellatione, non deberet captivos dimittere, odium deponere? *Mortale* Quoties? *Cæterum in ſuperſtitionibus non eſt opus explicare quales fuerint, niſi ſuperſtitio involveret aliud peccatum, quod non poſſet explicari, niſi explicetur & ipſa ſuperſtitio qualis fuerit, ut fit cum quis miſcet res Sacras, homicidia, uel alia peccata. explicandum etiam an cum pacto dæmoniam implicito egerit an cum expreſſo. Soar. de Relig. lib. 2.*

Vtrum ad inveſtiganda futura ſortes iecerit, aut aliquid ſimile firmâ fide fecerit? *Mortale* Quoties?

Vtrum imaginem aliquam aut annu-

lum

lum habeat factum sub certa constellatione ad effectus certos, cum certis figuris *Mortale, destruat.*

Vtrum herbas collegerit aut seminaverit dicendo certa verba, aut aliquas cæremonias faciendo? *Mortale.* Quoties?

Vtrum ex manuum lineamentis firmâ fide diujnaverit de liberis actionibus, seu a voluntate hominis pendentibus. aut divinatores eiusmodi consuluerit? *Mortale* Quoties! *Si non credit sed ex levitate facit, erit veniale.*

Vtrum nimiam familiariatatem habuerit cum Iudæis *Mortale, insuper si est Sacerdos debet per Iudicem deponi. Sæcularis debet item à Iudice Ecclesiastico excommunicari* 28. 41. *c nullus.*

Vtrum aliquem fidei articulum non crediderit. *Mortale, est casus Bullæ Cœnæ, reservatus Papæ cum excommunicatione,* taliter peccat, qui dicit v. g. Infernum esse figmentum Sacerdotum.

Vtrum sciat quæ suut de necessitate salutis, & si nesciat, utrum habuerit qui illum docere potuerat & advertebat se ad hoc obligari. *Mortale, Quoties advertebat? nec potest absolvi nisi priùs discat, vel saltem explicet illi Confessarius, & ipse actum fidei eliciat. Talia sunt*

Myste-

Mysterium Trinitatis & Incarnationis Sanch. in Dec lib. 2 c. 3.

Vtrum adoraverit creaturam tanquam Deum? *Mortale* Quoties?

Vtrum dubitaverit voluntarié de aliquo fidei articulo, & placuit ipsi dubitatio *Mortale* Quoties? *Casus Bullæ Cænæ.*

Vtrum aliquibus verbis scripturæ non crediderit? *Mortale* Quoties? *Casus Bullæ Cænæ cum excommunicatione Papæ reservata.*

Vtrum ea quæ quisq; sub præcepto scire debet saltem quoad substantiam si non verbatim, itemq; credere, nesciat? *Mortale potest tamen absolui si doleat quod non sciat & discere proponat. talia sunt Symbolum Apostolicum (excipe articulum de Communione Sanctorum, qui est dificilior intellectu) Decalogum, Sacramenta Baptismi, Pænitentiæ, Eucharistiæ. Sanch. l. c.*

Vtrum ex contemptu prohibitionis Ecclesiasticæ vsus Medico Iudæo, aut cum illo sit conviuatus, aut balneatus: *Mortale?* Quoties? *non erit autem mortale si fecit ex necessitate absq; contemptu.*

Vtrum existens sæcularis cum Hæreticis disputaverit de fide *Mortale propter Ecclesiæ prohibitionem* Quoties! imo etiam non cum Hæretico disputare sed cum aliqua dubitatione, mortale.

Vtrum

Vtrum libros Hæreticorum de fide traꝭctantes legerit inque notabili quantitatr? *Mortale* Quoties? *casus Bullæ Cænæ cum excom: reseru. Papæ.*

Vtrum libros Hæreticorum tractantes de fide laudaverit, aut etiam apud se vel alium retinuerit. *Mortale* Quoties? *Bullæ Cænæ. Papæ reseru. excom.*

Vtrum non confessus fidem quando scandalum fuit non fateri se Catholicum item quando interogabatur de hac re à proprio Iudice vel Principe? *Mortale* Quoties.

Vtrum aliquod pactum cum dæmonæ inierit, vel eum inclusum, vitro, crystallo, aut rei alteri habuerit? *Mortale.* Quoties? abiiciat,

Vtrum aliquas scripturas adhibuerit ne ferro, vel globo plumbeo posset vulnerari *Mortale* Quoties? *& tandem tales ordinariè occiduntur.*

Vtrum oraverit ante somnum, vel cæremonias fecerit, ut in somnio illi apparerent futura. v. g. Status vitæ, Sponsus &c. *Mortale nisi excuset simplicitas.* Quoties?

Vtrum se coniecerit in periculum vitæ, sanitatis, absque necessitate: vel voluerit aliquid facere supra vires suas, præsumen-

do

do quòd Deus illum esset defensurus, vires daturus. *est mortale.* Quoties? *hoc est enim Deum tentare, & ab illo miraculum expectare.*

Vtrum fecerit votum de re mala mortaliter v.g. se vindicaturum? *Mortale, nec obligat. imò si illud expleverit, novum mortale committet.*

Vtrum dubitaverit de damnatione Turcarum, Iudæorum, Hæreticorum, dicendo apud se, forte isti ob fidem non damnabnntur. *Mortale & eo ipso dubitavit de fide Catholica quæ docet neminem extra Ecclesiam salvari. & si hoc signo exteriori aut voce ostendit etiamsi nemo audiverit, incurrit excomm: Bullæ Cænæ Papa reserv.*

Vtrum falsum dixerit imprecando sibi grave malũ si non esset ita. *Mortale* Quoties.

Vtrum imprecatus sibi si non fecisset, aliquam rem malam. *Mortale* Quoties *imò si iurasset se facturum rem quæ videbatur bona v.g. Pater quòd esset puniturus Filium, accusaturus, si deinceps advertat rem meliorem esse non punire, non peccat.*

Vtrum aliquam creaturam crediderit esse Deum atque ita adoraverit. *Mortale* Quoties. *est idololatria vel hæresis reserv. Papæ excomm. si actu externo prodit sed cum quis hæresim confitetur non est opus explicare circa qualem articulum fidei illam commiseret.* F Vtrum

Vtrum de Deo male senserit, cogitando v. g quòd sit iniustus. est hæreticalis blasphemia *Mortalis* Quoties?

Vtrum constituerit se tradere dæmoni, maleficijs uti. *Mortale.* Quoties.

Vtrum deliberatè constituerit differre ad senium vitæ emendationem & pænitentiam. *Mortale,* Quoties?

Vtrum inter adversa magis fiduciam in hominibus, pecunia, vel re alia creata collocaverit quàm in Deo. *Mortale* Quoties?

Vtrum constituerit Deum graviter offendere propter evitandum aliquod damnum, vel bonum consequendum aliquod *Mortale* Quoties?

Vtrum hæreticorum doctrinam laudaverit. *Mortale.* Quoties? Casus Bullæ Cænæ.

Vtrum reprehenderit Ecclesiam, cæremonias, processiones, ritus sacros: indulgentias, vel id facientes alios audiverit, confirmaverit, non obstiterit. *Mortale.* Quoties?

Vtrum existens rudis cum Iudæis, Schismaticis, Hæreticis disputaverit, cum periculo scandali, perversionis, contemptûs S. Fidei. *Martale.* Quoties?

Vtrum disputaverit de rebus Fidei nihil volendo credere nisi quod intellexerit. *mortale,* quoties.

Vtrum

Vtrum docuerit aliquem hæreſes, maleficia, ſuperſtitiones, quot? vel, vtrum ipſe didicerit. *mortale.* Quoties.

Vtrum adiuraverit, nebulas, grandines, ſuperſtitiosè? fecit verbis aut aliquibus cæremonijs ne ſclopus exploſerit: vias animalibus, hominibus ſimili modo clauſerit? *Mortale.* Quoties.

Vtrũ reliquias S. riſerit; membra ſanctorum verecunda ad irriſionem nominaverit? *mortale.* quoties. falſas reliquias, miracula falſa pro veris protulerit. *mortale.* quoties.

Vtrum magis faverit Hæreticis, Iudæis, quàm Catholicis? *mortale.* Quoties. item ſi ritus eorum uſurpaverit, ſacris interfuerit. *mortale.* Quoties.

Vtrum cum nominatim excommunicatis converſatus. *mortale.* Quoties? incurrit excomm. minorem.

Vtrum alicui per maleficium intulit damnum. *mortale.* Quoties, tenetur reſtituere.

Vtrum ſe ſanari per verba permiſerit, aut per aliquas ſuperſtitiones. *mort.* Quot.

Vtrum chartulas deferat contra globos, gladios. *mortale.* priùs exurat quàm abſolvatur. idem de nodulis, herbis, datis à maleficis, vel ſi cui res eiuſmodi dederit.

Vtrum, dubitando aliquid esse peccatum grave, fecerit. *mortale*. Quod? quoties?

Vtrum Deum tentaverit probando an hoc possit facere. *mortale*. Quoties?

Vtrum in contemptum Dei, Sanctorum. aliquid fecerit. *mortale*. quoties?

Vtrum impediverit iniustè aliquem ab ingressu religionis. *mortale*. Quoties, & damnum tenetur compensare religioni si aliquod per hoc incurrit. & vel è contra si ad religionem vi coëgerit. *mortale*. & quidem si fæminam, incurrit excommunicationem.

Vtrum debitas ex voto, aut aliunde orationes aut opera omiserit.

Vtrum ad aliquam sectam animo deliberato propenderit. *mortale*. Quoties? *& explicet adquam sectam: quia eo ipso ad plura vel pauciora mala quæ illa secta continet, se resoluit.*

Vtrum negaverit ex ignorantia aliquem articulum fidei quem debebat & poterat scire. *mortale*. est perinde ac si sciens negavisset. Sanch. lib. 2. c. 7. *nec est opus quem articulum negaverit exprimere.* Lugo de pænit. d. 16. s. 4. Sed in priore puncto Vasques sentit contra Sanchium. *qui etiam culpabiliter ignorat articulos fidei non est opus ut explicet, quos ignoraverit.* Soar. de fide d. 15. s. 1.

Vtrum

Vtrum desperaverit. *Mortale. sed non constituit nouum peccatum quòd aliquid contra instinctum fecerit. imò dum peccabat si habebat spem quod Deus sit ei remissurus, & ad confessionem perventurus, per hoc non peccabat.*

Vtrum divinationes aliquas fecerit? *Mortale. & olim imponebatur tali pænitentia dierum.* 40. cap. de Sortileg. Quoties?

Vtrum ædes Magicis carminibus lustraverit, aut aliquid simile fecerit aut in talia consenserit, aut consuluerit. *mortale.* Quoties. *Olim annis quinq; talis pænitebat.* cap. qui divinationes. 26. q. 5.

Vtrum dixerit non faciam hoc, etiamsi Deus iuberet? *mortale.* Quoties.

Vtrum apud se senserit quod non deberet agere Deo gratias? *mortale.* Quoties?

Vtrum irriserit Deum, vel Sanctos, vel viros probos ob eorum probitatem? *mortale.* Quoties?

Vtrum præsumendo de sua virtute coniecerit se in grave periculum peccati? *mortale.* Quoties?

Vtrum firmiter senserit, quòd Deus ipsi, etiãsi pænituerit, non sit remissurus peccata? *mortale.* Quoties? *est desperatio & peccatum contra Spiritum S.*

Vtrum senserit quod Deus illum saluatu-

curus esset, etsi maneret in peccatis? *mortale.* Quoties? *est præsumptio contra Spiritum S.*

Vtrum odio habuerit Deum, propter suam afflictionem, pauperiem, aut aliquid eiusmodi, cum deliberatione? *mortale.* Quoties?

Vtrum displicuerit illi quòd antea bene & ex virtute vixerit. *mortale.* Quoties?

Vtrum deliberate abhorruerit res divinas, & abominatus bona Spiritualia, & opera bona ad quæ tenetur, vt præcepta Dei & Ecclesiæ. *mortale.* Quoties?

Vtrum proposuerit non ampliùs bene vivere? *mortale.* Quoties?

Vtrum deliberatè desideraverit malitiosè non fuisse creatus, & malit sive benè, sive male mori, vel esse bestia? *mortale.* quot.

Vtrum aliquem induxerit ad cibos contra votum comedendos, vel ipsemet, comederit, biberit? *mortale.* Quoties, *si fuit res notabilis.*

Vtrum luserit aliquem ludum sæpè expertus quòd in eo comittat blasphemias, periuria, fraudes, deceptiones. *Mortale etiamsi de facto nihil eiusmodi contigisset.* Quoties?

Vtrum malitiosè impugnaverit veritatem fidei quam cognoverat *Mortale contra*

Spirt.

Spiritus S. & si fecit. cum pertinacia est Hæresis & incurrit ex comm. Bullæ Cænæ. Papæ reseruat.

Vtrum doluerit, quòd homines fiant meliores, quod gloria Dei crescat inter illos? *mortale contra Spiritum S.* Quoties?

Vtrum habuerit firmum propositum manendi in peccato mortali? *mortale contra Spiritum S.* Quoties?

Vtrum baptisaverit aliquem existens laicus quando aderat Sacerdos. *mortale & incurrit irregularitatem.* in Cap. I. de Clerico *non ordinato Ministrante. Nam hic ordo seruari debet ut sacerdos baptiset. si ille absit, Subdiaconus, si nec ipse adsit, Clericus. Si Clericus desit, vir. Si uir desit, fæmina baptiset. Sed Quando est periculum ne moriatur infans absq; baptismo qui potest quàm primùm baptisare, baptiset. Quando infans abiectus reperitur, dequo nescitur, an sit baptisatus, sub conditione baptisetur. Si non es baptisatus ego te Baptiso &c. sed conditio priùs exprimatur quàm forma proferatur.*

Vtrum ex contemptu Sacramentum Confirmationis non acceperit. *Mortale.* Quoties contemptus repetitus?

Vtrum quando vidit despectui haberi ab Hæreticis res Catholicæ fidei, vg imagines conculcari, & sperabat se posse impedire nec impediuit? *Mortale.* Quoties?

Vtrum

Vtrum Infidelium vestibus sit usus seriò quas tantùm ad cultum falsum illi adhibent? *Mortale* Quoties? *aliàs eorum vestibus uti licet*.

Vtrum ita Sacris Hæreticorum interfuerit, ut videretur exercere eorum sectam? *Mortale*. Quoties.

Vtrum coram Hæretico in partibus Catholicorum Ministro contraxerit Matrimonium? *Mortale*. Quoties.

Vtrum se periculo Hæreseos exposuerit v. g. Conciones audiendo? *Mortale*. Quoties.

Vtrum minùs appretiativè DEUM amaverit quàm creaturas. hoc est maluisset DEO carere quàm creaturis? *Mortale* Quoties.

Vtrum in Sacra Confessione negavit mortale quod fecit, vel dixit quod non fecit? *Mortale*. Quoties. *& est repetenda Confessio*.

Vtrum Confessus veniale quod non fecit, nec aliud peccatum dixit quod fecit *Mortale Sacrilegium*. Quoties!

Vtrum Confessus absque dolore, & firmo proposito? *Mortale* Quoties. repetenda.

Vtrum aliquod mortale abs; legitimâ causa in confessione tacuerit. *Mortale & con-*

feßio repetenda. Quoties.? *Sed si post hanc sacrilegam confessionem oblitus verè peccâti illius in aliis Confessionibus tacuit. aliæ Confessiones non repetendæ.* Quodsi *in pueritia v. g. mollitiem comisit nec putavit esse peccatum, & ita bonâ fide confeßus deinceps, tandem post multos annos, advertit esse peccatum. non sunt repetendæ confessiones sed solum mollitiem confiteatur. Lug. de pænit. d. 16. s. 15.*

Vtrum confessus per ludibrivm absq; voluntate recipiendi absolutionem? *Mortale* Quoties.? *repetenda. uti etiam repetenda si Sacerdos non absolvit: si formam substantialiter variavit, ita ut alium sensum constituerit: si caruit Iurisdictione, vel fuit excommunicatus nominatim, aut Notorius Clerici percußor. sed si redeat ad eundem a quo non absolutus eum potest absolvere dum confusè Confeßarius meminerit peccatorũ, & Pænitens dicat se dolere de iis quæ antea confessus. absolvendus sine repetitione, Lugo d. 16 s. 15. Qui bonâ fide, & non de industria accessit tam rudem Confeßarium ut putauerit homicidium esse veniale peccatum, dummodò saltem apprehendat, quod Pænitens aliquod habeat in communi peccatum, non debet repetere. Soar. de Pænit d. 28 s. 2. Sed si de industria talem quæsivit, peccavit mortaliter & repetere tenetur. Similiter peccavit & debet repetere, qui de industria Confeßus semidormienti*

mienti: sed si bona fide confessus non tenetur repetere nisi illa quæ putat à Confessario ob somnum non audita. idem est si Confessarius fuit valdè distractus. Sed si hoc non advertat nisi absolutâ Confessione & ita nescit quodnam peccatum Sacerdos non audierit, tenetur totam repetere, nec Sola de quibus dubitat. Lug. de Pænit. d. 19. s. 15.

Qui est excommunicatus & invincibiliter oblitus est id dicere, neq; ante absolutionem ob hoc liberatus, non debet repetere Confessionem. Soar. in 3. p. de Cens. d. 19. s. 3. *sed si hoc fecisset de industria, peccavisset mortaliter & repetere deberet Confessionem.*

Vtrum opus bonum, aliunde debitum, quod illi assignatum fuit pro Pænitentia, omiserit. *si notabile fuit, est mortale duplex specie diversum, v. g. si Sacerdoti assignetur pro pænitentia ut oret breviarium, quod aliunde orare debet. Quia sunt diversa motiva obligationum.*

Vtrum recusaverit acceptare Pænitentiam conuenientem quæ illi in Confessione imponebatur, *mortale si pænitentia pro mortalibus imponebatur, quia pro talibus gravis censetur imponi Pænitentia, nisi expressé fuerit levis tum enim erit veniale. & sententia oppositum docentium est temeraria, quod scilicet Pænitens non obligetur acceptare Pænitentiam,* ita Soar. Vasq.

Vtrum Pænitentiam pro mortalibus impleve-

pleverit. *est mortale imo pro uenialibus gravem. quanquam aliqui putant pro venialibus impositam omittere, esse veniale.*

Vtrum ex culpa sua sit oblitus Pænitentiæ pro mortalibus. *Mortale. sed non tenetur rursus confiteri aut loco eius quidquam facere, si tamen potest, Confessarium interroget quam imposuerit. Vasq.*

Vtrum pænitentiæ graves circumstantias omiserit? *Mortale, si leves* veniale.

Vtrum commutaverit sibi pænitentiam gravem etiam in graviorem? *Mortale. Lugo de pænit. d.25. s.6, Quia non est ipse sibi superior, sed debet vel ab eodem cui confessus petere commutationem, vel de novo alteri confiteri.*

Vtrum Confessario petenti licentiam ut ex eius Confessione de rebus ad eius salutem necessarijs ageret, negavit. *Mortale.*

Vtrum volens sit rebaptisatus? *Mortale & est irregularis. & si id fecit propter hæresim, tali olim per annos septem feriæ quartæ & sextæ ieiunium imponebatur. Si pro munditia, seu corporis aliqua curatione, tribus annis. Cap. Qui bis, de Consecrat. d. 4.*

CAPUT II.

Examen circa Secundum Decalogi præceptum & vota ac Iuramenta.

Vtrum

VTrum contra DEUM blasphemaverit attribuendo ei vitia aliqua vel derogando perfectionibus. *Mortale* Quoties? Hæresis.

Vtrum blasphemaverit contra B. Virginem. *Mortale.* Quoties.

Vtrum blasphemaverit contra Sanctos? *Mortale* Quoties. *Azor tamen apud Dianam Soar. tom. 2. de Relig. lib. de iuramento docet has tres blasphemias non differre specie, proinde iuxta eum non erit necesse explicare contra quem ex istis fuerit blasphemia. Pro uno actu blasphemiæ in Canonibus designata fuit pænitentia, ut extra portam Ecclesiæ aperto capite per septem Dominicas starent nudis pedibus, fune iniecto in collum, idq; tempore quo missa solennis celebrabatur. insuper, ut septem Ferijs sextis pane & aquâ contenti essent, & eleemosynas pro posse darent. ita in Cap. statuimus. de Maledictis. At verò Deus in sua lege statuit Levit. 24. Qui blasphemaverit nomen Domini morte moriatur. modumq; eum occidendi ibidem describit, cùm dicit. Educ blasphemum extra castra, & ponant omnes qui audierunt manus suas super caput eius, & lapidet eum populus universus. in lege etiam nova Christus D. docet Marci 4. Blasphemiam In Spiritum S. esse irremissibilem, hoc est difficillime remissibilem. S. Augustinus docet. Blasphemare Christum*

stum esse gravius peccatum quàm crucifigere.

Vtrum in contemptum Dei vel Sanctorum aliquid fecerit. *Mortale* Quoties.

Vtrum maledixerit Deo quod illum creaverit, conservet &c. *Mortale* Quoties?

Vtrum dixerit quòd Deus sit illius oblitus. *Mortale, blasphemia.* Quoties. *similiter si dixit,* quòd Deus non curet Homines *vel,* quòd *aliis magis faueat. & quidem si blasphemia Hæresim contineat quales sunt istæ, explicandum in Confessione. Lugo de pænit d. 16. s. 5. est excomm. Bullæ Cænæ Papæ reseur. inanimadvertentia tamen potest excusare à blasphemia mortali, sed solùm eos qui curam salutis suæ habent, nam in his qui assueverunt blasphemare est mortale, quia non curant hunc habitum deponere.*

Vtrum maledixerit alicui creaturæ cum respectu ad Deum. *mortale. Sed si in illa maledictione non attingebat Deum, poterit esse veniale.*

Vtrum peieraverit extra iudicium. *mortale.* Quoties? *Olim tales debebant ieiunare per dies 40. in pane & aqua, & per septem annos sequentes agere pænitentiam, & deinceps nunquam esse sine pænitentia. cap. Quicunq. 6. q. item, si damna secuta, compenset.*

Vtrum peieraverit in manu Episcopi vel in Cruce consecrata. *mortale.* Quoties? *Olim*

talis

talis tribus annis pænitebat. Si in non consecratu cruce, vno anno. Si ignoranter & coactus, tribus Quadragesimis. cap. qui peierat.

Vtrum alterum in periurium induxerit? *mortale.* Quoties? *Olim talis 40. diebus in pane & aqua ieiunabat, & septem annos sequentes dabat pænitentiæ, & deinceps nunquam sine illa fuit. eodem modo Conscij huius periurij agebant pænitentiam.* Cap. Si quis peieraverit 2. 2. q. 5.

Vtrum falsò iuraverit coram iudicio? *mortale.* Quoties? *& debet omnia damna compensare, quæ aliquis ex eius periurio accepit.*

Vtrum dederit pecuniam ut aliquis in iudicio peieraret? *mortale.* Quoties, *& tenetur ad restitutionem omnium damnorum quæ per hoc periurium alicui illata, si principalis non restituit.*

Vtrum iuraverit affirmando id de quo erat dubius? *mortale.* Quoties.

Vtrum coëgit aliquem iurare, sciendò quod esset falsò iuraturus. *mortale.* Quoties. *Æquivalet id homicidio 2. 2. q 5 Si quis convictus. Iudex tamen potest absq; peccato suo tale iuramentum permittere instante parte Richard. in 4. dist. 39. Idem erit si putando falsum iuramentum coëgit ad vertum.*

Vtrum quod iuraverit se facturum non fecit? *mortale* Quoties. *est periurium, & tenetur facere dum sit res licita.*

Vtrum iuraverit aliquid mali v.g. se vindicaturum. *Mortale. Quoties? & novum peccatum comittet si fuerit executus.*

Vtrum iuraverit per suam animam, conscientiam, in re gravi. *mortale.* Quoties? *aliàs veniale.*

Vtrum vouerit se ingressurum Religionem? *Si ex negligentia differt est mortale. tale votum non solvitur nisi à Papa.*

Vtrum voverit castitatem perpetuam. *Quoties facit contra castitatem comittit sacrilegium, sed ab hoc peccato potest à quovis Confessario absolvi. Voti vero dispensatio soli Papæ reservata, itemq; eiusdem commutatio. Et si votum est privatum est impedimentum Matrimonij, & si illud habens contrahat, peccat mortaliter, neq; potest debitum petere nisi cum eo dispensetur ab Episcopo. reddere tamen debitum debebit imò Panormit. in Cap. Tua nos. de iurando docet. Quodsi non habuerit dispensationem in voto, Proles illegitimas. Si autem votum fuerit solenne, qualis est professio Religiosorum, item solenne est Subdiaconorum & vltra. Matrimonium est nullum: & talis semper est in peccato mortali, & proles Illegitima. vt est in cap. vnico de voto 6. neq; Episcopi in hoc voto dispensare possunt, licet possint in alijs. Hæc vota Papæ reservata, Votum castitatis perpetuæ, Religionis, Peregrinationis in Ierusalem, Compostellam, Romam. Votum verò sive Deo, sive B. Virgini, sive Sanctis fiat, est idem specie idem est de Iuramento.* Soar. tom. 2. *de Relig. lib.* 1 *quia hæc ad Deum referuntur.*

tur. & qui non satisfacit votis illis Papæ reservatis potest excommunicari.

Vtrum constituerit peierare. *Mortale.* Quoties.

Vtrum in re gravi constituerit non servare, promissa, iuramenta? *mortale* Quoties. vel aliquem ad hæc induxerit. *mortale* Quoties.

Vtrum verbis sacræ scripturæ abvsus ad turpes iocos, pasquilos. *Mortale* Quoties?

Vtrum iurare supra sclopum coëgerit. *Mortale.* Quoties?

Vtrum distulerit satisfacere iuratæ promissioni in re gravi sine causa gravi. *Mortale.* Quoties & *si nolit satisfacere quam primum poterit, non est absolvendus. in re parua dilatio est uenialis.*

Vtrum aliquo voto se graviter obligaverit, nec voluerit illud servare. *mortale.* Quoties. *nec potest absolvi nisi mutet animum, potest tamen si est causa iusta petere dispensationem in voto illo.*

Vtrum votum cùm non potuerit implere totum, neglexerit etiam quoad partem, quam potuit. *Pro hoc nota. Si res quæ vovetur sit divisibilis. v. g. vouit. quis peregrinati & dare eleemosynam: peregrinari non potest ob morbum, tenetur tamen dare eleemosynam,*

&

& si hoc non fecit, peccavit iuxta voti obligationem idem est de iuramento.

Vtrum violaverit votum factum sub mortali & firmatum iuramento? *Mortale duplex. & tertium erit si res illa aliunde fuit sub mortali præcepta. vt si vouerit iuraveritq; auditurum se Missam die festo. Sanch. lib. 7. de Matrim. d. 27.*

Vtrum coactus peieraverit. *Mortale.* Quoties. *& si liber est iuxta Canones debuit pænitere per dies* 40. *& septem annos sequentes Si servus, per tres Quadragesimas & legitimas ferias. Cap. Qui compulsus. 22. q. 5.*

Vtrum Deum vocaverit in testem mendacij etiam levis *Mortale* Quoties.

Vtrum satisfecerit votis, Patris, Matris, & eorum quibus in hæreditate successit. *mortale. Omnia enim eorum vota quæ non sunt personalia, debet implere v. g. si uoverunt se daturos aliquas eleemosynas, altaria erecturos &c.*

Vtrum votum fecerit ieiunandi. Quoties illud violat, *mortale. Sed in coniugio si maritus non permittat vxori, non obligat. ita & in alijs qui non sunt iuris sui, non approbante eorum Superiore, vota quæ possent iuri eius præiudicare, nulla sunt. Ita nec Religiosi votum valet dandi Eleemosynas cùm nihil habeat, nisi ipsi concedatur. Sed Orationes dicere possunt*

quæ non sunt impedimento Ordini domestico

Vtrum nomen Dei, vel Sancti, vel Evangelium, vel alias res sacras in re vili, cum contemptu ac ludibrio nominaverit? *mortale.* Quoties? *Si desit ludibrium & contemptus, erit veniale.*

Vtrum votum fecerit, licet solùm in mente de re bona, notabili, & non servavit cùm potuerit. *mortale.* Quoties? *Nam de re parva esset veniale, nisi expressè sub mortali se obligaverit, de re etiam magna potest se obligare sub veniali.*

Vtrum proposuerit votum non servare, quod sub mortali obligat. *mortale.* Quoties?

Vtrum fecerit votum de re mala v. g. se vindicaturum? *mortale.* Quoties? *neq; istud votum obligat, & si illud implevit in materia mortali, novum mortale comisit.*

Vtrum votum fecerit de re bona sed fine malo. v. g. ingrediendi Religionem ut vexet Parentes. *mortale. neq; obligat.*

Vtrum votum aliquod stultum fecerit, vel de re indifferente, vel de ludicra. *Non peccavit quidem graviter si ex simplicitate fecit, neq; etiam obligatur.*

Vtrum vrserit aliquem ad prodendum secretum ad quod tenendum iuramento

fuit

fuit obstrictus. *mortale.* Quoties. *multò magis si sollicitavit Sacerdotem ad revelandum Confessionis secretum.*

Vtrum iuraverit se aliqua statuta aut leges servaturum, & non servet. *mortale.* Quoties. *Non obligatur tamen ad illa servanda quæ per contrariam consvetudinem abrogata ab antiquo d. l. 4. § leges. iam enim non habent vim legis.*

Vtrum iuraverit non intendendo servare iuramentum. *mortale.* Quoties. *Si iuravit in alicuius commodum se aliquid facturum, in cuius commodum iuratum est, potest ille iuramentum relaxare quodsi in honorem Dei simul, aut etiam in aliorum vtilitatem cedat: tum eius relaxatio apud Papam vel Episcopum quærenda.*

Vtrum adiuraverit aliquem intendendo eum obligare per modum iuramenti, non habendo in eũ potestatẽ. *mortale.* Quoties. *Subiectos eo casu licet adiurare, quo licet eis sub peccato præcipere. & tunc adiuratus, tenetur sub peccato obedire. Quodsi non intendat obligare hoc modo, sed per modum deprecantis, idq; in re bona, etsi non habeat in eum superioritatem non peccabit.*

Vtrum adiuraverit dæmones per modum deprecationis ut ab illis aliquid disceceret, vel auxilium acciperet. *mortale.* Quoties. *Nisi quis ex mera simplicitate quæreret aliquid ex obsesso: tunc enim esset veniale. Per modum*

dum coactionis ne nobis noceant, licet illos adiurare, ita etiam licet adiurare creaturas irrationales, ne dæmon illis in nostrum damnum vtatur.

Vtrum habens cum aliquo causam, iuraverit, se nullo modo cum eo reconciliare velle, *mortale. Ne tenet. & olim pro hoc vnius anni pænitentia publica imponebatur. Ita Ilerdensis Synodus cap. 7.*

Vtrum æquivocè iuravit cum damno alterius. *mortale.* Quoties. *& si illud iuramentum fuit causa damni, tenetur restituere. Prohibitæ sunt æquivocationes in iuramento.*

CAPVT III.

Examen circa tertium præceptum, & Præcepta Ecclesiæ, ac Sacramentum Eucharistiæ.

VTrum die Dominico aut festo de præcepto cùm potuerit audire Sacrum, omiserit? *mortale.* Quoties. *Item mortale si per magnam partem Sacri, v. g. per tertiam, in templo confabulatus, vel literas, aut aliquid profanum legit, vel plusquam a tertia parte eius abfuit neq; aliud Sacrum audivit. aut ita audivit, vt nemo prudenter illum Sacro attendere iudicaverit.*

Vtrum audierit Sacrum Sacerdotis nominatim excommunicati cùm potuerit alterius audire. *mortale.* Quoties. *& ipse minorem excommun. incurrit.* Vtrum

Vtrum impediverit, vxorem, aut filios sine gravi causa ne Sacrum audirent. *mortale.* Quoties.

Vtrum fecerit eos labores, aut iusserit, qui serviles dicuntur, die festo, per tempus notabile, hoc est, duas horas. Filliuc. *mortale.* Quoties. *Mortale etiam instrumenta iuris conficere. Medicinalia verò semper licet facere & vendere cum necessitate. Quodsi agatur de gravi damno nisi laboret servilia, vt quia tempestas imminet frugibus nisi colligantur audiat primò Sacrum, & si prope habeat Parochum petat licentiam. In obsequium verò Ecclesiæ & Pauperum in festis laborare licet.*

Vtrum in templo negotia publica egerit, aut negotiationem exercuerit. *mortale,* Quoties. *S. Tho. 2. 2. q. 115.*

Vtrum die festo fecerit ea quæ vetat facere Ecclesia. *mortale.* Quoties. *talia verò sunt tria. 1. Emere & vendere quæ non sunt ad usum illius diei necessaria. si autem tunc fuerint nundinæ, in illis licebit, si hoc tolerant Prælati Ecclesiæ. 2. Iudicare causas civiles aut criminales absq; gravi necessitate, nisi sint causæ piæ. 3. Iurare aut facere iurare in iudicio sine causa excusante.*

Vtrum templum incenderit. *mortale, Sacrilegium, est excomm Bullæ Cænæ, damna debet restituere olim tali annorum quindecim pænitentia imponebatur. Cap si quis Ecclesiam. 17. q 4*

Vtrum fideliter observaverit ieiunia

quoad cibi qualitatem & cænulam. *mortale.* Quoties. *qualitas autem servanda iuxta loci consvetudinem, nam in quibusdam locis comedere lacticinia licet, in alijs non.* Synod. Vilnensis Anno 1633. In Quadragesima ex consvetudine potest sumi parcior cæna ferijs tertijs, quintis, Sabbatis.

Vtrũ cibos prohibitos in ieiunio dederit prolibus iam habentibus vsum rationis, hoc est annos 7. aut famulis: vel si habent annos 21. completos, ultra quantitatem: Sed si sexagesimum attigerunt liberi sunt à ieiunio quoad quantitatem. aliàs *mortale.* Quoties. *Qui non habent sufficientem vnam refectionem, uti sunt Pauperes, possunt sæpiùs comedere, item prægnantes, lactantes, infirmi, & qui graviter laborant, & qui ieiunando strictè non possunt suo labori satisfacere. Cùm aliquis Paterfamilias, vel Dominus, vel caupo indifferenter proponit quantitatem & qualitatem obligatis & non obligatis ad ieiunandus, peccat graviter, & licet negato indebito cibo famuli blasphemarent, non debet curare, quia non ille est causa blasphemiæ, sed eorum malitia. Quod si nimis essent molesti ac vellent omninò frangere ieiunium, dare potest cænam Pterfamilias, Caupo, Dominus absq; suo peccato, dum fiat sine aliorum scandalo. idem est si gravis metus aut periculum instaret, nisi dederit.*

Vtrum omiserit aliquo anno Confessionem

nem iam habens annos discretionis. *mortale.* Quoties.

Vtrum omiserit Communionem pro Paschate. *mortale.* Quoties. *insuper erit excommunicatus, & caret sepulturâ in loco sacro. Paschalis tamen communionis tempus à Confessarijs potest extrahi vsq; ad Pentecosten. Layman lib. 5. n. 6. cap. Debet autem hanc communionem sub mortali in propria Parochia vel certè in Ecclesijs Mendicantium Religiosorum ex concessione Nicolai V. Pauli III. facta Religiosis B. Virginis de Guadalupa. quam participant prædicti Mendicantes. ita Bannez, Fagundez de præcepto Eccl. 3. lib. 1. cap. 5. n. 3. Lugo de Euchar. d. 8. sect. 2. n. 49. Sed vsus in hac re spectandus. obligatur communicare puer quando iam discernit communionem à pane simplici.*

Vtrum communicaverit conscius peccati mortalis, aut de eo rationabiliter dubitans. *mortale.* Quoties.

Vtrum communicaverit sumpto aliquo cibo aut potu, post mediam noctem illius diei. *mortale.* Quotiet.

Vtrum compulerit Personam Ecclesiasticam ad submittendum sibi iura Ecclesiastica in casibus à iure prohibitis. Aut, utrum habens aliquid ab Ecclesia per contractum licitum, usurpaverit plùs quàm licitum fuit ex tali contractu, & admonitus non destitit. *mortale. & excomm. Bullæ cænæ.*

Vtrum hæreticum in loco ſacro fecerit ſepeliri, aut ſepelientem foverit, receperit. *mortale.* Quoties. & excomm. nulli reſervata, ſed *abſolvi non debet priùs quàm ſuis manibus cadaver effoderit, & eiecerit foras.*

Vtrum ſcienter contraxerit Matrimonium in gradibus prohibitis. *mortale.* Quoties. *& eſt excomm. nulli reſervata. Mortale item ſi in mortali, contraxerit, & idem eſt de quovis Sacramento, niſi elicuerit Contritionem, ſed ante Communionem etiam confiteri debet ſi poteſt.*

Vtrum commentatus fuerit Concilium Trid. vel Clementinam. Exivit de Paradiſo. *mortale. excomm. nulli reſervata.*

Vtrum Papæ electi nondum coronati impugnaverit literas, iam enim tunc habet poteſtatem. *mortale.* Quoties. *excomm. nulli reſervata.*

Vtrum de rebus Sacris libros impreſſerit, vel imprimi fecerit, vel vendiderit, vel apud ſe habuerit, ſine nomine authoris, cenſura, & approbatione Ordinarij factos, aut eos tranſcripſerit, ſcripto vulgaverit. *mortale. Excom. nulli reſerv.*

Vtrum pinxerit aut pingi curaverit Agnos Dei aut vendiderit. *mortale. excomm. nulli reſerv.*

Vtrum in ſequeſtratione facta per Ordinarium

narium loci de Beneficio Eccleſiaſtico per trieñnium integrum pacifice poſſeſſo, definitivam contra poſſeſſorem apud ſedem Apoſtolicam duntaxat promulgatam, impedire; vel fructus ſequeſtratos quoquomodo occupare præſumpſerit. *mortale. excomm. nulli reſervata, ſed abſolvi non poteſt niſi priùs, uſurpata reſtituerit, & impedimenta remouerit.*

Vtrum impediverit Iudices Eccleſiaſticos delegatos quominùs ſuâ iuriſdictione fruantur. *mortale. Excomm. nulli reſervata, ſed ſi impedivit Iudicem Eccleſiaſticum Ordinarium Excomm. Bullæ Cænæ Papæ reſeruata.*

Vtrum occiderit, verberaverit, deiecerit, perterrefecerit, Inquiſitorem, Aduocatum, Procuratorem, Notarium, aliumve Miniſtrum S. Officij, id eſt inquiſitionis, ſeu accuſatorem denunciaverit, quo ad teſtem in cauſa fidei quomodocũq; productum & alios multos. *Si fecit hoc ex favore ergo Hæreſim, mortale & Excom. Bullæ Cænæ Papæ reſeru. ſi abſq; illo favore, mortale & excomm. nulli reſervata.*

Vtrum Religioſos & Sacras Perſonas deriſerit. *mortale.* quoties?

Vtrum Sanctitatem & Virtutem ſimulaverit malo fine, vel ob ambitionem, vel

ut spargeret facilius odia, errores? *mortale* quoties.

Vtrum Maiori excommunicatione irretitus divina in Ecclesia audivit, aut Sacramenta percepit? *mortale.* Quoties? *licet de sua excommunicatione ex crassa ignoratione nesciverit.*

Vtrum ex contemptu participavit cum eo qui maiori excomm. innodatus. *mortale* quoties? *& licet non ex contemptu id fecerit ipse minorem excomm. incurrit. excusatur tamen si ignoravit esse talem, vel ex necessitate cum illo egerit, uel ob illius utilitatem Spiritualem.*

Vtrum diebus quibus ex præcepto Ecclesiæ ieiunare debuit carnes comederit? *mortale & toties mortale quoties eâdem die comedit, vnde hoc debet explicare, quia duo præcepta violavit, & de non comedendo nisi semel in die sed si non explevit ætatis 21. annum solùm prius præceptum violauit.*

Vtrum constituerit non observare festa, & in illis Missas non audire. *mort.* quoties?

Vtrum die festo gravem pænam vel executionem capitalis sententiæ, intulerit. *mortale.* quoties? Simile si svasit alicui vt talia ageret, vel si acta approbavit vel à cultu Dei retraxit. maius adhuc peccatum si observantiam diei festæ reprehendit.

Vtrum

Vtrum iter fecerit die festo cum onere? *mortale.* quoties. *licet autem iam antea cæptum iter prosequi: si id absq; damno fieri non possit non est mortale si pluribus festis laboret, sed in nullo duas horas impleat, aut plures operarios adhibeat, ut ante duas horas finiant.* Soar. lib. 2. de fest. cap 31. Tempus festi à *medianocte incipit ad aliam. ibid. non sunt servilia, scribere. transcribere, studere, docere. Ibid. c.* 24. *etiam pingere, iuxta Medinam, Layman Lopez. sed probabilius istud non licere. Idem est de acupictura. Sa. V: Festum. Causæ sunt quæ excusant laborem die festo à peccato. necessitas tàm propria quàm aliena. fuga alicuius damni notabilis, aut lucri iactura. mandatum Domini erga famulos, vel Mariti erga vxorem, vel aliorum superiorum. Sanch. dub* 1. *n* 19. *item pietas, vt Ecclesias ornare cùm est aliqua necessitas. Sylu. V. Dominica.* q. 4.

Vtrum die Nativit. Christi audierit tres Missas? *non peccavit graviter si tamen vnam audivit. Soar. d. 88. s. 3.*

Vtrum transeundo locum in quo est festum, quod non est in sua patria, Missam non audierit? *est mortale si in eo loco aliquamdiu morari constituit & non per transenam: sin secus, non erit mortale Lugo d.* 22. *s.* 3. *Quod prohibet ne domo exeas, idem ab auditione Missæ excusat, ut carere veste, famulatu, pro hiberi à Patre, Marito servire ægro. coquere cibos, custodire domum aut pecora. Bonac. disp. 4.* de *Euch.* *q. ult.*

q. ult. Nemo cum suo notabili incommodo tenetur antevertere impedimentum quod scit superventurum ne audiat Missam: aliàs tenetur. Sanch. lib. 5. c. 17 non peccat famulus si Domino impediente non audiat Missam. tenetur tamen mutare Dominum si possit absq; suo gravi incommodo

Vtrum Clericus Clericum traxerit ad forum laicale? *Mortale. est excommunicatio.*

CAPUT IV.

Examen circa Quartum præceptum.

VTrum percusserit Patrem, Matrem, est peccatum simul conta iustitiam ac pietatem, & distinctum rà percussione Fratris & Sororis, Filij, Lugo d. 16. de pænit. s. 6.

Vtrum voluntati Patris, Matris defunctæ, in quorum bona successit, satisfecerit in re notabili. si non. *est mortale. idq; licet in solennitatibus iuris deficeret testamentum, si tamen duo possint testari eam fuisse defuncti voluntatem in ordine ad causas pias, etiam in foro externo obligatur. Authent. C. de liberis præteritis & exhæredatis. Imò sine his testimoniis in conscientia obligatur.*

Vtrum filijs & Familiæ valdè negligat providere necessaria. *Mortale.*

Vtrum

Vtrum peccata gravia domi ſuæ toleraverit quæ corrigere potuit. *Mortale & quænam ſunt explicet, quia illorum eſt particeps.*

Vtrum per ſermones vel actus impudicos prolem, aut familiam ſcandaliſaverit, *mortale.* quoties.

Vtrum prolem ſuam volentem ingredi Religionem abſq; iuſta cauſa impediverit. *mortale. neq; proles ipſi in hoc debuit obedire,*

Vtrum Vxorem ſuam graviter verberaverit. *Mortale.* Quoties. *Habet tamen ius Vir prolem & uxorem iuſta ex cauſa leviter caſtigandi. ſed graviores pœnæ ſpectant ad Iudicem.*

Vtrum uxorem grauibus contumeliis affecerit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum Patri aut Matri in gravi neceſſitate non ſuccurrerit *Mortale.* Quoties

Vtrum neglexerit curare ut proles & familia ſciret quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria *Mortale.*

Vtrum maledixerit Patri vel Matri vivis aut mortuis *Mortale.* Quoties.

Vtrum illis etiam in rebus parvis ex contemptu non obediverit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum illis dure locutus ſit, vel illos graviter contriſtaverit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum Filios, etiam illegitimos, vel ſervos fideles abiecerit. *Mortale.*

Vtrum graviter contempserit labores, benefecia parentum, Præceptorum. *mortale* Quoties.

Vtrum Parenti sit aliquid furatus. *Maior quantitas in hoc furto requiritur ad mortale quam si alteri furaretur.*

Vtrum Superioribus Spiritualibus præcipientibus in virtute Obedientiæ, vel in nomine Christi, vel sub pæna Excomm. carceris, aut alia gravi non obediverit. *Mortale.* Quoties?

Vtrum constituerit in nullo obedire Superioribus. Regulas Religionis non servare. temerariè in re gravi iudicaverit maiores, contempserit. *Mortale.* Quoties?

Vtrum ita amaverit Parentes ut propter illos paratus fuerit Deum graviter offendere. *Mortale.* Quoties.

Vtrum detraxerit graviter Parentibus, Episcopis, Regi, Præceptoribus, Magistratui. *mortale.* Quoties. Simile si illorum peccata occulta revelavit vel secreta: vel si exprobraverit paupertatem &c.

Vtrum impensas pro studiis cum gravi damno, vel bona Parentum dissipaverit. *Mortale.*

Vtrum mortuis Parentibus habens curam Fratrum,

Fratrum, Sororum, valdè illos neglexerit. *mortale.* Item utrum dotem Sororibus detinuerit, vel eas elocare noluerit. *mortale.* Vel debita Parentum non ſolverit. *Mortale.* Debet cogi ad ſoluendum. *Honor Maioribus debitus in quatuor rebus conſiſtit, in reſpectu, reverentia, obedientia, ſuccurſu in neceſſitatibus. Bonac.*

Vtrum negaverit ſe filium horum Parentum, cum potuerit abſque ſuo damno fateri. *Mortale.*

Vtrum manum elevaverit contras Parentes, vel ad indignationem eos concitaverit? *Mortale.* Quoties. *Tolet, Azor, Bonac, & in Confeſſione explicari debet, quale crimen in Parentes ſit commiſſum.*

Vtrum Parentibus non obediverit in re gravi ſpectāte ad regimen Domûs: aut vitæ directionem, ut ſi monuerint deſerere ſocios malos, ludos, pericula, ſi eſt res gravis, *Mortale. non tenetur autem obedire in rebus illicitis.*

Vtrum negaverit cibum egentibus Parentibus, ægrotos non inviſerit, non procuraverit Medicos. &c. idem de incarceratis. *Mortale. Bonac. p. 5. u. 1.* Item mortale nonprocurare ægris Sacramenta, impedire ne faciant pia legata, non exequi teſtamenta, aut differre, negligere ſepulturam, aut

pia

pia opera pro animabus illorum. Filiuc. n. 28. c. 4.

Vtrum Parens permiserit peccare mortaliter proles? *est mortale.* Item si gravia illis mala imprecetur, si non removeat occasiones gravium peccatorũ, item si det prava consilia *Bonac. p. 6.* Item si crudeliter tractet si dotem non procuret aut alimenta. Idem

Vtrum coëgerit Filium ad ingressum Religionis, aut ad eam coëgerit, si Filiam etiam domi cogat ad deferendum habitum Monachæ. *est mortale.* Tolet lib. 5. c. 1.

Vtrum permiserit Filium ante Matrimonium cum sponsa cohabitare *Mortale. & quidem in hoc Mater gravius peccat, si ad hoc Filiam cogat. Navar. c. 14. n. 18. Nam licet Sponsis oscula ac honesti tactus sint liciti, si tamen habeant impedimentum Matrimonii, priusquam in eo actu dispensetur, tenentur, sub mortali Parentes talia impedire. Sanch de Matrim l. 5. d. 5. n. 38.*

Vtrum Coniuges se graviter oderint, vel gravia mala imprecati, se contumeliosè tractaverint. Si Vxor in rebus gravibus ad regimen domûs spectantibus non obediat, provocet virum ad indignationem *Mortale* Quoties. *Tolet. lib. 5. c. 2.* Item mortale si Vir excessivè castiget Vxorem, si fame vexet, si non pro conditione tractet, si illi

detra-

detrahat. Affines illius contemnat, sine causa illi devotiones prohibeat *Tolet.*

Vtrum Famulus in re gravi & licita Domino non obediverit. *Navar. cap. 14. n. 22 Mortale.*

Vtrum Dominus nimis asperè habeat famulos, si non solvat salarium, non det statutum vestitum, prohibeat absq; gravi causa die festo Missam, aut tali die cogat ad laborem, non corrigat peccata, aut eorum non amoveat occasiones.

Vtrum Superior Ecclesiasticus in grauia peccata permittat labi Subditos, scandala tolerat, Sacramenta illis non procuret, Catechismum doceri non curet, prava det exempla *Mortale Bonac. d. 6. p. 8*

Vtrum Subditus in re gravi licita, Superiori Ecclesiastico dum præcepit sub Excom. latæ sententiæ, non obediverit. *Mortale sed sub mortali non obligat comminatio nisi sit terna monitio. Nec obligat item suspensio sub mortali, nisi id materia postulet, vel suspensio sit maior ab officio Soar 4. dd leg. c. 18. n. 16. Si lex aliqua.*

Vtrum Superior Ecclesiasticus facilè excommunicet? *Respondet Franchis fol. 267. Si faciat id sine maturitate, talis Superior præter condemnationem ad damna, expensas. & suspensionem*

graviter est puniendus. & pro hoc adducit Canones, Iniustè excommunicans committit sacrilegium, quod crimen est depositione dignum. Ibid.

CAPUT V.

Examen circa Quintum præceptum & opera Misericordiæ.

VTrum occiderit aliquem, vel iusserit, vel suaserit occidi. *mortale.* Quoties. *Et si occidit Clericum, vel Monachum vel Monacham, incurrit excomm. reservatam Papæ. Trid: sess. 14 cap. 6. & iuxta Canones ipse in Monasterio per totam vitam debet servire Deo, & septem annis publicam agere pænitentiam. Cap. Qui occiderit 17 q. 14. Si occidit Præsbyterum, pænitere debuit, annis duodecim. cap. 2. de pænis & remiss. Si aliquem casualiter occidit, annis agebat quinq; pænitentiam Cap. ex Eliberitensi Synodo cap 5 qui voluntariè laicum occidit, annis septem pænituit. Contrahit etiam nunc irregularitatem perpetuam ad Sacros Ordines & Beneficia Ecclesiastica ex Trid. sess 24. cap. 7. in qua solus Papa potest dispensare, etiamsi occultum esset homicidium. in casuali tamen purè homicidio potest dispensare Episcopus ibid. Præterea, damna omnia quæ secuta sunt ex morte occisi, solvere debet, uti & expensas pro Medicis, Chirurgis, Pharmocopæis, neq; debet absolvi priusquàm hæc fecerit, aut se facturum iuraverit, vel cautionem dederit 3. q 8. Cap. Si quis membrorum. Quodsi postquam dedit consilium occidendi aliquem, interea revocaverit,*

caverit, & omnimodo impedivit ne occideretur, non peccat homicidio actuali, sed innocens dum invaditur ab hoste, si occidit non intendendo occidere nisi per accidens, sed se tantùm defendere, non peccat, nec efficitur Irregularis. Sed si ad istam necessitatem pervenit suâ culpâ, vt quia in furto vel adulterio deprehensus, committit homicidium.

Vtrum prægnanti curaverit vel suaserit abortum? *mortale.* Quoties. *Et quidem si fætus fuit animatus verus est homicida & irregularis, & casus est reservatus Episcopo, & meretur capitis pænam. Cap. aliquando 32. q. Quodsi fætus non fuit animatus, peccavit mortaliter; sed non factus homicida, meretur tamen vt damnetur ad fodienda metalla. Si quis aliud. ff. de pænis, in aliquibus locis est reservatus casus Episcopo etsi non secutus affectus.*

Vtrum aliquam prægnantem induxerit ad saltum, aut alios motus vehementes. *mortale ob periculum abortûs.* Quoties.

Vtrum ipsa prægnans saltaverit. *mortale.* Quoties.

Vtrum aliquem innocentem incarceravit. *mortale.* Quoties. *& tenetur ad restitutionem omnium damnorum quæ ille per hoc incurrit: tenetur etiam pro iniuria satisfacere. Si Clericum Sæcularis incarceravit incurrit, præter peccatum, Excommunicationem reserv. Pap.*

Vtrum canem ferocem, aut aliam bestiam non ligatam habeat quæ aliquem homi-

hominem occidit. *mortale. estq́ homicida d. 5. Cap. sæpè.*

Vtrum oppresserit pauperes? *explicet in quo, vt agnoscatur quomodo peccaverit, & ad quid teneatur.*

Vtrum dederit aliquod remedium fæminæ ne conciperet. *mortale.* Quoties.

Vtrum aliquem innocentem vulneraverit graviter. *mortale.* Quoties. *& tenetur, ad damnorum, iniuriarum, & medicinæ compensationem.*

Vtrum optaverit alteri malum grave ex animo. *mortale.* Quoties. *Sæpe tamen animus in hoc deest, vt cùm agricolæ suis pecoribus, vel Matres prolibus imprecantur.*

Vtrum placuerit ipsi quòd malum grave alteri accidit. *mortale.* Quoties.

Vtrum desideraverit alteri graviter nocere. *mortale.* Quoties.

Vtrum signa odij alicui exhibuerit, aut negaverit signa amicitiæ, quæ eius conditionis homines sibi solent exhibere. *mortale.* Quoties. *nam alia signa amicitiæ inter concives, alia inter Fratres, alia inter Coniuges, &c.*

Vtrum eadem signa amicitiæ negaverit cum scandalo, *exprimat.* vtrum cum damno proximi?

Vtrum

Vtrum animo vindictæ puniri suum inimicum desideraverit. *mortale* si optavit gravem pœnam. Quoties. *ut iustitia fiat, licet desiderare.*

Vtrum cum altero graviter pugnaverit. *mortale.* Quoties.

Vtrum in bello iniusto servíverit. *Mortale. uti etiam est mortale quando non erat certus quòd esset iustum, & non est subditus bellantis, nam subditus si non constet evidenter esse iniustum, potest servire.*

Vtrum occiderit aliquem casu quidem sed si adhibuisset sufficientem præcautionẽ id non evenisset. *Mortale.* Quoties.

Vtrum Mater aut Pater prolem, Frater sororem fornicantem, vir vxorem adulterantem occiderit. & è contra, vxor virũ, Filius Parentem, Frater Fratrem. *mortale.* Quoties. *Episcopo reservat.*

Vtrum Nutrix aut Mater secum in lecto Infantem deposuit, vnde secuta suffocatio. *mortale.* Quoties. *reservatum Episcopo, imò etsi non fuisset secuta, erit mortale ob periculum.*

Vtrum mandaverit aliquem lædi graviter, cõsuluerit, cooperatus fuerit, ratum habuerit. *mortale.* Quoties. *etiam non secuto effectu.*

Vtrum ſeipſum ex ira graviter percuſſerit. *mortale*. Quoties. *etſi Clericus incurrit Excommun. reſerv.*

Vtrum ſeipſum mutilaverit etiam ex deuotione. *Mortale & fit irregularis, & ſi eſt Clericus incurrit Excommunicationem Pap. reſerv.*

Vtrum occiderit aut vulneraverit aliquem in loco Sacro. *Mortale Sacrilegium, & eſt locus ille violatus.*

Vtrum aliquem malefactorem violenter ex loco ſacro extraxerit. *mortale. & incurrit Excomm. uti dictum in Cenſuris teneturq́ eum reddere loco ſacro.*

Vtrum fecit, aut curavit, aut permiſit fieri ludos periculoſos vt pugnas cum beſtijs. *mortale.* Quoties.

Vtrum per Magiam hominem occidit? *tam grave eſt vt ab Elibertenſi Synodo ſtatutum cap. 1. vt neq́ in articulo mortis illi Euchariſtia daretur.*

Vtrum ob homicidium ab illo occulte comiſſum innocens captus tanquam homicida. *poteſt ſe prodere ſi velit ſed non obligatur, etiamſi innocens ſit moriturus, nec peccavit ſi non intendit eam captivitatem.*

Vtrum alteri falſum crimen impoſuerit, vt innocens damnetur. *mortale. & tenetur ſe prodere cum pari periculo, vt innocentem liberet.*

Vtrum

Vtrum aliquem provocavit ad duellum. *Mortale, & excommunicatio Papæ reserv. si duellum secutum, vel saltem in loco duelli comparuit: sive duellum publicum & cum solennitatibus, sive privatum & sine illis, uti Congregatio Card. pro Conc. Trident. declaravit, in Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. hæ pœnæ continentur duelli tam Patrini duellantiam, quàm ipsi, quàm spectatores, quàm qui consulunt, favent, tum qui in terris suis locum dant duello, & privantur iurisdictione terræ illius, & si habent feudum ab Ecclesia illo privantur. & Patrini notantur infamia, & duellantes licet mors non sequatur debent puniri ut homicidæ & qui moriuntur in duello privantur sepulturâ Ecclesiasticâ. sed excommunicatio ipso facto incurritur, cæteræ pœnæ per sententiam Iudicis, & debet esse duellum ex pacto in loco designato.*

Vtrum in alicuius cadaver sævierit. *Mortale diversum ab homicidio. Lugo de pœnit. d. 16. sect. 21. multò tamen maius peccatum in vivi membra sævire* Quoties.

Vtrum aliquem in Ecclesia verberauerit. *Mortale*. Quoties. *Sed Ecclesia non polluitur cum effusione sanguinis, nisi sit gravis percussio Lug. ib. s. 10.*

Vtrum dederit causam mortis alicuius sive consilio, sive veneno *mortal.* **quoties.** *& an secuta est mors, ut agnoscatur an censuram incurrit, quam restitutionem debeat. veneno occidens, non gaudet asylo. Quando alterius mortem desideravit aut aliud malum, si actus fuit inefficax, non est opus ut illud malum explicet. quia omnia talia desideria sunt contra eandem charitatem. sed efficax explicandum.*

Vtrum Dominum proprium, aut vxorem interfecerit. *mortale, iuxta Canones talis debebat iter nonnisi pedibus agere, neq; contrahere Matrimonium, neq; de facto dispensari potest qui vxorem occidit. debuit insuper vterq; homicida per decennium carnibus & vino abstinere Cap. Quicunq;.*

Vtrum directè intenderit aliquem inducere in peccatum mortale. *mortale.* quoties. *insuper explicet, in quale peccatum, & quali medio, si illud erat ex se peccaminosum, Card. Lugo de pænit. d. 16 sect. 4 § 2. Invenitur enim in hoc actu triplex peccatum. 1. Scandalum, quod directè est contra charitatem. 2. Contra illam virtutem contra quam inducis ad peccandum. 3. Proprium peccatum quod facit. Sed satis est cum vno actu plures inducis, vt dicat, induxi plures, non numerando quot induxerit. idem ibid. si vnum induxit, dicat se vnum induxisse. Si non intendis alium inducere, & si prævideas illum arrepturum occasionem peccandi, si opus quod facis, est peccaminosum & si non intendas, das scandalum indirectum, & debes illud confiteri. addit Salas tom. 2. in 2. p. tr. 13. disp. 5. sect. 15. Vt obligeris ad confitendum indirectum scandalum, debere esse tale, vt tantam per illud in proximo tentationem excitaveris, quantæ difficulter potest resisti. Sanchez verò lib. 1. in Decal. c. 6 vt censearis moraliter tuo exemplo ad peccandum induxisse. quo tamen casu, docet Card. Lugo l. c. non esse explicandum ad quod peccatum permoveris quia non suades, nec mandas peccatum, sed solum non impedis. Nec oportet numerare quot personis fueris scandalo. Satis est, dicere,*

uni, vel multis: nec perſonarum ſcandaliſatarum ſtatum exprimere quia ſolum contra charitatem, non verò contra alias virtutes hoc caſu peccaſti. Quodſi opus quod facis, eſt ex ſe licitum, non committis ſcandalum Card. Lugo ibid. Non tamen in eo eſt ſcandalum quod factum tuum malum alijs diſpliceat, imò debet diſplicere.

Vtrum exiſtenti in extrema neceſſitate opera charitatis non exhibuerit. *mortale*. Quoties. *quando ſcilicet nullus alter adorat qui potuiſſet exhibere. Opera miſericordiæ corporalia ſunt, Viſitare infirmum, paſcere eſurientem, potare ſitientem, liberare captivum, operire nudum, recipere hoſpitem, ſepelire mortuum. Et quidem ſepelire Patrem, Matrem, & Affines in primo gradu, eſt obligationis. Opera miſericordiæ Spiritualia ſunt: Docere ignorantem, corrigere errantem, conſolari afflictum, condonare offenſas, ſupportare errata proximi, orare pro conſtituto in neceſſitate, conſilium dare.*

Vtrum proximo conſtituto in extrema neceſſitate Spirituali non ſuccurrerit etiam cum ſuæ vitæ periculo, quando certa ſpes erat iuvandi, & nullus fuit alius qui poſſet iuvare, *mortale*. quoties? *v. g. ſi taliter conſtitutum moribundum infantem non baptiſâſet.*

Vtrum proximo in gravi neceſſitate conſtituto non ſuccurrerit cùm potuerit abſque ſuo gravi incommodo? *mortale*.

quoties: *sed non tenetur pro paupere pretiosissimam emere medicinam, aut vitam eius magno pretio redimere.*

Vtrum errantem mortaliter proximum cùm potuerit sine gravi suo damno & cum spe certa, non correxerit? *mort.* quoties.

Vtrum se ita dederit tristitiæ ut nec dormire nec comedere vellet, cùm posset se iuvare, & ita in morbum, aut eius periculum incidit. *mortale*, quoties.

Vtrum desperaverit se posse aliquas miserias evadere velle, & propterea seipsum decrevit occidere. *Mortale*. Quoties.

Vtrum in re gravi correcturus proximũ servaverit ordinem, qui est, priùs illum solum monere, tum coram duobus aut pluribus ac tandem iudici denuntiando. Si non? *Mortale?* Quoties? *Si scilicet nullus alius aderat qui æque corrigere potuisset, & spes fuit emendationis, & occasio monendi commoda: Ordinem vero illum servare non debet quando est crimen publicum. vel in grave damnum communitatis vergit si non statim Superiori innotescat, aut si alter iure cessit ad illum ordinem.*

Vtrum occultum crimen, & quod iam alter correxit, nec est periculum relapsûs, nec vlli noxium, denunciavit Superiori. *mortale, si in gravi re.* Quoties.

Vtrum cooperatus sit alieno peccato

mor-

mortali. *Mortale.* Quoties. *Famuli & subditi ea quæ remotè se habent ad peccatum, si non possunt omittere absq; gravi suo damno, faciendo, non peccant. sed ea quæ proximè coniuncta sunt cum peccato, nisi fuerint gravissimâ necessitate adacti, faciendo, peccant: ita non licet adiuvare. Herum ascendentem per fenestram ad stuprandam submittendo ei humeros, afferendo scalam, aperiendo ianuam, etiamsi propterea deberet pati grave detrimentum*

Vtrum pyraticam exercuit in mari Eccl. *Mortale. Excomm. per Bullã cœnæ Papæ reserv. contra hostem autem illam exercere licet.*

Vtrum in bello iniusto rapinas egerit. *Mortale, & tenetur restituere nec debet absolvi, nisi priùs iuraverit se ab hoc bello quàmprimùm abiturum, quia est in statu peccati mortalis,*

Vtrum deprædatus eos qui Romã ibant, vel Româ redibant, vel necessaria ferebant in usum Romanæ curiæ, *mortale, tenetur restituere. Excomm. Bullæ Cœnæ Papæ reserv.*

Vtrum agros Ecclesiæ, vastavit, invasit. *Mortale, tenetur restituere, estq; Excomm. Bullæ Cœnæ Papæ reserv.*

Vtrum dederit consilium ad bellum iniustum, ita ut si ille non svasisset, bellum non fuisset. *Mortale, & omnia damna tenetur restituere quando alij nolunt, aut non possunt.*

Vtrum sibi ipsi non tantùm ex primo impetu iræ sed cum deliberatione gravia mala imprecatus. *Mortale.* Quoties. Vtrum

Vtrum complacuerit sibi in factis à se, vel alio peccatis, & doluit quòd illa mortalia non fecerit, idq; deliberatè. *Mortale.* Quoties. *& explicet circa quas*

Vtrum desideraverit deliberatè ut alter peccaverit mortaliter, vel ex peccato mortali non surgeret. *est homicidium spirituale, Mortale.* Quoties.

Vtrum vtatur fucis faciei, aut vestimentis alios scandalisantibus, vel paratus illis uti, etsi sciret alios scandalisari. *mortale.* Quoties.

Vtrum facta alterius dubia, non habitis signis sufficientibus damnaverit firmiter apud se peccati mortalis. *Mortale.* Quoties.

Vtrum laudauerit aliquem volens eum notabiliter decipere in temporalibus vel Spiritualibus. *mortale.* Quoties.

Vtrum inimicos suos torvè aspexerit, salutare noluerit. *mortale.* Quoties. *Nec satisfit præcepto de dilectione proximi per solos actus externos, sed debet adiungi actus internus. Mortale.* Quoties.

Vtrum inimicos suos ex indignatione nec aspicere voluerit *Mortale* Quoties.

Vtrum turbas aliquas aut seditiones commoverit? *Mortale* Quoties. *& si damna secuta, tenetur ad compensationem.*

Vtrum petierit à Deo gravem de aliquo vindi-

vindi-

vindictam ut satisfaceret suæ iræ? *Mortale* Quoties.

Vtrum cum gravi impatientia murmuratione afflictiones à Deo immissas tulerit? *Mortale* Quoties.

Vtrum graviter imprecatus defunctis? *Mortale* Quoties.

Vtrum aliquem mutilauerit. *Mortale, & tenetur damna & expensas in medicos compensare satisfacere etiam arbitrio prudentis pro eo quòd illū ad labores inutilem reddidit & incurrit irreg.*

Vtrum ex odio contra aliquem coram Iudice moverit litem? *Mortale* Quoties. *& debet mutare animum. aliàs incapax absolutionis, & ideò ius prosequatur ut iustitia fiat. Non peccat vero etsi ab inimicu sentiat aversionem, dum illi non consentiat.*

Vtrum coëgerit aliquam mulierem prætercasus a iure expressos ut Monasterium ingrederetur, vel habitum alicuius Religionis assumeret, vel emitteret professionem, vel ad coactionem dederit consilium, auxilium *Mortale Excomm. nulli reservata.*

Vtrum aliquam Virginem aut Viduam impedierit sine iusta causa, ne velamen acciperet, aut ne votum Castitatis emitteret. *Mortale Excomm. nulli reservata.*

Vtrum testari noluerit in iudicio ut sic

alter

alter caderet causâ *Mortale* Quoties? *& si damnum passus tenetur illud compensare. pro hoc peccato in Elibertensi Synodo cap. 74. duorum annorum Pœnitentia publica constituta.*

Vtrum accusaverit aliquem falsò ut ideo moreretur *est homicidiũ Mortale* Quoties? *olim talis per 40. dies continuos debebat ieiunare in pane & aqua, & per septem annos pœnitentiam agere. qui verò falsò accusavit ad membri alicuius mutilationem, olim ieiunabat 40 diebus in pane & aqua, Cap. Accusati de accusationibus.*

Vtrum aliquam artem susceperit exercendam in qua non erat exercitatus, idq; cum damno proximi gravi, aut eius periculo. *Mortale* Quoties? *& damna secuta, debet compensare. hoc modo imperitos Iuristas, Medicos, Confessarios, contingit peccare, imò & laicos, prædiorum administratores.*

Vtrum inquirebat in vitam alienam ut illi graviter posset nocere? *Mortale* Quoties. irrisionibus, vexationibus aliquem a vita proba pietatisq; exercitiis retraxerit? *mortale* Quoties.

Vtrum constituerit seipsum vel alterum occidere *Mortale* Quoties.

Vtrum sanitatem suam vel alienam nimio cibo aut potu graviter læserit *Mortale*? Quoties. Simile si potu rationem graviter pertur-

perturbavit, si tamen bibit hoc prævidendo Simile, si gravem violentiam intulit cogendo ad æquales haustus.

Vtrum sciat quod inebriatvs soleat graves inferre molestias nihilominus se inebriari voluerit *Mortale.* Quoties?

Vtrum gravibus contumeliis aliquem affecerit *mortale* Quoties?

Vtrum alicui comminatus mortem, vulnera? *mortale* Quoties?

Vtrum laudaverit duellum, ad vindictam incitarit *mortale* Quoties.

Vtrum suam culpam gravem in alium coniecerit *mortale* Quoties? *& tenetur compensare in fama & damnis.*

Vtrum habendo se suspectum de peste miscuerit se sanis, vel sanus peste affectis *Mortale* Quoties? *Item si res peste affectas vendidit, tot occidit, quos peste affecit, vel quot inficere potuit.*

Vtrum curaverit aliquem iniuste torqueri. *mortale.* Quoties?

Vtrum non puniverit Malefactores cùm potuerit & debuerit ex officio domi suæ aut in pagis &c. *Mortale* Quoties?

Vtrum distulerit sine causa satisfactionem pro vulneribus &c. *Mortale, Seriò velle proximo magnum malum, est mortale licet statim*

tim revoces. Nau. c. 14. n. 14. Si quis tamen zelo motus ac amore iustitiæ imprecaretur alicui mala ut à Deo puniretur, non esset mortale. Val. 2. 2. d. 5. q. 19 p. 2. in imprecationibus oportet examinare an ex animo sint prolatæ id. ib. sed non est opus ut in specie dicat quale Malum. satis quòd grave optaverit. Lug. d. 16. de pænit n. 260.

Creaturis irrationalibus imprecari non ut sunt creaturæ Dei, est veniale. nisi involuatur odium & damnum eas possidentis. Bonac. sed in his actibus odij ac imprecationum si non solum precabatur malum, sed ipsemet volebat inferre si posset, explicanda species mali. Val. d. 5. q. 19. p. 2. art. 2.

Maledicere sine animo ut tale malum eveniat, veniale. Caiet. ut eveniat Mors quo citius ille finiat peccata, vel ut modo in gratia Dei moriatur non est mortale. Nau. c. 12. n. 86. proinde non peccant Parentes qui prolibus optant mortem ne postea male agendo pereant, Optare mala supplicij amore iustitiæ, & ut cæteri coërceantur, de ijsq; gaudere, non est peccatum Caiet. c.

Non ex odio alteri mortem precari, aut aliud malum sed ne nobis diutius noceat, non est mortale Sa. V Charitas. Azor. Ita etiam non est peccatum tristari quod alteri bene succedat, quando ex illo successu tibi mala times, dummodo se odium non immisceat. Item non est peccatum, tristari quod nos illud bonum non habeamus quod habet alter, non

non habendo displicentiam quòd ille habeat. Val. 2. 2. d. 3. q. 13. p. 2. Item non est peccatum tristari quod malis bona eveniant. Bonac. d. 3 q. 4. p. vlt. Dum malum grave patimur, desiderare vt & alij patiantur, mortale. Conin. d. 30. de Charit. n. 22. Dolere quod alter me ditior doctior evadat per quod cadit mea existimatio, est mortal. Val. lc. iuxta alios tamen est veniale si desit odium in personam, & desiderium, illum eo bono privandi Konin. sed prior doctrina tutior.

Vtrum desiderarit alicuius mortem ut ut succedat ipse in hæreditatem aut officiũ *mortale.*

Non peccat graviter qui inimicum non alloquitur, neq; salutat dum absit scandalum & odium S. Th. 22. q. 25. aq. scandalum erit, si ex hoc colligant alij me esse in odio illius, & tunc alloqui debeo si possim absq; meo gravi damno. Bonac. d. 3. q. 4. p. 3. n. 3. Item teneor si me inimicus salutatione præveniat, sive se humiliet seriò, item debeo ita constitutus esse ut illi subvenirem si esset in ea necessitate in qua subvenirem alijs. Azor p. l. 12. c. 3. Potest tamen Pater aut Dominus aut superior sine odio, sed tantùm in pænam suo inferiori negare responsum dum fiat sine scandalo. Azor lc.

Etsi Vir Nobilis quando ex celeri reconciliationem notaretur, possit eam differre semper tamen suadendum quod melius. Fil. tr. 28. c. 1. Vnde eti-

am nec hosti statim ac offendit petenti veniam teneor dimittere externam indignationem quæ nullam involuit odiū Azor: l.c. maximè si ex hoc prævideo illum fore insolentiorem & peiora facturum. ibid.

Nolle hostem videre non ex odio aut contemptu sed tantùm ut euitetur mali occasio, non est mortale. Coning. d. 29. n. 60. Eius aspectu sentire in se bilem concitari dum hi motus non sint voluntarij, non est mortale Tol. lib. 5. c. 1,

Licet vrgere apud Iudicem, non tamen amore vindictæ, ut hostis damna compenset, puniatur, sed ut fiat iustitia atq; bonum publicum: Bonac. tamen videndum ut fiat sine scandalo, & si pro damnis satisfecit absq; amore vindictæ petatur pœna. Azor. q. 8.

Graviter peccant qui sunt causa ne inimici sibi reconcilientur.

Vtrum habens bona superflua neque ad decentem statûs ac familiæ conservationem necessaria, negaverit eleemosynam pauperi constituto in gravi aut extrema necessitate. *mortale. S. Th. 2.2. q. 32. a. 5. & in hoc puncto magis sunt obligati qui habent redditus Ecclesiasticos. hi enim non solùm in prædictis sed etiam in Ordinarijs necessitatibus tenentur subvenire ex eo quod superest proprijs necessitatibus congruæ sustentationis, personæ, domus ac familiæ*

miliæ. Sanch. lib. 2. consil. c. 2. d. 38. Hurt. ta-
men & Doctore docent quod in extrema aut gravi
necessitate satisfaciunt Ecclesiastici si quartam par-
tem reddituum, aut dimidium eorum quæ super-
sunt ex congrua sustentatione dent pauperibus. in
gravi autem aut extrema necessitate etiam vl-
tra dimidium & debet de his necessitatibus in-
quirere. Tenentur Advocati, Medici Chirurgi sub
mortali subvenire in extrema aut gravi necessi-
tate. Fil. tr. 28 c. 3. q. 8. n. 76.

Vtrum corrigere proximum cùm possi-
mus absque nostro gravi incommodo, &
agitur de peccato mortali, & spes est quòd
proderimus & quòd sine tali monito non
emendabitur, neglexerimus. mortale. Sa.
Coning. de charit & si hæ circumstantiæ non
concurrant non tenetur corrigere qui non est su-
perior, qui tamen ipse debet observare temporis
opportunitatem. Sa.

Vtrũ alijs furrit occasio ut ipsi perierint,
scandalum commisit, & si hoc prævidet in
materia gravi, peccavit ex eo etiam capite
graviter S. Th. 2. 2. q. 43. peccatum sit grave
& valde alios ad peccandum inciter.

Necessitas extrema est proximi cùm incurrit
periculũ probabile mortis dãni grauis qua periclita-
tur in necessarijs ad statũ v. g. honore, fama digni-
tate. item cùm est in morbo, item cum illi im-
 minet

minet captivitas, item cum puella honesta est in periculo pudicitiæ. Communis necessitas quæ communiter contingit, qualis est pauperum mendicantium ostiatim, vel in nosocomijs.

Occidere aliquem uulnerare, mutilare, est mortale. & si sit is Ecclesiasticus, aut Religiosus etiam novitius est sacrilegum cum excommunicatione reservata Papæ. *Tol. l. 5. c. 8; potest tamen Episcopus eum absolvere qui vel ob ætatem, cùm sit valde iuvenis ante annos 14. aut senex, aut æger, aut alia de causa Romã non potest accedere, aut percussio in genere percussionis sit levis quam ut sit peccatum mortale, ut alapa pugno impacta. Tol. l. c. sed si percussus sit Cardinalis aut Prælatus percussio est casus Bullæ cænæ. opus etiam explicare an percussus sit Pater Frater &c. Fil. tr. 29. c. 7. & an sit superior percutientis. Lugo d. 16. de pænit n. 119. explicet etiam an alios ad percutiendum adhibuerit, idq; volentes vel coactos, & quoties advocavit explicandum, item si ad hoc usus Magiâ. Lug. l. c. n. 476.*

Qui in loco sacro occidit vel læsit cum multa effusione sanguinis id necessariò in confessione explicet. Tol. l. 5. c. 8.

Tam percutiens, quàm iubens, cooperans &c. tenentur damna compensare ex hoc secuta Dominis, familiæ, Parentibus, Fratribus occisi Leß. lib. 2. c. 9. d. 19.

Medici, Chirurgus, qui sive malitiâ sive notabili negligentiâ est causa ut vulneratus moriatur, vel difficilius conualescat, peccat graviter, & tenetur damna compensare. Tol. l. 5. c. 7. Medicus ignarus artis, vel eam relinquat, vel melius edifcat alias illi etsi curatio succedat toties quoties peccat mortaliter. Nau. c. 25. n. 50. Pharmacopola etiã graviter peccat, si mutat præscriptum Medici, det res exoletas, neglectim componat, ac per hoc noceat infirmo.

Iudex mortaliter peccat cum onere restitutionis, si iuris ordinem non servet, sententiam ferat iniustam. Nau. c. 28. n. 12. si ex ira sine sufficienti fundamento incarceret, si causam proroget, cum gravi damno partis, etiamsi protractio fuerit brevis si tamen multùm damnosa. Advocati item cum eodem onere peccant, si per eorum negligentiam pereat, aut patiatur innocens. Nau. n. 28. Item Notarij qui causæ processum pervertunt, non scribunt quæ reo prosunt, sed solùm quæ obsunt. Sanch. tr. de iudicijs, Item cum eodem onere peccat qui alium falsò accusat, vel ad hoc alios inducit. Nau. c. 25. Si ego vidi crimen Petri, non possum alium inducere ut ille de eo testetur tanquam vidisset, neq; ex mea assertione potest testari. Sanch. l. 3. c. 4. n. 13. & ambo tenemur ad compensanda Petri damna.

Iudex mortaliter peccat, si aut sine sufficien-

tibus indicijs torquet reum aut gravius iusto. & tenetur compensare. Et quamvis iustam ferat sententiam si tamen ex odio vel vindicta, & lætetur se habere talem occasionem, peccat graviter. Tol. l. 5. c. 6. Item peccat graviter Iudex qui exercet iudicium in personam sibi non subiectam, & si quidem sæcularis agat in Ecclesiasticum incurrit Bullam cænæ. Bonac. t. 2. d. 10. q. 2. p. 1. similiter peccat si reum extrahat ex Ecclesia exceptis casibus à iure expressis & debet restituere Ecclesiæ. id. d. 13. tr. 2. q. 6. Item Iudex qui potest rixas ac cædes impedire & negligit, & peccat, & inccurrit debitum restitutionis. Item si non puniat pro merito, aut falsas defensiones allegari permittat, aut non punit etiam adversâ parte non urgente, hoc enim debet facere pro bono publico. Nau. c. 25. n. 14.

Peccant graviter qui se exponunt ludo periculoso, ut cùm lapidibus se impetunt & non sunt pueri, item & gravius, illi peccant qui sua præsentiâ animant.

Procurare abortum semper est mortale, & si iam fætus vivit, est homicidium inducens excommunicationem, & irregularitatem. Sa. & qui huius mali sunt cooperatores, vt qui dant modum, consilium, etiamsi faciant id propter avertendam infamiam mulieris; peccat item mulier quæ se periculo abortûs exponit, multò magis peccat quiiam fætum natum occidit. Naua. l. c. In

In nullo casu licet dare aut accipere mulieri poculum sterilitatis. Sa. V. homicid.

Qui desiderat aliquem occidere, vulnerare, peccat graviter, & tenetur statum personæ illius explicare in confessione. Nau. c. 15. n. 3.

Non peccat qui alterum occidit defendendo suam castitatem si aliter non possit. Neq; ille qui se aut amicum, aut consanguineum defendit ne occidatur aut vulneretur, iniustè, si eos occidat servato moderamine. Neq; ille qui defendit rem suam notatabilem si aliter tueri non possit: sed si possit, in omnibus prædictis casibus peccat mortaliter. Tol. l. 5. c. 6.

Mortale est seipsũ grauiter lædere, ferro, cibo, aut alio modo, aut se periculo mortis exponere sine iusta causa. ibid. Si & superior sit & Iudex tenetur sub mortali, sine onere tamen restitutionis si potest sine suo gravi incommodo, mortem aut grave malum iniustum alterius impedire. Tol. l. 1. c. 6.

Qui specie amicitiæ alterum occidit, debet id explicare. Fil. tr. 29. c. 6.

In bello iniusto militans peccat mortaliter. Imò in bello iusto si ex odio & vindicta & non amore iustitiæ occidat. Nau. c. 15. n. 15. Directum est homicidium quando quis facit aliquid eâ intentione ut alter moriatur. Indirectum est quando aliquid facit vel omittit ex quo certa mors alte-

vius sequitur licet illam non intendat. Innocentes censentur tempore belli omnes qui arma gestare nequeunt, vt pueri, mulieres, senes, Religiosi, Clerici, Peregrini, Mercatores, Agricolæ.

Nulli seipsum occidere aut mutilare licet, quia nemo suæ vitæ aut membrorum Dominus, indirectè licet quando id exigit magna necessitas, vel vtilitas, vt cùm necesse amputare membrum propter totius hominis conservationem. ita miles debet in gradu persistere etsi certò videat se occidendum, ita potest pulveres incendere ut navis pereat, & in hostium manu cum damno graui Reip. non perveniat: item incendere in cuniculis: pulveres hostiles incendere. seipso protegere Principem contra globum: servire peste affecti. exturri incensa se præcipitare, potest Virgo se mortis periculo exponere pro conservanda Virginitate. potest Reus, non fugere, Iudici se ultro sistere, sed in se exequi mortem non potest. Carthusianus potest in morbo abstinere à carnibus, etsi ideo sit moriturus: sed non potest eligere potius mori fame quàm vesci carnibus.

Qui moderatè vitam abbreuiat per mortificationes non peccat, sed peccat qui immoderatè nisi bona fides & zelus excuset. quia talis vitam sibi positive abbreviaret. sed ad hoc se habere permissiuè licet, vt non adhibere medicinas pretiosas, non mutare auram recedendo extra Patriam. permissive abbreviant aliquando ægri, cùm se propter humilitatem curant deponi in terra ante mortem.

SECTIO II.
Circa alia quinque Præcepta.

CA-

CAPUT I.

Examen circa Sextum Decalogi præceptum & Sacramentum Matrimonij.

VTrum habeat concubinam. *mortale, nec debet absolvi priùsquam illam dimiserit, vel se dimissurū iuraverit. non est autem opus explicare, colloquia turpia, oscula, tactus, quando secutus est actus carnalis. qui si non esset secutus, oportet ea in confessione dicere. Concubinatus sæpè trahit secum scandali peccatum. Quodsi concubina sit præsens, & ille sæpiùs relapsus, expedit detinere absolutionem, donec probaverit continentiam.*

Vtrum peccavit cum soluta aut vidua. *Mortale.* Quoties. *neq; opus explicare cum quot sed quoties, nisi vt per hoc advertatur an sit in occasione proxima. quod idem est de alijs peccatis quæ sunt eiusdem speciei. Card. Lugo d. 16. de pæn. s. 5.*

Vtrum alicui adduxerit meretricem? *Mortale.* Quoties. *iuxta alibi dicta.*

Vtrum aliquam Virginem spe Matrimo. deceperit? *mortale. & si sit æqualis conditionis debet illam in coniugem accipere, si inæqualis debet dotare. Si non decepit nec coëgit, nihil tenetur.*

Vtrum peccaverit cum aliqua maritata. *Mortale.* Quoties. *illi Spurio qui ex illo conceptus debet providere de omnibus, & ne Fratres legitimi detrimentum in divisione hæreditatis propter illum patiantur, curare: & si ipse est coniugatus, est duplex adulterium in Confessione exprimendum. olim adultero pænitentia*

daba-

dabatur annorum decem recidivus autem nec in morte ad communionem admittebatur. Elibert. c. 64. Adulteram si iuri denuntiet illi dos à Iudice Ecclesiastico debet adiudicari facto divortio c. plerumq; de donatione inter virum & mulierem. amittit arrhas & donationem propter nuptias. Couvar in epi. in 4. p. 2. c, 7. §. 6. n. 1. de paraphernalibus, sed hoc alij negant. Si in Matrimonio in commune cum viro acquirebat, amittit partem sibi debitam ibid. vbi addit quòd hæc amittat etiam ob tactus & oscula alij tamen negant. Sed omnes consentiunt quod ob tactus impudicos & oscula amittat legatum sibi relictum à viro eâ conditione si pudicè vixerit. Covar, ibid. sed si postea maritus adulteretur, potest hæc omnia vxor repetere per Sententiam Iudicis, & ad thorum petere admitti Covar. ibid. vel si viro reconciliatur. c. plerumq; de donat. inter virum & vxorem. & si ignotum fuit marito vxoris adulterium eo mortuo potest ab hæredibus accusari ut dotem amittat. Covar. l. c. adulteranti conjugi non tenetur pars altera reddere debitum & per sententiam judicis potest obtinere divortium. Iure Pandectarum docet Iulius Clarus lib. 5. Sentent. recept. §. adulterium n. 7. Quod adulter damnabatur ad bestias vel metalla. Pænam capitis Codex statuit. l. quamvis. authentica, verò. Sed hodie Cap. de adult. fæminam præcipit verberari & ad monasterium detrudi quamdiu eam maritus non receperit. Cap. gaudemus. de adulterio. Iure divino Deut. 22. tam vir quam fæmina occidebatur. iure Canonico excommunicantur. Cap. intelleximus de adulterio. Et Ius ciuile permittit marito ut impune adulterum in adulterio occidat. Sed si occi-

dent

derit privatâ authoritate non accipit dotem, arrhas & alia bona vxoris Covar. l. c. in Hispania marito traduntur adulter & vxor cum suis bonis ut de his quod vult faciat, etiam occidat. Clericus adulter deponitur ab officio, & in monasterium ad mortem retruditur. Cap. si quis Clericus d 81. Sed si ignoraverit esse coniugatam non incurrit hanc pœnam, vel si fuit meretrix Bern. Diaz in pract. Crimin. cap 79. Sed si fuit pudica, non excusatur à pœna ibid. Si habetur ab omnibus pro soluta, arbitrio Ordinarij Clericus relinquitur. ibid. Clericus Notorius adulter ipso iure est suspensus & irregularis, sed dispensare potest eum Episcopus si interim non exercuit Ordines Cap. At si Clerici de Iudic. Si exercuit incurrit irregularitatem Papæ reservatam.

Vtrum rapuerit marem aut fæminam causâ luxuriæ. *Mortale, & tenetur damna restituere parti læsæ, & potest excommunicari 32. q 2. Cap. Si quis Virginem. & personam suæ libertati statim restituat.*

Vtrum peccaverit cum Matre, sorore filia. *Mortale. Incestus.* Quoties. *Incestus iuxta gradus.*

Vtrum peccaverit cum aliqua suæ vxoris consangvinea. *mortale.* Quoties. *& si consanguinitas fuerit intra quartum gradum non potest ab vxore petere debitum sine dispensatione Episcopi.*

Vtrum peccaverit cum duabus sororibus, vel cum Matre & Filia. *mortale.* Quot. *& tali negatur Matrimonium 33. q. ult. Cap. Si quis*

Vltra quatuor gradus non procedit incestus, gravius peccatum quo propior gradus, & gravior cum consanguinea quam cum affine in eodem gradu, v. g. cum Matre, quàm cum noverca, cum sorore propria quàm cum sororis uxore. Incestus præterea cū consanguinea coniugis in in primo vel secundo gradu scienter admissus impediebat Matrimonium cum quacunq; alia persona.

Vtrum peccaverit cum aliqua Monacha. *Mortale Sacrilegium est, & incestum Spiritualem inuoluit quodammodo, quia Filiam Dei violat qui est Pater noster 27. q. 2. c. de Virginibus. Comittit etiam eodem modo adulterium quia sponsam alterius corrumpit 2. 2. q. 2. cap. qui abstulerit. Si laicus est corruptor debet iuxta ius civile decapitari, & bona Monasterio ad quod spectat corrupta applicari. Cap. Si quis Cod. de Episcopis & Clericis. iuxta ius verò Canonicum debet excommunicari 27. q. 1. Cap. Si qua. Si est Clericus, debet in Monasterium detrudi. Cap. Clerici, de excess. Prælatorum.*

Vtrum Concubinam habeat. *vt quis concubinarius iuxta ius civile iudicetur, requiritur ut domi habeat mulierem, iuxta ius Canonicum hoc non opus, sed satis quod Clericus consueverit cum ea peccare & est diffamatus in sua vel concubinæ vicinia Bern. Diaz in pract. Crimin. 73. Sæculares concubinarij quicunque, si ter moniti ab Episcopo non eiecerint concubinas, debent excommunicari nec absolvi donec satisfaciant, quodsi ad annum distulerint, ad pænas descendatur Trid. sess. 24. cap. 8. fæminæ verò priùs ter monitæ expellantur ex Civitate vel Diæcesi. Sacerdos notorius tamdiu ipso iure suspen-*

suspensus quamdiu durat in peccato, etsi non monitus. Cap. Præsbyter. . 32. & cap. Sacerdotes d. 50. & si interim celebret fit irregularis Papæ reservatus. idem est de quovis Clerico Sylu cōcubin. q. 4. nec potest ad altiores Ordines promoveri C. Sacerdotes d. 50. sine dispensatione Episcopi, si tamen non exercuit suos ordines altoquì fuisset irregularis Nav. cap. 25. n. 70. idem est de Clerico Notorio fornicatore qui cum diversis peccat Navar. l. c. Notorius verò est in ordine ad dictas pænas qui vel crimen confessus in iudicio, vel per sententiam de eo convictus vel ita clarum est ut celari non possit. Nav & mortale est istius Missam audire aut ab eo Sacramenta accipere C. Nullius d. 32. & cap qui sunt d. 81. Si scilicet nominatim denuntiatus: ante Concil. Constantiense, etiam ante denuntiationem. Nunquam autem potest absolvi in Confessione Nav. cap. 16. n. 2. nisi concubinam deserat.

Vtrum peccaverit cum Compatre, vel Com. Matre ex Baptismo, vel Filio Spirituali, Baptismi, Confirmationis. *mortale, est incestus, contra affinitatem quæ intercedit inter Baptisatum & Baptisantem, inter Patrinum & Matrinam cum baptisato, inter Parentes baptisati cum baptisante: inter eosdem & Patrinum & Matrinam. idem est de Confirmatione. neq; tamen opus est explicare an fuerit ex Baptismo an ex confirmatione, nec in quoto gradu.* Quoties.

Vtrum peccaverit masculus cum masculo aut fæmina cum fæmina. *mortale.* Quot. *est Sodomia. tales olim neq; in articulo mortis ad Eu-*

chari-

charistiam admittebantur, ut esti Elibertensi Synodo cap. 7. Sed ut completum sit hoc peccatum, debet semen effundi ex desiderio concubitûs præposteri cum sexu indebito etiam in vase indebito, sive interim intra corpus recipiatur semen, sive non. uti fit inter fæminas peccantes. Nam satis per supradicta ab alijs Speciebus Sodomia distinguitur. quomodocunq; se tangant; qui affectus si defuerit, erit pollutio. ita Tamburinus in Methodo. Sed tamen in ordine ad pænas Ecclesiasticas ea sola intelligitur Sodomia quæ est intra vas præposterum. & si hoc contigisset cum affine adderetur malitiâ incestûs, qui tamen non impediret Matrimonium quia non esset in vase naturali, neq; censuras incurrit lata in incestum. Sodomiæ peccatum est gravius quàm si quis cum Matre peccâsset 32. q 7. Cap Adulterij. Et docet explicandum in Confessione Card. Lugo d. 16. de pæn. sect 5. an in Sodomia fuerit Agens an patiens? Exprimendum etiaman fuerit perfecta, qualis est ea quæ est inter eũdem Sexum: an imperfecta, quæ inter diversum sexum sed in vase indebito, quæ est perfecta, addit malitiam fornicariam, si est inter solutos, si inter coniugatos, adulterij &c. Sed in his exquirendis nimius Sacerdos non sit & præstat ut minùs perfectè intelligat peccatum pænitentis, quàmut sibi vel illi creet periculum. ait Coning. d. 7. de Sacram. dub. 7.

Vtrum Sodomiam cũ sua vxore fecerit. *Præter malitiam Sodomiticam involuit malitiam adulterij, perinde ac si cum alia fecisset. Sanch. lib. 9. de Matrim. disp. 18.*

Vtrum seipsum polluerit. *mortale.* Quot.

Vtrum inter polluendum marem aut fæminam repræſentarit ad eum dirigendo pollutionem ? idq; an coniugatam, Sacram &c. *tum enim pollutioni accedit malitia Sodomiæ, vel fornicationis, vel adulterij explicanda in confeſſione : item ad quot perſonas illam dirigebat. Item ſi ipſe polluens habuit votum caſtitatis, commiſit Sacrilegium. ſi coniugatus, adulterium, ſi ſe polluit inſtrumento animato, hoc eſt manibus alterius, vel intra brachia &c. explicandum. quia non ſolùm eſt pollutio, ſed etiam inchoata copula, quia ordinariè procedit ex affectu concumbendi cum illa perſona, & intercedit cooperatio. Tambur. Pollutio quæ dormienti accidit nullum eſt peccatum, & ſi in vigilia finiretur, dum illi nullum cauſam dederit, neq; factam approbaverit. idem eſt, ſi accidiſſet vigilanti non datâ causâ. inter cauſas numerantur. Cogitationes fœdæ, tactus, aſpectus, lectio turpis, conſpectus animalium coeuntium, picturarũ fœdarum Et opus etiam in nocturnis pollutionibus explicere quæ fuerunt ex cauſa data, ad quales perſonas illarum causa dirigebatur. & quod dicitur de pollutione, idem de puerorum mollitie qui nondum habent ſemen, ſed iam rationis vſu potiuntur.*

Vtrum alterum pollucrit. *explicet qualem perſonam quia ſi coniugatũ, cooperatus ad adulteriũ, &c.*

Vtrum peccaverit cum aliquo animali. *Mortale* Quoties. *explicandum vtrùm actum conſummaverit an ſolùm attentaverit. nec debet abſolvi priuſquam animal illud mactaverit, vel alienaverit, aut id ſe facturum iuraverit ? ſed non eſt explicandum quale fu-*

rit illud animal, nisi fuisset dæmon, quia tunc additur peccatum contra Religionem ratione commertij cum dæmone Card. Lugo d. 16. pænit. sect. 14. insuper si dæmon fuit in forma coniugati, additur malitia adulterij, Sacrilegij si in formâ Monachæ &c.

Vtrum osculatus fuerit, aut tetigerit aliquam personam inhonestè. *mortale.* Quot.

Vtrum docuerit aliquem peccata carnalia? *Mortale.* Quoties.

Vtrum scripserit literas amatorias. *mortale.* Quoties.

Vtrum animo luxurioso cecinerit lascivas cantiones, aut legerit libros. *mortale.* Quoties.

Vtrum aliquem ad hoc peccatum, laudibus, consilio, auxilio, impulerit. *mortale.* Quoties.

Vtrum animo luxurioso res calidas comederit? biberit? *mortale.* Quoties. *Sed si est coniugatus hæc illi sunt licita, cum affectu erga coniugem.*

Vtrum Deo irascebatur quòd luxuriari prohibuerit? *mortale.* Quoties.

Vtrum in mente consenserit in peccatum carnale. *mortale.* Quoties. *explicare etiam debet circa qualem personam delectatus, nam si circa coniugatam, malitiam adulterij comisit, si circa Sacram. idem est de desiderijs efficacibus.*

Vtrum

Vtrum delectatus sit in cogitationibus luxuriosis citrà desiderium illas implendi? *mortale.* Quoties. *Sed si cogitationes statim avertit, nullum comisit peccatum.*

Vtrum vim alicui personæ intulerit? *mortale & tenetur damnum compensare.*

Vtrum literas sciens amatorias portaverit. *mortale.* Quoties, *& talium tanquam personarum infamium testimonium à iudicio reijcitur.*

Vtrum se induerit splendidè, compserit, animo provocandi ad luxuriam. *mortale.* Quoties. *explicet quales personas provocabat. Sed si id fecit vxor vt placeret marito, non peccavit.*

Vtrum commotionem carnis senserit & illâ voluntariè delectatus? *mortale.* Quot.

Vtrum egerit cum illa persona cum qua agendo solet experiri motus carnales, idq; sine necessitate. *mortale.* Quoties. *Sed si est necessitas agendi cum illis personis, & illis mortibus libenter careret, non est peccatum.*

Vtrum tetigerit impudicè, causâ fœdæ voluptatis, aliquod animal. *mortale.* Quot.

Vtrum choreas animo luxurioso duxerit. *mortale.* Quoties.

Vtrum choreas in loco Sacro duxerit. *mortale.* Quoties. *Sacrilegium, scandalum præterea si existens Clericus aut Religiosus id fecit.*

Vtrum egerit lenonem. *mortale.* Quot ſeduxit? *tot mortalia.* & quales? *erunt cooperationes ad adulterium, Sacrilegium &c. imò olim vt eſt in Elibertenſi Synodo c. 64. Si mulier vſq; ad mortem lenocinium exercuit, neq; in articulo mortis ad Eucharistiam admittebatur. Eadem pœna fuit lata in Parentes qui Filias proſtituunt ibid. cap. 12.*

Vtrum oſcula, tactus, habuerit cum Affine vel cognato, adoptato, adoptante, *Mortale.* Quoties. *Si hæc contigerunt in gradu quinto & ampliùs ad ſimplicem fornicationem referuntur. in gradibus ante quintum quo propior gradus eò maius peccatum. Idem de inceſtu contra legalem affinitatem inter adoptantem & adoptatum, & filios legitimos adoptantis qui ſunt in eius poteſtate & inter vxorem adoptati & adoptantem. Card. Lugo de pænit. diſp. 16. ſ. 6.*

Vtrum exiſtens impotens aut Eunuchus copulam exercuerit. *mortale.* Quoties? *& eſt hæc circumſtantia explicanda, quia talis contra naturam egit, gratis mulieris ſemen provocando.*

Vtrum ſe expoſuerit periculo carnalis peccati. *mortale.* Quoties. *Sed hoc ſolùm tunc explicandum quando non eſt ſecutum peccatum actu. Card. Lugo d. 16. ſ. 12. niſi vno tempore ſe expoſuerit periculo, & morâ notabili interpoſitâ, peccaverit, tum enim fecit peccatum duplex.*

Vtrum inceperit copulam nec finierit? *explicet hoc ipſum, quia in deſiderio v. g. fecit fornicationem: re verò ipſâ tactum impudicum. Sanch. de*

Matrim. lib. 9 d. 19. Sed *si semen effudit, accessit tertium peccatum pollutionis.*

Vtrum votum habens castitatis peccaverit contra castitatem. *Mortale.* Quoties. *& explicet quali peccato, sed non est opus vt dicat an votum fuerit solenne vel simplex: nec, quòd sit Sacerdos, Religiosus, Episcopus. Sanch. d. 27. & fæmina quæ cum tali peccat, satis est si dicat se peccâsse, cum habente votum Castitatis. Sed si talis suaserit alicui vt peccaret contra Castitatem ipse non peccavit contra suum votum, quod non obligat nisi personam voventem, ne ipsa in se libidinem experiatur: non autem, ne alios ad eam inducat. Votum autem Religionis habens non eoipsò peccat contra castitatem sacrilegè, quia illam vovet solum tunc quando fuerit factus Religiosus. Card. Lugo.*

Vtrum semen effuderit in loco sacro, sive extra, sive intra copulam illicitam. *Mortale & Sacrilegium, si notorium, quia Ecclesia polluitur. Si occultum est, probabile non esse Sacrilegiũ vt docet Vasq. in 2. p. 98. c. 3. probabilius tamen est esse, vt Soar. tom. 1. Relig. lib. 3. c. 7. iuxta Vasquij doctrinam si effusio occulta post aliquot dies innotuerit, Ecclesia polluitur, & in foro externo, peccans redditur reus Sacrilegij: Coniugalis copula facta ex necessitate non polluit Ecclesiam, nec facit Sacrilegos. Tactus, oscula, colloquia non polluunt Ecclesiam, neq; faciunt Sacrilegium nisi facta fuerint cum grandi irreverentia. Card. Lugo disp. 16. sect. 10. de pænit. Locus Sacer quoad hunc casum est templum cum sacellis, cæmeterium consecratum aut Benedictum ab Episcopo, aut sepulturæ Fidelium deputatus.*

Vtrum Matrimonium contraxerit sciendo se impotentem. *mortale. & Matrimonium nullum est.*

Vtrum cum vxore habuerit rem non in debito vase? *mortale.* Quoties. *& mulier habet causam petendi divortium & abijciendi maritum. 32. q. 7. cap omnes.*

Vtrum cum sua vxore egerit ita vt periculum esset perdendi seminis. *mortale.* Quoties.

Vtrum sit pollutio facta inter contactus aut oscula suæ vxoris. *mortale.* Quoties. *Malitia adulterij.*

Vtrum cum sua vxore egerit cum abortûs periculo. *mortale.* Quoties.

Vtrum cum sua vxore agens, aliò semen effuderit. *mortale.* Quoties. *est malitia adulterij.*

Vtrum debitum notabili tempore suæ vxori petenti negaverit. *mortale.* Quoties. *nisi causa gravis excuset. qualis est morbus, infectio. &c.*

Vtrum fecerit votum non petendi debitum, & tamen petierit. *mortale.* Quoties. *talis etsi non potest petere, debet reddere debitum, & licet votum fecisset de non reddendo, votum illius nullum esset.*

Vtrum abiecerit vxorem. *mortale.* Quot. *Post ratum Matrimonium potest Ordines Sacros accipere,*

re, Religionem ingredi, fieri Episcopus, sed post consummatum, nihil istorum valet, nisi simul vxor fecerit votum Castitatis: sed ut ille sit Episcopus, illa fiat Monacha.

Vtrum incertus de morte vxoris aliam acceperit. *mortale. & quoties toties adulteratur, etsi prior reuera sit mortua.*

Vtrum Matrimonium occultè sine testimonio & Parocho contraxerit. *mortale, & vbi Tridentinum receptum, nullum est.*

Vtrũ alteri desponsatam duxerit. *mortale.*

Vtrum Parentes Filiorum Sponsalia diremerint, vel ipsi Filij cum Parentum consensu contracta. *mortale.* Quoties. *& olim communione sacrâ privabantur per annos tres. in cap. vnica 31, q. 3.*

Vtrum filiam suam spiritualem quam levavit in Baptismo acceperit in vxorem. *Mortale olim talibus imponebatur pœnitentia annorum septem. cap. non oportet. 30. q. 3.*

Vtrum contraxerit Matrimonium tempore ab Ecclesia interdicto. *mortale.*

Vtrum Sponsalia contraxerit ficté, vel sine animo contrahendi Matrimonium. vel cum pluribus. *mortale.* Quoties.

Vtrum simplicem fornicationem crediderit non esse peccatum mortale. *mortale.* Quoties. 36. q. 1. *lex illa & in hæresim incidit, est*

 excom.

excomm. Bullæ cœnæ. Clement. ad nostrum. quod continet

Vtrum de peccatis prætetitis, vel somnijs fædis delectatus. *mortale.* Quoties.

Vtrum puellam veluti esset meretrix diffamaverit, & per hoc Matrimonium eius impediverit. *mortale.* Quoties. *& tenetur restituere.*

Vtrum muneribus aliquem ad peccatum sollicitaverit, vel hoc fine larvas induerit. *mortale.* Quoties.

Vtrum locos, socios accesserit à quibus dabatur occasio peccandi. *mortale.* Quot.

Vtrum scripserit, pinxerit res turpes, aut tales imagines proposuerit. *mortale. Sanchez.*

Vtrum imaginatus sit actionem turpem, & de ea sit oblectatus? etiamsi non habuit animum id faciendi? *Mortale Tolet. lib. 8. cap. 14. Vocatur morosa oblectatio, etiamsi momento duret si tamen cum plena advertentia. Ibid.*

Vtrum desideraverit in confuso fæminã. *Mortale, ad fornicationem refertur, si tamen paratus fuit cum qualicunq; persona peccare, id explicet, quia plures malitias contraxit.*

Vtrum doluerit quòd non peccaverit? *mortale.* item si invidit alijs, quòd ipsi peccaverint, & non ipse.

Vtrum

Vtrum habendo rem cum sua vxore, cogitavit se cum altera habere. *Mortale. & status illius alterius explicari debet, Sanch. d. 17. n. 6.*

Vtrum sæpius absq; legitima causa vxori petenti directè aut indirectè debitum negaverit? *mortale.* Item si alter ex eo in periculum incontinentiæ labitur.

Vtrum facto voto Religionis contraxerit Matrimonium? *Mortaliter peccavit in primo actu coniugali, & mortua coniuge ligatur voto. Quando reservatur fornicatio aut incestus, non reservantur tactus aut pollutio eo ipso. Quando reservatur quidquid in actum externum prodit contra castitatem, sunt reservati tactus & aspectus turpes. Quando reservatur Sodomia, solùm reservari intelligitur perfecta inter masculos. Lugo d. 20. de pænit. n. 15. Gravitas peccatorum luxuriæ hoc procedit Ordine iuxta S. Th. 2. 2. q. 154. a. 12. Primo peccata omnia contra naturam, hæc sunt omnibus graviora. 2. Incestus. 3. Adulterium cum raptu coniunctum. 4. Simplex adulterium. 5. Stuprum cum rapta. 6. Stuprum simplex. 7. Omnium horum levissimum Fornicatio simplex. Inter peccata contra naturam gravissimum Bestialitas. 2. Sodomia in qua non est servatus debitus sexus. 3. Sodomia in qua contra vas solùm peccatur cum diverso sexu. 4. Indebitus modus coëundi. 5. Pollutio voluntaria.*

CAPUT II.

Examen circa Septimum Decalogi præceptum quod tangit Contractus, Restitutionem, Vsuram, Falsificationem, Libertatem Ecclesiasticam.

VTrum rem aliquam alicui abstulerit? *Si res talis quæ apud homines eius conditionis qualis est, ille, cui ablata, reputatur notabilis. Mortale, aut quæ victûs diurni expensas æquat, debet restitui, & omnia damna ablationem rei consecuta reparari, & omnes fructus rem naturaliter consequentes reddi: imò etiam illi quos auferens re vtendo consecutus, subductis tamen in illos expensis, & in rei conservationem, & laboris sui taxâ factâ, res si sit minor, erit veniale furtum. & hoc ipsum decernendum de peccato illius quale fuerit, qui auferre voluit, sed non potuit, talis enim æquè peccat ac si accepisset, sed ad nullam obligatur restitutionem.*

Vtrum aliquem iuverit in furto, consilijs, instrumentis, custodia, rerum ablatarũ asservatione? *in re gravi, mortale.* Quoties. *& licet ipse nihil acceperit, & nihil retineat, tenetur ad totius rei & damnorum reparationem, si id fur non fecerit.*

Vtrum ei aliquid acceperit qui sibi debuit, neque voluit reddere? *& repetere potuit*

tuit per viam iuris, aut alio modo? in re gravi mortale. quodsi non supererat alius modus recipiendi, neq; per hoc custodi rerum facta est molestia non peccavit: sed attendere debuit ne plùs iusto. & debuit esse certus, alias tenetur restituere nisi saltem post factum sit certus quòd illi deberet ex iustitia, nam in dubio peccat.

Vtrum pressus extremâ inopiâ aliquid furatus. *non peccavit si accepit non plus quàm necesse erat ad victum & amictum. nec si ditior postea fiat tenebitur restituere, quia tempore extremæ necessitatis omnia communia. 47. dist. c. sicut hi.*

Vtrum emerit res quas sciuit furto sublatas: *Si id fecit vt redderet illi cui ablatæ, bene egit. Si emit pro seipso, & res debet restituere & omnia damna compensare quæ incurrit rerum verus Dominus eo tempore quo rem non habet, idq; propterea incurrit quia illâ caret. Imò si rem emptam perdidit, debet eam solvere Domino; item si corrupit, debet corruptelam compensare, & in foro externo potest sicut fur comprehendi. l. secundâ C. de furtis. Si verò dominus rerum nesciretur, res deberet pauperibus dari. Quodsi emisses bonâ fide credendo rem non esse furtivam: nihilominus postquam intellexisti esse furtivam, debes proprio Domino restituere. Sed si illam fecit meliorem per industriam, Dominus*

hoc illi tenetur compensare, Quodsi illam interim amisisset, ad nihil tenetur. Quodsi illam in suo vsu consumpsisset, v. g. vinum sic emptum: tantum debet restituere quantum in potu consumpsisset quo vsus fuisset si vinum illud non habuisset, v. g. fuisset vsus aquâ, ad pretium aquæ tenetur, id est; ad nihil, idem sentiendum est de rebus quas quis invenit postquam verus illorum Dominus comparuit. L. Bonâ fide ¶. de acquirendo rerum Domino: sed cùm reperit aliquid, non potest absq; peccato occultare, sed potius proclamare debet.

Vtrum fures aut latrones apud se asservaverit? *Mortale & particeps eorum peccati, atq; tenetur ad restitutionem.*

Vtrum furatus parùm cum desiderio furandi multum? *mortale.* Quoties.

Vtrum Parentibus aliquid notabile abstulit. *mortale.* Quoties. *Sed vt sit mortale, maior quantitas requiritur quàm si alicui alieno furaretur. & idem est de Religioso furante res Monasterij.*

Vtrum res aliquas acquisivit ab ijs, qui non erant illarum Domini? v. g. *à Religiosis non habentibus facultatem dandi: à Filijs qui Parentibus furabantur, vel accipiebant ob alium finem, v. g. ad impendendum in studia, à famulis alienis res Dominorum perinde est ac si à fure accepisset, & debet restituere, quomodocunq; ab illis acquisivit, sive emendo, sive in ludo, sive per donum &c.*

Vtrum participaverit de rebus quocunq; modo iniustè acquisitis? *præter peccatum quod comisit, tenetur restituere. modi participandi, sequenti disticho describuntur.*

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus,
Participans, mutus, non obstans, nõ manifestans.

hoc est: Si illud damnum fieri iussit, vel suasit, vel consensit furibus aut latronibus, vel incitavit laudando factum, adulando: si recepit damnificatores, vel res male partas. & nisi ipse iussisset, suasisset &c. non fecissent damnum. ad totius damni solutionem tenetur. quodsi nihilominùs fuisset damnum licet ipse non iussisset, tum solùm ad illam partem damni compensandam tenetur quam accipit, si quam accipit. Si fuisset quidem damnum, sed non tantum, nisi ille iussisset, suasisset &c. ad illum excessum tenetur compensandum. Iam verò, mutus est, à Iudice de fure interrogatus aut furto & tacens, non manifestans qui poterat & ex officio debebat, obstare, loqui, manifestare, & peccat & tenetur restituere: qui non debebat ex officio, peccat quidem, sed restituere non tenetur. ita S. Th. 2. 2. q. 42. ar. 7. Participans, si participavit in damno inferendo, dum non ex condicto sed casu supervenit dum alij raperent, & ipse etiam rapuit, vel donâruut illi raptores, fures, tum ad hoc restituendum tenetur quod accepit. Sed si ex condicto cum furibus, latronibus, furabatur, latrocinabatur, tenetur ad compensandum totum etiam per alios illatum, casu quo illi nollent conferre ad restitutionem.

Vtrum alicui acceperit rem parvam sed cum magno eius damno, *mortale, v. g. a-*

cum Sartori carenti aliâ tenetur damnum restituere, subducta æstimatione laboris quem sartor suscepisset, iudicio prudentis. pro simplici furto rei notabilis olim pænitentia quinq; annorum dabatur: pro furto rei vilis, per vnum annum. Cap si quis Clericus 17 q. 4.

Vtrum rem aliquam, & quantam de loco sacro quæ erat sub dominio, vel custodia loci sacri: vel rem in se sacram vbicunque existentem, sustulerit? *mortale. nisi parvitas excuset, estq; Sacrilegium Card. Lugo de pænit. d. 16 sect. 10. vnde si furetur alicui ex sacco audienti Missam in templo, non erit Sacrilegium, imò si furetur Parocho rem quæ illius erat & non Ecclesiæ, v. g. arma. Quod cum Sacrilegio accepit restituere tenetur cum omnibus damnis. & si quando furaturus templum ingrediebatur, portas, fenestras, aut murum fregit, nec verò tantùm templi, sed etiam monasterij: excommunicationem Episcopo reservatam incurrit. & si est denuntiatus, excommmunicatio est Papæ reservata. Cap. tua nos de Sentent. excom.*

Vtrum domum alicuius vel arcem, segetes, sciens ac volens incendit. *mortale. & omnia damna debet restituere, & incurrit excomm. Episcepo reservatam: Sed si fuerit denuntiatus, Papæ reservatur. Olim tribus annis pænitentiam talis agebat. Cap. si quis domum de iniurijs & damno.*

Vtrum dederit pecuniam ad vsuram? *hoc est. Vtrum dederit mutuò sine vllo sue detrimento, nihilq; per hoc damni accipiendo, & cum certitudine*

quòd eam integrè ſit recepturus, & tamen aliquid requiſivit pro mutuatione, quidcunq; illud fuerit, ſive labor alterius, ſive obſequia, ſive aliud quod ſolet pretio æſtimari, ſi illud tanquam debitum requirat, vel detur tanquam debitum, & non ex mera gratitudine, Mortale, & uſura, & reſtitui debet: nec debet abſolvi talis aliter: ſaltem debet cautionem, reſtituendi aut pignus, aut fideiuſſionem: vel iuret ſe non poſſe ſatisfacere, & velle, quando poterit. Et ſi fuerit in mortis articulo verè contritus, abſolvatur ſed permittat Epiſcopo denuntiari quod promiſerit reſtituere: vt poſſit ab illo poſtquam convaluerit: vel ab hæredibus, ſi mortuus fuerit, requiri. Publicus Vſurarius eſt, qui dat publicè ad uſuras, Vſurarius vel carius vendit ideò quia vult expectare aliquamdiu precium, talis Cap. Quanquam. de Vſuris, non eſt capax Eccleſiaſticæ Sepulturæ, nec poteſt abſolvi priuſquam reſtituerit qualiter poteſt, aut cautionem de reſtituendo dederit ijs à quibus vſuram accepit ſi ſint præſentes: Si verò abſentes Ordinario, vel eius Vicario, aut Parocho proprio coram idoneis teſtibus ex eadem Parochia, aut Notario publico ex mandato Ordinarij, & exprimat ſuum debitum ſub nomine debiti. Occultus verò Vſurarius, debet reſtituere Dominis, vel ſi eos ignoret, in pios vſus dare quodſi non poſſit omnia reſtituere, reſtituat potiùs certa, & antiquiora quàm nova. Si nihil habet unde reſtituat, habeat interim animum reſtituendi quàm primum poterit, & ſic abſolvatur, Sed hoc vt pateat amplius.

Vtrum mutuò dederit frumentum quando eſt vilius, cum pacto ut ipſi reddatur

quando

quando erit carius. *Vsura est, nisi ipse servaturus esset illud ad cariora tempora. Item vsura est, si vult sibi maiore mensurâ reddi, aut ad certum locum devehi cum suo lucro.*

Vtrum merces in aliquem locum vetuerit invehi vt tanto cariùs suas divenderet. *Vsura, & tenetur restituere illis à quibus idcircò maius pretium accepit.*

Vtrum aliqua coëmerit vt cariùs divendat. *Nisi impendisset laborem circa illa, vsura est.*

Vtrum aliquod prædium emerit minori pretio, cum onere, ut nisi alter certo tempore redemerit, ampliùs non possit redimere, ipse verò interea fructus prædij percepit? *Vsura, quia talis non erat absolutè Dominus sed mutuum texit pallio venditionis. Sed si iustum pretium dedit, potest fructus percipere, & revendere quando voluerit alter iuxta dicta de Contractu.*

Vtrum aureæ vel argenteæ monetæ partes abradebat, & pondus artificio aliquo supplebat? *Mortale & tenetur ad restitutionem quibus istâ pecuniâ illusit.*

Vtrum acceperit pignus fructiferum, vt agrum, pecora, & fructus percepit, & mutuum integrum repetijt? *Vsura, & tenetur ad restitutionem illius quod accepit. Excipe casum quando gener à socero suo accipit, in pignus bona aliqua, quousq; recipiat dotem, & ita sustinet onera Matrimonij, nutrio, vestit vxorem. Extrav. de vsuris cap. salubaiter*

briter. Item licet aliquid accipere ultrà mutuatum quando obligas te participare sicut de lucro ita de damno.

Vtrum pro aliquibus mercibus dedit pecuniam anticipatè, v. g. pro frumento, & ideò quia dedit anticipatè, idq; sine suo damno, vult sibi minori pretio vendi. *Vsura est, nisi pactum fecisset omninò futuri incertus. Volo tanti emere, etiamsi tunc pluris vel minoris emeretur.*

Vtrum vendiderit aliquid pro pecunia expectanda, & ideò maiori pretio quàm sit iustum. *Vsura. Triplex autem est iustum pretium, minimum, mediocre, summum, eodem tempore, potest absq; vsurâ summo quo tunc res venditur vendere. Sed si supra Summum aliquid acceperit, erit vsurarius.*

Vtrum existens Tutor pupillorum pecuniam eorum vt pro ijs lucraretur, dederit ad vsuram. *Mortale, & tenentur illi restituere, quodsi illi vel noluerint vel non potuerint, tenebitur ipsemet restituere.*

Vtrum induxerit alterum vt daret ad vsuram? *mortale.*

Vtrum fecit aut executus aliquam legem in favorem vsuræ. *mortale.*

Vtrum in ordine ad vsuram famulatus fuit vsurario. *Mortale & principaliter eius Dominus tenetur ad restitutionem totius, secundariò famulus si Dominus noluerit. Quodsi vsurario servivit sed in re non concernente vsuras, totum quod ab illo ac-*

cipit

cipit sicut si à fure accepisset tenetur ijs restituere quos Dominus per vsuras afflixit, supposito quòd Dominus non habeat alia bona præterquam ex usuris comparata. Nam si haberet, præsumere famulus posset quòd ex alijs ei Dominus soluerit, & sic à restitutione liber esset. Idem est de Militum rapientium, aut latronum famulis.

Vtrum non restituit alteri quod debuit & potuit. *Si est notabile, mortale & tenetur damna compensare quæ alter propterea incurrit.*

Vtrum falsaverit literas, aut instrumentum iuridicum cum damno proximi. *mortale.* Quoties. *& tenetur damna compensare, & in aliquibus locis est contra tales excommunicatio.*

Vtrum iniuste impediverit alterum in acquirendo beneficio vel officio. *mortale.* Quoties. *& quidem si iam alter habeat ius acquisitum tenetur ad restitutionem totius damni, si nondum habebeat ius, sed tantùm spem, tum pro magnitudine spei, arbitrio viri prudentis restituet. S. Th. 2. 2. q. 47. a. 2. ad 4.*

Vtrum distulerit satisfacere legatis in piis causis. *Mortale nec debet absolvi priusquam satisfacit, vel iuret se satisfacturum.*

Vtrum existens hæres illius qui ob aliquam causam tenebatur restituere rem notabilem: non restituerit. *mortale. statim restituat.*

Vtrum merces adulteravit, v. g. vinum miscuerit viliori liquore & vendiderit pro

puro,

puro, item aromata, & in his damnum fecit notabile proximo *mortale*, & tenetur restituere.

Vtrum longè minori pretio emerit quàm res valeat propter inanimadvertentiam venditoris. *Mortale. tenetur restituere.*

Vtrum falsificavit pecuniam. *Mortale?* Quoties. *& tenetur damna per hoc illata compensare.*

Vtrum scienter vsus sit falsâ monetâ quia ipse prior deceptus. *Si in re gravi. Mortale & tenetur restituere.*

Vtrum falsificavit mensuram vel pondus, aut falsificato scienter usus? *mortale.* Quoties? *& tenetur restituere tanto minore pretio communitati si illam decepit, vendendo. & insuper damna ex eo secuta compensare. Si verò nesciens eâ mensurâ vtebatur id tantùm restituere tenetur quod sic mercando lucratus, non autem damna ex hoc secuta. Quod si id quod ita bonâ fide lucratus amisit, ad nihil tenetur.*

Vtrum alicuius literas aut sigillum falsificavit? *mortale. & si damnum inde secutum tenetur illud compensare. & aliquando tales excommunicantur.*

Vtrum falsificavit Bullas Papales quæ sunt in vigore, illis vel punctum addendo, aut tollendo? *Mortale, & incurrit excomm.*

Papæ reservatam, & si quæ damna ex hoc secuta restituere.

Vtrum aliquid notabile mutuò acceptum nolit reddere? *Mortale & tenetur restituere etiam pro damnis inde secutis.*

Vtrum rem datam commodatò contra commodantis, adhibuit: vel depositã voluntatẽ ita ut notabile damnũ inferret per hoc, neque rationabiliter possit præsumere Dominum rei de hoc contentum. *Mortale & tenetur vsum illum compensare.*

Vtrum re datâ in pignus ad suam vtilitatem vsus *Vsura est, & pro vsu tenetur satisfacere.*

Vtrum imposuerit, aut consilium dederit ut imponerentur contributiones Ecclesiasticis absq; licentia Papæ. *Mortale tenetur ad restitutionem, & si monitus, non cessavit, est excomm. reseru. Papæ.*

Vtrum fecerit vel fieri svaserit, consenserit, in statuta contra Ecclesiasticam libertatem. *Mortale, tenetur restituere si quid damni per hoc illatum. estq; tam ille, quam qui scripserunt, quam qui iuxta illa procedunt, excommunicati reserv. Papæ.*

Vtrum de novo alicuius Ecclesiæ Patronatum vsurpaverit vacantis, vel alicuius pij loci, vel ad illum spectantium *Mortale. Excomm.* Vtrum

Vtrũ loco restitutionis dederit pro Missis curandis, vel pauperibus. *Non satisfecit quando poterat Domino reddere. nam non pauperibus abstulit. nec Dominus voluit reddi Pauperibus sed sibi, itaq; de novo tenetur restituere.*

Vtrum ludos exercuerit qui erant sub mortali prohibiti? *mortale* Quoties.

Vtrum luserit cum periculo peccati mortalis, quia scit se solere blasphemare, iniustè lucrari, etiamsi hæc peccata non contigissent defacto, *tamen peccavit mortaliter.*

Vtrum literas alienas retinuerit. *Si fuerunt magni momenti, mortale, si damna ex hoc secuta, tenetur compensare.*

Vtrum deceperit iusta telonia? *mortale.* Quoties?

Vtrum sibi aut vxori vestimenta ultrà suam conditionem curaverit? & per hoc impotentem se ad debita solvenda fecerit, vel aliud mali incurrerit: vel alios ad similes sumptuosos vestitus incitarit! *mort.* Quoties *& nisi illas vestes ut pote scandalosas dimiserit, absolvi non potest. de his Ieremiæ* 2. In alis tuis inventus est sanguis animarum. *id est oppreßio pauperum in alis superbiæ scilicet.*

Vtrum literas alterius in despectum eius aperuit? *Mortale.* Quoties. Si etiam cum gravi eius pudore. *Mortale.* Quoties.

Vtrum vendiderit equum, navem aut simile aliquid non indicando occulta vitia. *mortale tenetur restituere si fuit interrogatus & (i) damna ex hoc secuta. vt si mercator emit, & decel ptus non potuit adire nundinas, tenetur damna compensare arbitrio prudentis viri.*

Vtrum mulier viro supposuit alienum partum. *Mortale & tenetur restituere omnes impensas quas facit vir in illam prolem idem est si concepit ex alio quam ex viro proprio & tenetur obviare ne veri hæredes damnum patiantur. sed non tenetur se prodere cum vitæ suæ periculo, quia hæc melior est quam bona quæ hæres amittit.*

Vtrum habendo salarium pro suo officio nihilominùs dum illud exequitur. aliquid exigit. *Si notabile, mortale, etiamsi non exigat sed acceptet ut debitum, & tenetur restituere, neq; excusat consvetudo, sicut non excusat raptorem. Quando id per modicas particulas accipit, quia non potest facile Dominis reddere, reddat pauperibus.*

Vtrum evocaverit aliquem ex Religione minis, persvasionibus. *Mortale estq; excom. & non desunt D. D, qui docent quod teneatur ipsemet loco illius ingredi, certe Religioni debet damna compensare arbitrio viri prudentis, ex hoc secuta.*

Vtrum paratus sit vendendo decipere vel

émendo

emendo. *est in statu peccati mortalis, neq; absolvi potest nisi mutet mentem.*

Vtrum famulis, operarijs, mercedem detinuerit? *Mortale & restituere tenetur si aliquid per hoc damni passi* Quoties.

Vtrum vxor de rebus sui Mariti, multùm sit elargita. *Mortale, nec eleemosynas potest dare sine eius licentia, nisi sit improbus, & det eo fine vt convertatur. De illis rebus quas suo labore comparavit, vel quæ sunt eius propriæ potest dare Eleemosynas: vel quando ad maritum non potest recurrere pro licentia: vel ex his quæ maritus destinavit illi in cibum & potum, illa verò abstinuit.*

Vtrum ludendo v. g. chartis, falsificaverit illas, aut fraude vsus quæ in ludo vetatur, & ita notabilem summam lucratus? *mortale* Quoties? *& restituere tenetur, & pœnis latronum subiacet in iure civili, Baldus in rubrica Codicis de condictione ob turpem causam.*

Vtrum ludendo cum aliquo qui non habet dominium suarum rerum, sit lucratus & si scivit eum non sua perdere, *Mortale.* Quoties. *& sive sciverit sive nesciverit postquam id intellexit, tenetur ad restitutionem. Non habent dominium. vxor, exceptis parafernalibus, & si quæ suo labore acquisivit. Mancipium nullius rei acquirit dominium ex quo incepit esse mancipium. Religiosus Professus. Filij quamdiu*

 sunt

sunt sub potestate Patris, isti tamen habere possunt bona propria: castrensia scilicet, quæ acquirunt militiæ; quasi castrensia, quæ quasi militando acquirunt, hoc est Advocatos agendo, Doctores, Notarios in curia; item Adventitia quæ ab aliquo externo dantur intuitu Patris sea horum, vsum fructum habet Pater. Dominium item non habent Amentes expeditum.

Vtrum res alienas prodidit iniustis raptoribus? *mortale* quoties. *& tenetur compensare res, & damna ex illis secuta nisi fuisset grauiter adactus.*

Vtrum omnino aliquem ad ludendum coëgerit, & ita ab illo lucratus aliquid notabile? *mortale* Quoties, *& tenetur restituere, quia nolenti accepit, etiamsi coactio fuisset tantum reuerentialis, ut quia Dominus invitat famulum.*

Vtrum restitutionem famæ, pecuniæ, debiti, non fecerit quando potuit. *mortale. & si non urget aliquid Confessionem, non audiendus priusquam restituat. quod si non possit statim restituere, faciat firmum propositum, quodsi iam in præterita confessione promisit restituere neq; restituit, non est absolvendus nisi prius actu restituat, aut nisi valde seriò promittat se restituturũ.*

Vtrum in restituendo servaverit ordinem? *qui est talis. si possit omnibus quibus debet*

restis

restituere, parum refert cui priùs restituat, nisi alicuius postpositio esset damnosa. Si non potest omnibus satisfacere. 1. Illa quæ habet aliena eadem numero quomodocunq; iniustè acquisita, reddat. 2. Debita quorum scit creditores, priùs reddenda quam quorum nescit. 3. Debita quæ sunt ex iustitià, priùs solvenda, quam quæ sunt liberaliter promißa. 4. Si sunt in sua regione aliquæ leges speciales circa restitutionem, servet illas. in alijs vbi non sunt leges particulares, iuxta ius commune procedendum quod iubet priùs restituere illis quibus bona expreßè obligata. Factâ hâc restitutione, venit secundo locò Dos vxoris. Tertio Fiscus. Quarto illi quibus bona tacitè obligata. Quintò. Illi quibus dedit pecuniam ad negotiandum ut lucri fieret particeps. Sextò. Ini qui habent privilegium ut alijs creditoribus prælle ferantur.

Vtrum debita per partes solvat contra voluntatem creditoris, cùm possit tota simul solvere? *Mortale. Neq; vt solvat per partes potest dispensare Confeßarius, sed solus creditor. Sed quando Creditor rationabiliter debet in hoc consentire, & si ex malitia nolit, potest Confessarius dispensare, quia tunc cum nihil fiet contra rectam rationem. nihil etiam fiet iniuriosum. Idem est de dilatione restitutionis.*

Vtrum pecuniam alicui mutuò dederis

quam ipſemet non erat ſervaturus ut ipſi eadem in ſpecie reddatur quam ſperat probabiliter augendam in valore. *Mortale & eſt vſura, & quidquid accipit ſupra valorem, tenetur reſtituere.*

Vtrum dederit illi pecuniam ad cenſum titulo negotiationis quem ſcit certò non negotiaturum. *Mortale* Quoties *eſt vſura, quidquid inde accipit ſupra ſortem, tenetur reſtituere.*

Vtrum cùm potuerit rem omnino eandem reſtituere, quam mutuò accepit, vel habuit in depoſito, vel in pignus datam, retinuit invito Domino, & vel pecuniam pro illa reddidit, vel aliquid etiam æquivalens. *Si factum id cum notabili iniuria Domini, eſt mortale. Notabilitas autem ſumenda non ſolùm ex rei valore, ſed etiã quia à Domino magnifiebat, & graviter afficitur quòd illâ careat.*

An rem alienam reſtituerit, ſed ſine eius fructibus quos etiam debuit reſtituere. *Si illi fructus notabiles, mortale: & nihilominùs debet illos reddere.*

Vtrum alicui quidquam violente eripuerit, *in re gravi mortale, & ultra reſtitutionem tenetur deprecari.*

Vtrum exiſtens in tali officio ex quo tenebatur aliorum furta impedire, ipſe furabatur.

rabatur. *Gravius peccavit quàm si non fuisset in officio, sed non tenetur hanc circumstantiam explicare in confessione.*

Vtrum constituerit aliquid notabile alienum furari, aut non restituere. *mortale.* Quoties? idem est si constituit damnum inferre, decipere, rapere, mulctam iniustam imponere, bona invadere, minis eripere.

Vtrum alijs successus in mercimonijs vel alijs rebus valdè inviderit. *mortale.* Quot.

Vtrum quando aliquid amisit alios in mente temerariè, furatos iudicaverit. *Si in re gravi. Mortale.* Quoties.

Vtrum per fraudem, periurium, artes iuris iniquas, vel alio modo iniusto aliquid via iuris vel aliâ quidquam obtinuerit. *Mortale.* Quoties. debet restituere.

Vtrum in re gravi promissiones, inscriptiones, contractus violaverit. *Mortale.*

Vtrum auctor fuit contractûs Vsurarij vel iniusti, vel modum iniquum suggesserit aliena obtinendi. *mortale.* Quoties. *& videndum an teneatur restituere. Simile, si docuit falsificare merces, fraudes in emendo & vendendo, vel ludis.*

Vtrum impediverit iniquè Matrimonium, fundationes Ecclesiaruw, pia legata. *mortale.* Quoties. Vtrum

Vtrum accepit aliqua abiecta ob metum latronum, naufragij? *mortale, si notabile.* Quoties. *tenetur restituere.*

Vtrum telonia, contributiones publicas, reddiderit. *mortale.* Quoties. reddat.

Vtrum accepto iusto stipendio non iustè laboravit *mortale.* Quoties.

Vtrum impedierit aliquē in consequendo fructu sui laboris, mercaturæ vel impedivit ne emeret, ne vtile ac honestum contraheret Matrimonium, dignitatem. *mortale* Quoties. *videnda restitutio.*

Vtrum iniustè aliquem in ius citando ad expensas deduxerit, instrumenta iuris falsificaverit. *mortale* restituat.

Vtrum distulerit solvere, famulis, artificibus, mercatoribus, Bona pupillorum non conservârit. *mortale* Quoties *compenset.*

Vtrum parva furta faciendo statuit quātitatem notabilem auferre. *Mortale, & vbi ad hanc pervenit, tenetur sub mortali restituere. Cùm autem fit furtum per modica, maior quantitas requiritur ad mortale quam cum simul accipitur, & adhuc maior quantitas quò maior fit furtorum interpolatio. Si furando parum non habeat animum perveniendi ad summam magnam, tum primò peccat graviter quando se advertit ad notabilem summam pervenisse. Lessius lib. 2. c. 12. dub. 8.*

Vtrum vxor etiam de sua dote furata

Marito

Marito. *Peccavit iuxta materiæ quantitatem Lessius ibid. Sed sine peccato ex fructibus dotis potest accipere quod eius victus & vestitus rationabilis requirit, item si accipiat in bonum Mariti, vel in eleemosynas quales faciunt piæ sibi coæquales, aut cùm pauper est in extrema, vel gravi necessitate, aut si Parentes eius contra suum statum vivant miserabiliter & potest illis subvenire absq; gravi damna suæ domûs. idem est de Fratribus ac sororibus: item illud potest accipere, quod si peteret à Marito haud gravatè illi concederet. Lugo d. 16 de iustit sect. 4. Potest autem uxor disponere de bonis parafernalibus, & de illis quæ lucrata suo labore. Lessius. Cùm latro res alienas raptas miscuit cum suis vt discerni non possint qui à latrone aliquid ex his accepit, non tenetur restituere. Lugo Qui rem alienam bonâ fide emit minoris & maiori pretio vendidit, non tenetur illum excessum restituere, si sit industrialis. Lugo.*

Vtrum rem mala fide emit à fure vel latrone. *Peccavit. Sed rem emptam potest furi reddere vt suum pretium recipiat. Si autem dubitat de sua fide, non potest alteri rem illam vendere, sed neque potest à Domino pretium petere, si Domino restituit: nisi hoc fine à fure emisset, vt Domino restitueret, idq; modico pretio. Less. lib. 2. cap. 24. num. 20.*

Vtrum habeat voluntatem non restituend rem magnam. *Mortale & toties est nouum quoties hanc voluntatem renovat. Non tenetur autem restituere quando non potest sine gravi periculo suæ vitæ, honoris, famæ, animæ suæ vel suorum, si, v. g. restituendo redigetur ad hoc, ut Filiæ cogerentur se prostitu-*

stituere. Filii furari Less. lib. 4. c. 16 n. 21. si deberet sua bona iustè parta multò minoris vendere. sed ubi horum periculum transiit, tenetur restituere: imò etiam inter hæc pericula si Dominus est in pari necessitate. Ibid. interea abstineat à superfluis expensis. Si bona sua iniustè acquisivit, non obstantibus dictis periculis tenetur restituere, nisi se per hæc infamaret prodendo se iniustè acquisivisse quæ credebatur iustè. tunc enim per partes restituat. Ibid. Tunc verò solùm ob grave damnum proprium potest differri restitutio, quando Dominus non patitur simile, nihilominus lucra illi interim cessantia, & damna emergentia compenset. Ibid.

Vtrum còégerit Creditorem, ut illi totum, vel partem condonaret? *Mortale. & tenetur totum restituere. Lugo disp. 21. n. 49. Non peccat autem graviter differendo restitutionem, si hæc dilatio non affert alteri grave damnum. Molina tract. 3. disp 753.*

Vtrum promissum acceptatum in re gravi ad quod se obligavit, non impleverit. *Mortale Less. lib. 1. c. 18. n. 54.*

Vtrum suaserit grave damnum inferri. *Non cooperatur ad damnum vt teneatur restituere, qui suo consilio, vel iussione accedit illi qui iam est determinatus ante consilium ad inferendum illud, nisi participet in furto, aut ad maius incitet, ad huno enim excessum compensandum obligatus est adiuuando nihilominus Less. lib. 2. c. 13. n. 8.*

Qui suadet minus damnum eidem personæ, cum aliter non possit maius impedire, non peccat, ibid. n. 19. &

qui dubitat an ui eius Consilij secutum est damnum, non tenetur restituere. Nav. n. 48.

Quando multi dant votum de faciendo damno iniusto, omnes peccant, sed soli illi tenentur restituere sine quorum voto non fieret damnum. Less. lib. 2. c. 13. n. 24. Idem de laudatore, vituperatore ibid. n. 25.

Qui adiuvat attendendo vt securè alij damnũ inferant, nisi ad hoc esset adactus vt sine suo gravi damno non posset aliter facere, neq; immediatè in damnum influit, non obligatur ibid. n. 29.

Omnes & singuli cooperatores ad quantam concurrerunt damni partem, tantam singuli in solidum restituere tenentur· hoc est totum, si alij nolint restituere, sed ipse ab eis potest repetere quod pro ijs solvit ibid. n. 31. Et ex his quidem ille qui rem ablatam possidet, vel damnum imperaverit, aut actionem consummavit primus & secundus est ad restituendum obligatus, & si hi totum compensaverint, alij sunt liberi, secus omnes in solidum obligantur ibid. 5. item si principali condonetur restitutio, ab ea liberi alij. Si alicui alteri condonetur, ille est liber. cæterorum quisq; ad suam partem solvendam obligatur. ibid. d. 7.

Qui obligatur ex officio ad impediendum damnum, neq; illud impedivit cùm potuisset, vti superior dum tacet, aut non monet eum qui posset impedire, vel non monet vt qui debet restituat, peccat, & ipse restituere tenetur, & sic peccant Magistratus qui non impediunt furta, latrocinia, homicidia, usuras &c. Si possunt impedire sine suo notabili damno. Less. n. 70. Item qui obligatur ad custodiendum v. g. hortum, si cùm eius mor-

tali

zali culpa fit damnum, tenetur restituere n. 75. Tutores Curatores, etiamsi non percipiant stipendium obligantur impedire damna suorum Minorum ac pupillorum. ibid. num. 74.

Testis à legitimo iudice interrogatus si non prodat fures quos scit, peccat, sed non tenetur restituere ibid. cap. 30. d. 8.

Illi qui obligantur ex iustitia ad impediendum damnum neq; impediverunt, tenentur niu solidum singuli ad restituendum, si illi qui intulerunt non restituant n. 79.

Peccant Iudices cum onere restitutionis non solùm quando cum damno tertij dant sententiam iniustam voluntariè, sed etiam quando ex negligentia notabili, non examinando, non revidendo causam quantùm opus: vel qui causam differunt iniuste, aut parti negant quod iuste petit v. g. appellationem, vel contra ius aliquid concedunt, fauendo parti alteri Nav. cap. 17. n. 12. vel si plùs requirunt stipendij quàm sit iustum, vel non condemnant impensarum quem debent. ibid. n. 14. Item Advocati, aut Iudices qui promovent causam quam sciunt iniustam, vel non præmonent partem ne gratis faciat impensas ibid. n. 28. Nam tunc quando advertit esse causam iniustam debet Advocatus illam deserere, vel si videat dubiam, debet admonere hâc de re clientem ibid.

Advocatus si per suam negligentiam perdat clientis causam, tenetur restituere: item peccat cum cliente, si eum inducit ad negandam veritatem cum impensis partis contrariæ. ibid. n. 29. item si falsa inducunt instrumenta, aut testimonia, aut ita rem promovent ut pars constan-

contraria cogatur ad iniustam compositionem, tum enim etiam damna tenentur compensare. ibid. 29. vel si accipiant stipendium cum nil egerint pro cliente. vel si tot admittant causas ut omnibus satisfacere non possint, vel post sententiam iustam appellant, tenentur restituere. ibid. 89. Idem est si adversario prodat Advocatus secreta sui clientis, aut occulte illi faveat. peccat etiam adversarij qui procurant aut acceptant oblata partis adversæ secreta nisi fere casu illa invenerint, tum enim illis uti possunt. Sanch. lib. 3. consil. cap. un. d. 48.

Peccat mortaliter mercator qui graviter decipit, aut res malas dat pro bonis, aut pretium ultra iustum exigit, quamvis ipse etiam fuerit deceptus. Tol. l. 8. c. 43. & qui vendit tenetur notabilem rei defectum aperire, nisi manifestum sit vitium, vel est occultum sed non damnosum emptori, sed tamen propterea debet minuere pretium. Tol. ibid. c. 49.

Qui de re quam vendit dubitat ne sit alicui ablata, debet id manifestare Sa n. 23.

Qui conducunt laborem suum pro die, si non laborent fideliter, peccant graviter & tenentur restituere, ut & illi qui his non solvunt, vel mercedem cum damno differunt. Nav. c. 17 n. 197.

Sartores peccant graviter, Si partes panni retinent, & est illis solutum iusté, vel id quod retinent valet supra debitam solutionem. L. d. 18, de iust. n. 84. idem de famulis sartorum si illis solvant Sartores permittendo hæc furta.

Peccant cum onere restitutionis Thesaurarii, & similes, qui dum solvunt Principum debita, aliquid sibi retinent, Molina. de contr. d. 313.

Qui aliquod damnum intulit, nonsolùm ipsum in se tenetur compensare, sed & alia quæ ex illo secuta Tol. l. 1. c. 22 idem de fructibus rei ablatæ, qui non solùm percepti debent restitui, sed etiam quos ex re illa fecisset Dominus, detractis expensis ac laboris pretio Less. l. 2. c. 12. d. 17. & quidem res ipsa debet in se restitui, si extat, sin verò non extat, pretium eius quod valebat quando est ablata, item lucra cessantia, damna emergentia ib. d. 16.

Qui bona fide putando rem esse suam consumpserit, id solum teneatur restituere quod consumpsisset è suo, si re illâ caruisset ibid. c. 14. d. 1, vide Restitutionem.

CAPUT III.

Examen circa octavum præceptum.

VTrum testatus esse certum quod erat dubium? *mortale in re gravi & tenetur ad damna si aliqua secuta.* Quoties.

Vtrum mentitus cum damno proximi in gravi? *mortale.* Quoties. *tenetur restituere.*

Vtrum falsum dixerit cum gravi infamia vel gravi pudore proximi. *Mortale.* Quoties, *& tenetur revocare coram quibus dixit, & damna compensare si quæ inde secuta, sed non est necesse dicere in qua materia infamaverit, nam licet gravior sit infamia apud multos, dicere quod sit spurius, quàm dicere quòd sit homicida, sunt tamen infamiæ eiusdem speciei: Quando uno impetu detractionis pluribus detrahit v. g. unum vitium commune pluribus, detegendo, u-*

na est

na est detractio. Card. Lugo ibid. Si pluribus successivè detraxit, tot fuerunt detractiones, quia quævis in se est absoluta & independens ab alia. Explicandum insuper si detractio intulit proximo damnum in vita, bonis, honore, quia hæc compensari debent. Item, si detractor prævidet, quòd quando detrahit alij gaudebunt de infamia eius cui detrahit, tum scandalum comittit specialiter in confessione explicandum. Si insuper per illam detractionem pacem turbat, agit susurronem, quod item distinctum peccatum, estq; seminatio discordiarum. Card. Lugo de iure & iustit. tom. 1. d. 15 sect. 3. Si detractio in re falsa fuit, addit malitiam mendacij.

Vtrum patefecerit occultum mortale proximi. *Mortale & tenetur quando potest tegere. Non peccavit autem si patefecit ijs qui corrigere possunt, quales sunt Superior, Parens, Confessarius. Sed si his ipsis non ex amore & intentione corrigendi, sed potiùs nocendi & infamandi dixit, Mortale. Licet tamen Reo diffamare adversarios vera crimina eorum occulta detegendo, vt sic eorum testimonium contra se debilitet. Lessius.*

Vtrum ex odio, invidia, vindicta, dixerit alicuius publicum mortale? *est mortale. Sed si absq; tali animo dixisset non peccavisset graviter sicut neq; peccat qui occultum mortale dicit, narrando se illud ab alijs audivisse, non tamen id credere, ita vt ex eius narratione audientes non possint firmiter assentiri.*

Vtrum audierit detractionem gravem quæ fiebat alteri. *mortale, delectando se scilicet in ea diffamatione, imo si erat Superior qui debebat ex*

officio impedire detractionem , graviter peccavit illam non impediendo. Quoties .

Vtrum gravi contumeliâ affecit alium : *mortale,* Quoties.

Vtrum vehementer proximum contemsit. *mortale,* Quoties.

Vtrum adeò vexaverit alium vt in blasphemiam prorumperet, vel aliquod grave peccatum. *mortale,* Quoties.

Vtrum secretum alterius patefecit alteri & sic eos facit inimicos. *mortale.* Quoties.

Vtrum famam quam detraxit alteri neglexit restituere, in gravi materia *mortale, excusatur tamen à restitutione si ille cui detractum est, potuit condonare & condonavit. vel si restituendo, infamia potiùs cresceret quàm minueretur : aut restitutio non posset fieri sine gravi scandalo ac novo mortali : vel quando infamatio facta est ob bonum spirituale, vel ex mera loquacitate non faciente authoritatem ita ut non credita fuerit. vel cùm apud eum infamavit qui id iam aliunde sciverat . vel si illa detractio non fecit gravem infamiam. vel si narrato peccato statim narravit quomodo illud egregijs factis compensatum Non potest autem condonare revocationem privata persona quando diffamatio tendit in malum communitatis , vt si Religiosus diffametur .*

Vtrum alteri honorem læsum per contumelias , ignominosa verbera restituerit ? *quoties ? inferior qui hoc modo honorem lædit , debet*

depre

deprecari, vel aliter satisfacere. Si superior læsit, restituet, honorificè de eo quem læsit loquendo, invitando ad aliquod opus honorificum. Si graviter læsus honor & per negligentiam occasio illum reparandi omissa. Mortale Quoties.

Vtrum proximum coram alijs confuderit? *Si graviter, mortale.* Quoties.

Vtrum proximo mala gravia imprecatus? *mortale.* Quoties.

Vtrum falsò aliquem in re gravi accusaverit. *mortale.* Quoties. *& tenetur revocare, & si proximus ideò aliqua damna incurrit, restituere.*

Vtrum mentitus in Confessione negando aliquod mortale, vel aliquid necessarium ad plenitudinem Confessionis de quo interrogabatur. *mortale. & confessio repetenda.*

Vtrum dixerit leve mendacium sed cum damno gravi proximi, aut scandalo? *mortale* Quoties.

Vtrum narrando alterius factum mortale publicum, aliquam circumstantiam affinxerit, quæ notabiliter auget infamiam. *mortale.* Quoties *tenetur illam revocare.*

Vtrum scripserit famosum libellum contra aliquem, aut cantionem. *Mortale & tenetur revocare, iuxta leges civiles meritus pænam capitalem. 5. 91. c. hi qui inventi & L: unica C.*

ea C. de famosis libellis, & tenetur contrarium libellum scribere, vel aliter compensare.

Vtrum leve aliquid dixit de alio intendendo eum graviter diffamare? *Mortale.* Quoties *Idem est si notoria tali animo dixisset.*

Vtrum licitè aliquem accusando nimis exaggeraverit, ut videretur esse grave quod erat leve. *mortale.* Quoties? *tenetur revocare.*

Vtrum de industria dedit occasionē ut alicui graviter detraheretur? *mortale* quoties?

Vtrum pro re falsa, agnoscendo falsam, graviter contenderit? *mortale* quoties.

Vtrum suum sensum in re magni momenti noluerit bene sentientibus accommodare, ex eo quod illis malè afficitur, vel ut se illis plùs sapere ostendat. *mortale.* Quoties.

Vtrum confitendo revelaverit complicē sine necessitate in re gravi? *mort.* quoties. *necessitas est, quando aliter confiteri non potuit neq; alium habere confessarium, esto illum v. g. per biduum expectaverit. C. Lugo de pœn. d. 16 s. 7. imò si neq; biduò expectavit, nec quæsivit sed apud hunc Confessarium confitendo Maiorem habiturus consolationem, aut consilium; quia etiam extra Confessionem propter istas causas potest revelare crimen alterius occultum. tamen senten-*

ſententia id negans in praxi tutior. Eodem modo dicendum de obiecto peccati. v. g. occidit quia Sororem propter occultam fornicatiotem. Si tamen ſuum veniale non poſſit confiteri niſi manifeſtando alienum mortale (quod de veniali dicitur idem, eſt de mortali quod iam antea rite confeſſus) non poteſt illud confiteri niſi ignoto confeſſario, Lugo ibid.

Vtrum conſtituit falſum teſtari, vel adducere falſos teſtes, vel calumniari, vel infamare aliquem, vel id ipſum fieri optaverit, de hoc gaviſus fuerit. in re gravi. *mortale*. Quoties?

Vtrum iniuſtè quemqiā accuſaverit, conſilium ad hoc dederit. *Si in re gravi, mortale* Quoties.

Vtrum in Iudicio interrogatus non aperuerit verum, nec pro vero teſtari voluerit videndo quòd alter affligetur inique, in re notabili. *mortale* Quoties?

Qui falsò teſtatur peccat graviter & tenetur reſtituere famam, honorem & alia damna, ſi inſuper iuravit diſtinctum periurij commiſit peccatum Nav cap. 25. n. 40 tenetur retractare etſi cum periculo damni æqualis quod teſtimonio ſuo infert alteri ſi modo per hoc poteſt ei prodeſſe. Leſſ lib 2. cap. 30. n. 53. Sed ſi nihil penitus mali teſtimonium eius intulit, ita vt ſine eo proinde fuiſſet paſſus alter. peccavit quidem hic teſtis, ſed non tenetur reſtituere. Leſſ. n. 52. ſi per errorem teſtatus ex

charitate retractare antequam alter patiatur, tenetur. Sanch. 16. conſ. c. 5. d. 21.

Si reus in defenſionem ſui falſo teſtes infamat, peccat graviter, & omnes qui illi cooperantur S. Th. 2. 2. q. 69. a. 2. Si tamen falſis teſtimonijs obruitur neq; poteſt illa repellere aliter, poteſt in tali caſu etiam occulta vera teteſtium crimina producere, in quantum eſt neceſſe. Leſſ. lib. 2. c. 31.

In re gravi aliquem iudicare temerarie, hoc eſt, non habito ſufficienti fundamento, eſt mortale S. Th. 2. 2. q. 60. a. 3. Sed ad hæc opus ut plene advertat, quòd iudicet ſine fundamento ſufficienti, aut ſaltem de hoc dubitet: nam ſi putet ſe tunc habere ſufficiens fundamentum, aut non advertat ſe non habere, non erit mortale. Lugo d. 14 ſect. 2. Sicuti etiam ſi habeat fundamentum probabile, vel ſi ea res ſit quam alter de ſe non curat indicari, aut ſi ſint defectus naturales & inculpabiles, ut eſſe ſpurium, dum per hoc illum non contemnat, neq; diffamet Leſſ. 20.

Si perſona quam iudicat ſit remota ab oculis ut non diſcernat quæ ſit, etiamſi illam in re gravi iudices temerarie, non peccas graviter Lugo d. 14. n. 26. Iudicare de altero male ſed ſine firmo aſſenſu, ita ut interrogatus non auderes certò affirmare. non eſt mortale. Leſſ. n. 29. Idem eſt de ſuſpicione etiam in re gravi. Leſſ. 15. niſi hæc ſuſpicio procederet ex odio de altero, tunc poſſet eſſe mortalis Leſſ. 23.

Actiones alterius quæ clarè apparent eſſe malæ, iudicare malas, non eſt peccatum: ſed ſi ſit dubium an ſine malæ, cum bono ſine poſſint fieri, cogitare quod malo ſine ſa-

ne faciat, non habendo ad hoc sufficiens fundamentum, est peccatum. Semper enim debemus bene explicare facta proximi nisi constet de opposito. Less. lib. 2. c. 29. num. 30.

Non suspicando de personis, sed cavendo ne aliquid mali accidat, possunt Superiores cavere ne quid mali accidat, præcipuè si habeant aliqua indicia. Less n. 24.

Dicere contumelias graviter lædentes alicuius honorem, aut occultos eius defectus revelando ad eum confundendum, & quidem si in eius absentia dicantur, vt hæc de illo opinio ingeneretur, est mortalissimum. Tol. lib 5. cap. 9 excusat tamen à mortali si levis contumelia aut non seriò dicatur, neq; animo confundendi alium, & quidem intra viles personas leviores sunt contumeliæ, nisi accesserit odium. ibid. Superiores verò, Pater, Magistri possunt cum verbis acribus sibi subiectos repehendere, dum sit necesse, & possit fieri absq; scandalo audientium, atq; apud illos famæ iactura. S. Th. 2. 2. q 22. a. 1.

Irridere alterum cum notabili contemptu, est mortale, aut si rideatur ob bona opera cum gravi indignatione. Lugo d. 14. de Iust. sect. 11. Omnes contumeliæ in quantum lædunt honorem sunt eiusdem speciei. Lugo d. 16 de pænit. n. 16.

Gravius est aliquem publicè contumeliâ afficere quam privatim, & damnum ex hoc secutum, oportet in Confessione explicare. Nav. cap. 18. Et quem quis efficit contumeliâ debet extraordinario honore compensare, etiamsi fuerit Superior. Lugo d. 15. de iust. 14.

Qui falsis contumelijs afficitur potest dicere alterum mentiri, maximè si per hoc in bona fama se potest conser-

vare. Val. q. 16. d. 5. p. 3. Mortale est de altero absente mala dicere, animo illum diffamandi S. Th. 2. 2. q. 73. art. 2. imò sine hac intentione, dummodo res de illo gravis dicatur & occulta, nisi dicatur illi soli qui potest corrigere, atq; eo animo. Less. n. 9. Excusari etiam potest à gravi per inanimadvertentiam, & ordinarie, dicere venialia, aut defectus qui sunt absq; culpa, est veniale, dum ex eo non sequatur grave damnum. Leß. lib. 2. cap. 11. num. 13. dicere etiam mortalia de eo, qui illa contemnit, non est mortale ibid. n. 17.

Dicere grave uni aut duobus prudentibus qui non sunt amplius illud revelaturi, non est grave. ibid. d. 11. præcipuè si fiat animo impediendi illud malum, aut pro alicuius utilitate. Sà. vel propter suam consolationem in afflictione. Dian. p. 3. resol. 32. Item si dicat se hoc audivisse, sed se non scire certò, neq; credere, etsi melius semper faceret si taceret. Lugo d. 14. de Iustit. n. 56. Item non est mortale, dum non fiat malò animo, quod est in uno loco publicum dicere in alio. Sà. in his omnibus sit præ oculis, Quod tibi non vis fieri &c.

Audire complacendo sibi in eo quod de altero graviter malèdicatur, est mortale, maximè si dicenti in hoc faveas. Sed si solùm non impedis illum ob timorem humanum, quia non es eius Superior, veniale. Sà.

Si nescit audiens an res sic non notoria, & an qui eam narrat, peccet, non tenetur impedire, vel si putat quod dicenti non creditur, vel si monuerit non proderit, vel si soli illi dicat, aut duobus tantum, non peccat audiendo, mortaliter. Less. n. 22. Superior tenetur impedire detrahentem si est spes fructûs, & potest. Lugo d. 14. n. 130.

Fama

Fama detracta debet apud eosdem restitui apud quos detracta Lugo d. 15. n. 15. & illi restituant apud alios quibus dixerunt. dicat itaq; se falsò locutum, & supra hoc iuret si sit opus Less. n. 107. Si dixit falsa. Si vera detexit, dicat se deceptum, & in hoc vtatur æquivocatione, aut quod id dixerit in ira, aut coram ijsdem honoratè de illo loquatur ibid. n. 110. Tenetur & alia damna compensare quæ ex diffamatione secuta, nisi bonâ fide putaverat fuisse publicam aut veram, tum solum revocare tenetur si potest absq; suo maiore damno, non autẽ maiore suo damno compensare Less lib 2 cap. 11. d. 9.

Qui famosum libellum scripsit, aut illi cooperatus, aut non impedivit cum potuisset, tenetur revocare. Less. d. 23. & contra tales sunt censuræ. Excusatur a restitutione famæ diffamator cui condonatum ab eo qui poterat condonare, vel si iam hoc alij sciebant, vnde infamia non secuta, vel diffamatus iam famam recuperavit, aut res iam in oblivionem abivit, aut de illo bene loquatur Lugo d. 15. sect. 3. Nemo verò cum periculo vitæ famam alterius restituere tenetur, aut cum iactura famæ propriæ quæ sit maior quàm diffamati, vel si illi per pecuniam compensari possit & ille velit. Less. n. 96. Item non teneor illi restituere qui prior me diffamavit neq; vult restituere. Less lib. 2. cap. 11. n. 133.

Peccant graviter Superiores qui inquirunt in delicta gravia inferiorum non præcedentibus indicijs sufficientibus, nisi habeant pro se praxim & leges Less l. 2. c. 29.

Secretum quod aliquis promisit servaturum se in re gravi, si grave damnum sequatur, reveletq;, est mor-

tale. Si non sequitur grave damnum, nec res gravis, est veniale. Si nihil refert, nullum est. Nav, 18. n. 52.

Aperire literas alterius quæ putantur res graves continere, est mortale. si verò fiat ex sola curiositate, vel sine gravi alterius damno aut molestia, aut supponendo res esse parvi momenti, aut quod alter de hoc sit contentus, aut si iam aperta sit epistola, aut sit inimici, vt evitem damnum meum aut alterius, veniale, aut nullum. Sa. Mendacium cum damno gravi alterius est mortale, sine damno veniale. Nav. c. 18. n. 3.

Mortalia dicere de eo cui non faciunt magnam infamiã non est mortale, licet aliena crimina aperire causa correctionis, vt filiorum Parenti. vel vt destruatur fama eius qui graviter iniustè Communitatem infamat. Item si agatur de damno tertij, ita poterit aperiri ægroto ignorantia Medici, litiganti Causidici, consulenti de Matrimonio, de ingressu Religionis, de Præceptore, de famulo, licebit vitia illorum aperire, si non suppetat alia ratio impediendi damna, & maius sit damnum v. g. ægroti quàm fama Medici. Quia nemo ius habet ad suam famam cum damno proximi ex eodem capite, si quis tuam famam iniustè lædit. & alius modus non est impediendi, aut reparandi famam, licebit illum detractorem infamare, dum nec plura, & ea vera, quam tua necessitas exigit, dicas. Cùm verò causâ consilij, vel solatij accipiendi dices alicui crimen tertij, cave ne dicas pluribus quàm sit necesse. & per hoc excusantur famuli qui iniurias quas acceperunt à Dominis, Vxores quas à Maritis, Religiosi quas à Prælato, narrant alijs.

Qui prudenti viro crimen alienum dicit, vix peccat;

interea tamen accidit ut minùs patiatur aliquis damni, si pluribus stupidis eius vitium revelas, quàm uni viro insigni. Crimen notorium revelare etiam illud ignorantibus non est contra iustitiam, quia publicè peccat, ius ad famam amittit. sed tamen etiam in hoc ipso consulenda charitas. sed si valde publicum sit, neq; contra charitatem peccabitur, & ex hoc capite licebit scribere in historia alicuius crimina. publicum est quod coram pluribus factum, vel ad Iudicem delatum est probatum. Notorij facti causas indagare occultas non est mortale, ut inquirere cur aliquis sit incarceratus, quia dum est pœna publica, ad publicitatem & causa accedit.

Cùm referuntur crimina publica exigit charitas ut simul referatur & emendatio peccatoris. Parum nocet, adeoq; non est mortale, si crimen occultum referes, quod mox futurum est publicum, si nulla interea ex hoc sequantur damna. Sed infamis in uno genere, non potest infamari in alio genere, quia ius ad famam in alio genere non amisit. Detractio materialis est mortalis si advertatur quòd grave damnum proximo afferat, quia tunc illud damnum implicitè desideratur.

CAPUT IV.

Examen circa Nonum præceptum & reliqua peccata Capitalia & Sacramẽta.

VTrum putaverit se bona corporis & animæ habere à se, per suam industriam, & non à Deo *mortale* quoties.

Vtrum se legibus Dei & Ecclesiæ subijcere

cere noluerit, seipsum pro ultima sibi felicitate statuerit! *Mortale* Quoties.

Vtrum Honores etiam per peccata quæsierit, seipsum idoneũ ad regimen animarũ censuerit? *mortale* Quoties *vel eo fine vt mulctas iniquas imponeret, opes illicitis modis corraderet. simile est peccatum.*

Vtrum bona per arendam habendo subditos vexaverit, expulerit. *mortale Similiter si propter acquirendam pecuniam paratus erat Deum offendere.*

Vrum gavisus fuerit de aliena calamitate gravi *Mortale Quoties.*

Vtrum ita irascebatur ut quasi extra se fieret, vel in morbum inciderit, idq; si ira, fuit voluntaria. *Mortale* Quoties vel si ex ira desperaverit, se tutuderit, caput allis erit, alios conspuerit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum inebriatus fuerit ad notabilem infirmitatem alios graviter inebriaverit, hæc singula *Mortalia.* Quoties?

Vtrum die ieiunii ante horam vndecimam pransus fuerit, sine causa, alios ad violandum ieiunium induxerit. in ebrietate vitra voraverit, seipsum sciderit, ex vase absurdo ut calceo biberit singula *mortalia.*

Vtrum per eius negligentiam Infans absq; baptismo, vel infirmus absq; confessione mortuus. *mortale.* Quoties,

Vtrum doluerit quòd aliquid boni fecisset *mortale*. Quoties Simile si doluit quòd non peccaverit mortaliter, simile, si ex impatientia mortem sibi imprecatus.

Vtrum Sacramentum aliquod contempserit. vel in excommunicatione susceperit vel in necessitate cùm deesset Sacerdos non baptisaverit *mortale*. Quoties.

Vtrum Confirmationem iteraverit *Mortale Sacrilegium.*

Vtrum Sacros Missæ apparatus irridendo illos induerit, vel Missam expresserit cum contemptu *mortale*. Quoties.

Ieiunium debet constare certis cibis, unâ comestione eaq; circa meridiem, ciborum autem delectus non est idem in locis variis, præcipuè in aliquibus ex consvetudine inductus Consvetudo autem non obligat *sub peccato nisi inducatur animo se obligandi, & à maiore parte communitatis, ubi verò dubium an obligandi animo industa, non obligat. Suar. de leg. cap. 15 n* 13 *imo Arriaga d. 52. de legib. n.* 6. *& seq. iudicat valdè probabile esse, nullam defacto consvetudinem obligare, nisi sit voto totius communitatis aut lege confirmata.*

In ieiunio extra mensam sumi potest aliquid quod hábetur instar medicinæ, & quoties opus potu præsumi possint 4. *v. g. aut 5. amygdalæ. Potestquis salvo ieiunio aliquid manè sumere ad*

Con-

Confortandum ventriculum, vel caput. Sanch. ibid. 7. eodem modo iuuari possunt qui ægrè ferunt ieiunium ibid.

Non violat ieiunium qui prægustat ægro etiam carnem ut in eo excitet appetitum, ut qui Principi ibid.

Vnica est comestio etiamsi interrumpatur ad duas horas & amplius animo tamen ad eam redeundi. ibid. imò etsi animo non redeundi mensæ recesserit, si post quadrantem horæ iterum ad eam redeat. Sic qui seruit mensæ, potest comedere ante seruiendum aliquam partem cœnæ, & iterum portando ac referendo cibos ex iis sumere ibid.

Qui sæpius in die comedit semel tantùm violat ieiunium: sed si cibos vetitos comedit, toties quoties, peccat Tol. lib. 6. c. 3. n. 5. Vnum peccatum committit si ex voto habeat ieiunium & carnes aliquoties comedat, Sed si expressè vovit se non comestur ū carnes quoties comedit, peccat. Dian. resol. 37.

Paruitas Materiæ excusat à mortali in ieiunio, etiamsi aliquoties repetatur dum tamen intra parvitatem, manet, sed si in notabilem excrescat, erit mortalis Bonac. disp. ult. de præc. q. 1.

Qui constituit totâ quadragesimâ se comesturum carnes, unicé ac semel peccat Filliuc. tr. 27. n. 5. & toties de novo, quoties hanc voluntatem interrumpit.

Si plura ieiunia in eundem diem concurant v.g.

Vigilia, Quadragesima &c. qui violat, unum facit peccatum, sed si hoc etiam facit contra votum est novum peccatum. ibid.

Vespertina refectio communiter sex unciis constare debet, ad summum octo. ibid. sed in hoc loci consvetudo atq; piorum usus tenendus Less. lib. 1. c. 4. n. 11. respiciendæ etiam vires ieiunantis Ioan. Sanch. d. 52 quod modicè excedit uncias prædictas, non facit mortale. Sanch. consil. cap. 1. d. 25. & quidem si res sunt magis refectivæ minus de ijs sumendum ibid In privigilio Nativitatis duplicari potest quantitas dum bellarijs constet, sed bis plena refectiò sumi nequit, ibid.

Si quis refectionem vespertinam absq; causa manè sumat, erit veniale, si cum causa, nullum Tol. lib. 6. c. 2.

Tempus cænæ in ieiunio, hora una ante meridiem vel minus. Sanch. d. 28. n. 1. idq; vult sub mor. ibid. Ioan. Sanch. d. 23. n. 5. sed probabilius solùm esse veniale idq; si fiat absq; causa Less. lib. 4. c. n. 11.

Si potest sustinere, qui manè sumpsit refectionem debet ad vesperam durare sine cibo, sed ad hoc non obligatur qui non sumpsit quantum iusta cæna requirit Sanch. lib. c.

Non tenetur ieiunare qui 21 ætatis non complevit. (sed si dubitet tenetur Sanch. lib. 2. Matr.) & qui non potest ieiunare sine gravi damno in labore vel pietate Less. lib. 4. c. 2. n. 39. Item qui

60. annos attigit etsi sit robustus. Sanch. d. 4. & mulieres si 50. Sanch. Consil. c. 1. d. 4. n. 7. nisi voto ante 21. se liget aut post 60. id.

Qui vovit se ieiunaturum certos dies annis singulis usq ad mortem, accessu sexagesimi non obligatur ibid. lib. 4. c. 11 n. 14. nisi contrarium intenderit.

Non tenetur ieiunare febricitans etiam quartanâ & valetudinarij licet aliam Medicus diætam ijs præscripserit Sanch lib. 5. consil c. 1. d. 18. n. 1. item non tenentur qui sunt debilis complexionis, qui si ieiunent non possunt dormire, nec calefieri, dolent capite, item grauidæ, item lactentes ibid. n. 10. item qui non sunt in prandio bene refecti ex quacunq; causa ibid d. 35. aliquibus non sufficit pro refectione panis, herba, fructus ibid. n. 3.

Pauper tenetur ieiunare si hodie satis comedit, nisi plus hesterna fames requirat ibid. lib. 9. de Matr. d. 3. n. 11.

Non tenetur ieiunare qui labori corporeo non sufficit. Eug. IV apud. Nav. c. 21. n. 16. & qui quotidie laborat, comedat. ut fabri omnes Pistores cursores &c. non autem Sartores, tonsores, nisi alia causa accesserit, ut quia multum noctu laborant, ideoq; capite & stomacho dolent, siquidem eos etiam absolutè liberat Ledesma q. 17. 2. p. a. 3. Fagund l 3. pe pœnit. d. 4 c. 8. apud Dian. idem de Scriptoribus.

Quos

Quos labor excusat à ieiunio etsi cessant in festo (nisi fuerint simul tria aut quatuor) non obligantur, siquidem sunt rursus laboraturi. Sanch. d. 7. n. 10. si sint plura festa, saltem vno ex ijs ieiunent quo alias debent ibid.

Excusat à ieiunio pedestre iter longum ut 3. aut 4. germ. mill. & minus si quis sit debilis, Equites vero soli qui vehementer fatigantur. Sanch. d. 10: etiamsi iter illud deferri potuit.

Non peccat qui famulis imperat ut comedant in ieiunio, ut laborem perficiant quam alias non perficerent, nec illi peccant comedendo, Sanch. d. 8.

Pridie concionis non tenetur ieiunare Sanch. n. 6. Magistri, Iuristæ &c. non tenentur, quando ieiunando non possunt commodè labori sufficere ibid. n. 7. Idē de Studente, atq; Confessiones excipiente ibid. Qui ieiunio avocatur ab operibus caritatis corporalibus, illud omittat ibid. n. 4.

Qui bonâ fide putat se non obligari ad ieiunandum non peccat id. d. 6. n. 9. Quando dubium est, Prælatus dispenset.

Vniversalem in ieiunio dispensationem solus dat Papa, Particularem Episcopus, Parochus, & eius Substitute. Sanch. lib. 8. de Matr. d. 9. idem est circa cibos prohibitos, & tempus cænæ, potest & id qui ex prvilegio audit confessiones, vti Religiosus dispensare, aut electus in Confessarium ab eo qui potuit, si Parochus haberi non potest. [sed videnda in his omnibus praxis Item omnes Superiores cum suis Religiosis Sanch. 19. Et ad dispensandum in ordine ad lacticinia minor causa

sufficit, quam ad carnes Sanch. d. 6. n: 2. & cùm de causæ sufficientia pro dispensando dubitatur, dispensetur, sed addatur Oratio aut aliud pium opus Sanch d 5. Item Medici possunt declarare aliquem non obligari, etiam quando causa est dubia, Sylv. Sanch.

Qui alia non habet die ieiunij quàm lacticinia, ea edat, ac ieiunet in illis Sanch d. 32. Et cui concessus carnium usus potest vesci lacticinijs, non è contra.

Qui vovit v. g. omnia Sabbata anni ieiunare, & non expressit, etiamsi venerit Sabbato Natalis Christi, non tenetur in illo ieiunare, Molina d. 272. Azor l. 2. c. 20.

Qui transit per locum, neq; in eo vult morari si ibi ieiunatur, & in suo loco non ieiunatur, non tenetur ieiunare dum id fiat sine scandalo Sanch. de Matrim. lib. 3. d. 18. n. 9. Azor lib 5. tutius tamen oppositum, si diebus aliquot ibi moraturus, ieiunet Less. lib. 1. cap. 2. n. 10. Ille qui media die est in loco ubi ieiunatur, ibi ieiunet, & media in loco ubi non ieiunatur, ibi non ieiunet. Sanch. lib ce.

Si hospes veniat & petat die ieiunij lacticinia, præsumendum quod habeat licentiam, dentur. & ad illa invitetur. Sanch. d. 16. n. 3. nisi persona vilis, aut puer fuerit mendax, talis nisi ostenderit licentiam, non dentur illi cibi vetiti. Sanch ibid. nisi caream alijs quæ illi apponam, & id ipsum dicendum hospiti ut sciat se non peccare. & quidem Caupones, non debent quærere de licentia, sed apponere quod hospes petit quia tali negari non potest absq; incommodo Sanch. lib. 5. Cons. cap. 1. d. 16.

Si quis ita bibat aut comedat etiam extra ieiunium ut

sit

sit probabile periculum quod graviter sibi nociturus, est mortale. Item si res graviter noxias comedat. Tol. lib. 8. c. 6. n. Item peccat qui ad talem excessum inducit ibid. Sed si levis noxa sequatur, est veniale. Æger qui potu aquæ febrim auget venialiter peccat. Tol. l. 8 c, 6. n. 3.

Diebus Rogationum præscribitur ieiunium cap. Statuimus dist. 76. Pridie festorum B. Virginis, excepto festo Præsentationis est in Polonia consvetudo ieiunandi. A Pascha ad S. Ioannem in nulla vigilia caventur lacticinia, sed tamen vsitata est refectio, idem est de Quatuor temporibus post Pentecosten, Die S. Marci abstinetur à carnibus sed non à cæna ex consvetudine. In Quadragesima in Regno Poloniæ parva cæna sumi potest, tertijs, quintis ferijs & Sabbato ex consvetudine nisi in illas inciderit ieiunium ratione Vigiliæ S. Matthiæ, vel dies quatuor temporum, & hoc vltimum in terminis declaravit Synod. Diæces. Vilnen. sub Abrahamo Woyna Anno 1633.

Vtrum res alienas notabiles quæsierit modis illicitis obtinere, vel desideraverit talibus modis habere? *Mortale*. Quoties. *v. g. furando, rapiendo, & modum explicet, si consensit in hæc desideria.*

Vtrum desideraverit rem alienam invenire animo illam non reddendi? & huic desiderio consenserit? *Mortale*. Quoties.

Vtrum mundi gloriam quæsierit, laudem, vanitatem, ponendo in ijs vltimum finem? *Mortale*, Quoties. *finem vltimum*

ponit quando non curat Dei & Ecclesiæ præcepta ut illam acquirat.

Vtrum desideraverit efficaciter dignitatem quâ est indignus? *Mortale.* Quoties.

Vtrum alteri animo deliberato rem notabilem inviderit dolens quòd ex ea excellentia illius minatur. *Ita Prælati peccare possunt invidendo alteri maiorem dignitatem, maius officium. Mulier invidendo alteri maiorem formam &c. Quodsi tamen aliquis non ideò doleret quòd alter habeat, sed quòd ipse non habeat, non erit invidiæ actus. Similiter si dolet de bono inimici, non quòd illud habeat, sed quia illud habendo potentior efficitur, atq; magis sibi potest nocere, non est actus invidiæ. lætari etiam de damnis inimici non quia damna sunt, sed quia minùs nocere poterit damnis affectus, non est actus invidiæ.*

Vtrum fuerit tristatus animo deliberato quòd alter non sit passus grave damnum. *Sed si hoc ideo fecit quòd sic crederet illum faciliùs à peccatis destiturum, ad bonam frugem rediturum, non erit mortale.*

CAPVT V.

Examen circa decimum Præceptum.

VTrum desideraverit peccatum carnale facere. *explicet quoties, & cum quali persona, soluta, coniugata, &c.*

Vtrum desideraverit amari à fæminis li-

cet cum earum peccato gravi. *Mortale.* Quoties.

Vtrum aspexerit mulieres affectu Venereo, non desiderando illum explere. *Mortale.* Quoties. *Sed probabile est, quòd non teneatur explicare, quales illæ fuerint. Idem si locutus turpia sine desiderio illa exequendi.*

PARS V.

De Examine certis Statibus accommodato.

Præter communem omnibus obligationem, habent tam Sæculares quàm Ecclesiastici dignitatum, Officiorum, exercitiorum sua specialia ad quæ necesse vt respiciant quomodo ijs satisfecerint.

Examen Statuum Sæcularium.

CAPVT I.

Examen Coniugatorum.

VTtrum maneat in Matrimonio invalido? *Mortale & quoties exercet actum coniugij toties fornicatur: & si potest Matrimonium revalidari, tenetur illud quamprimum revalidare, sin secus tenetur mulierem deserere.*

Vtrum contraxerit, habens votum Casti-

stitis, aut Religionis, aut non nubendi, aut Sacros ordines recipiendi. *Mortale siquidem contrahit animo consummandi quod repugnat voto Castitatis, & alijs votis etiam, absolutè. Validum tamen Matrimonium, sed post mortem uxoris rursùs non potest contrahere absq; novo mortali. Actus primus est mortalis siue reddat sive petat debitum, alij actus tantùm quando petit, sunt mortales, idq; solùm si fecit votum Castitatis, nam in alijs votis enumeratis, licet ei etiam petere, quia illa vota iam fecit impossibilia & licet illa etiam involuant castitatem non tamen pro statu hoc, sed pro illo.*

Vtrum dubitans an prior coniux viuat, secundum Matrimonium contraxit *Mortale Nam priùs debet esse certus de morte prioris, & non sine sententia Iudicis Ecclesiastici de novo contrahere. vide Examina Cleri.*

Vtrum contraxerit Matrimonium non habens animum verè contrahendi? *Mortale & nullum, ideoq; omnes copulæ fornicariæ, donec revalidetur, & cogi debet ad hoc.*

Vtrum contraxerit Matrimonium invalidè, scienter tamen cum impedimento alijs oculto? *Mortale & tenetur uxori si potest sine gravi incommodo illud revelare: si non potest, procuret dispensationem, & novum consensum Matrimonialem ab uxore cautè obtineat præsente Pa-*

rocho

rocho &c. v. g. Amasne me ita. ut si non nupsißet mihi, defacto nuberes? Si annuat iam dedit consensum cui ipse vicissim subÿciat. Ita pariter & ego tibi sum affectus. vel certe dicat. Pro meo solatio habe me coniugem ego te pariter habeo! In impedimentis non dirimentibus. excepto voto perpetuæ Castitatis ac Religionis potest Episcopus dispensare, in dirimentibus non potest, nisi sint occulta, & separari coniuges sine gravi incommodo nonpossunt, neq; ad Papam aut eius Nuncium recurri.

Vtrum consummaverit Matrimonium ante benedictionem nuptialem *Mortale.* Quoties. *Quia est contra prohibitionem Ecclesiæ.*

Vtrum celebraverit Nuptias tempore ab Ecclesia prohibito. *Hoc est in Adventu usq; ad Epiphaniam, in Quadragesima ad octauam Paschæ Mortale.*

Vtrum extra vas seminaverit ad evitandam prolis multitudinem. *Mortale.* Quoties. *Si fiat cum præpostero concubitu addit malitiam Sodomiæ, & adulterÿ. si fiat modo inordinato sed in debito vase & sine periculo perdendi seminis, atq; abortus, non est mortale.*

Vtrum extra copulam, ob tactus, oscula &c. vir aut fæmina habuerint effusionem seminis.? *Mortale* Quoties. *est malitia adulterÿ.*

Vtrum exercendo actum cum coniuge, habue-

habuerit animum deliberatum ad aliam personam? *Mortale.* Quoties. *explicet an ad solutam, coniugatam, marem &c. quia diversæ sunt malitiæ.*

Vtrũ negaverit debitũ absq; iusta causa, vnde secutum periculum incontinentiæ, vel ipsa incontinentia, vel alia gravia mala? *Mortale.* Quoties.

Vtrum aliquid fecerit ut impediret prolis conceptum. *Mortale.* Quoties.

Vtrum in excommunicatione suscepit Matrimonium. *Mortale.*

Vtrum in peccato mortali suscepit Matrimonium. *Mortale.*

Vtrum Vxorem nimium vexaverit, tududerit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum vxori de necessarijs non providerit in victu amictu. *Mortale.* Quoties.

Vtrum ex nimia zelotypia de vxore male senserit. *Mortale.* Quamdiu.

Vtrum Vxor nimis contentiosè egerit cum marito. *Mortale.* Quoties.

Vtrum vxor de sui viri rebus notabiles fecerit largitiones absq; eius consensu. *Mortale.* Quoties. *& restituere de suo tenetur.*

Vtrum vxor nimis fuerit negligens in cura Domûs.

Vtrum vxor nolit sequi virum transfe-

rentem domicilium ex iusta causa. *Mortale.*

Vtrum vir absq; iusta causa deseruerit Vxorem? *Mortale. Nec debet absolvi priusquam ad illam redeat, vel se rediturum spondeat.*

Vtrum prolium benè educandarum non habeat curam, imò licentiam illis permittat. *Mortale.*

Vtrum ad sanandum aliquem morbum prolium, superstitiones aliquas exercuerit? *Mortale.* Quoties. *vel adhoc adhibuit vetulas superstitiosas.*

Vtrum liberè in coniugio egerit cum scandalo familiæ, prolium. *Mortale.* Quoties.

Vtrum credendo vxorem posse ab adulterio revocari si illã dimisisset, non dimisit. *Mortale. Cap. Si vir de adulterijs. Sed si ex dimißione magis creditur fore dißoluta non est dimittenda. Sicut etiam si vir eâ dimissâ, metuit sibi ab incontinentia: vel ex dimißione sequerentur rixæ cædes.*

Vtrum habens votum castitatis aliquam Virginem spe Matrimonij seduxerit. *mort.* Quoties. *& si Virgo ignoravit eius votum tenetur ipsam accipere, præcipuè si ipsa sibi aliter compensari nolit. quia hîc est vinculum iustitiæ, quod prævalet vinculo virtutis religionis, cuius actus est votum. Sed si scivit eum esse voto ligatum non potest vrgere ad Matrimonium, nisi vi, dolo, aut aliquâ re his æquivalente fuerit ad copulam adducta.*

Vtrum ad Matrimonium vxorem adegerit. *Mortale.*

CAPVT II.

Examen omnium Dominorum Sæcularium.

§. I. *Excommunicationes contra quosvis præcipuè Sæculares Dominos, Papæ reservatæ.*

I.

QVi cogunt aliquem ad celebrandum divinum officium in locis interdictis, ſive celebrans cogatur in ſua perſona, ſive Conſangvineis. & qui per Præconem, campanam, aut tubam faciunt convocari populum, ad celebratam in tali loco Miſſam audiendam. Et qui prohibent ne excommunicati moniti à celebrante exeant. Et excommunicati, interdicti, ſi moneantur vt exeant è templo, non exeunt. præter mortale peccatum, Papæ reſervatam Excomm. incurrunt.

2. Omnes Domini qui concedunt in ſuis terris inter Chriſtianos duellum, item qui duellant, aut duellum ſpectant, excomm. Papæ reſerv.

3. Qui prohibent Subditos ne quidpiam ven-

vendant personis Ecclesiasticis, & ne ab ijs emant, & ne eorum frumenta molant, panem coquant &c. excomm. Papæ reserv.

¶. 2. *Contra eosdem Excommunicationes nulli reservatæ.*

1. Qui non observant intra mensem, à notitia habita delicti, quod est statutum contra eos qui insequuti Cardinales.

2. Qui non observant diligenter omnia, quæ circa Electionem Papæ statuuntur.

3. Qui non obediunt Episcopis & Inquisitoribus in Hæreticis inquirendis & alijs præstandis, de quibus in Cap. Vt inquisitionis. De Hæreticis in 6. est etiam contra dantes auxilium, consilium, favorem excommunic.

4. Qui faciunt, scribunt, vel dictant Statuta vt solvantur vsuræ vel vt solutæ non possint repeti, vel iudicant vsuras esse solvendas.

5. Qui faciunt servari statuta, leges vel consuetudines contra libertatē Ecclesiasticā

6. Qui concedunt represalias contra personas Ecclesiasticas vel bona eorum nisi intra mensem à die concessionis id revocent.

7. Magistratus Sæculares qui requisiti

ab Episcopo non ei præbent brachium auxilij Sæcularis vt servetur clausura Monialium.

8. Officiales & Magistratus qui non paruerint Cardinalibus Inquisitoribus Romæ in ijs quæ spectant ad S. Officium.

9. Tam Sæculares quàm Ecclesiastici qui in suis terris permittunt fieri Taurorum agitationes seu ferarum.

10. Qui non faciunt diligenter inquiri per Synagogas & domos libros Iudæorum Talmud, & inventos comburere.

11. Qui sivè directè sive non directè faciunt contrahi Matrimonium non liberè.

12. Qui conventi ab Episcopis & viris Ecclesiasticis quòd iustitiam non servent post trinam monitionem non se corrigunt. Hi omnes excommunicantur: Sed,

Quando Episcopo reservata excommunicatio generaliter fertur, non ligat Reges, nec Reginas, nec eorum Filios.

13. Iis qui exigunt dacia, Gabellas, pedagia, vectigalia à Religiosis Mendicantibus, & qui eos perturbant, aut molestiam ijs inferunt, in prædictis, toties, quoties. Et qui exigunt ab ijsdem aliquid pro pontibus, vijs, aquæductibus, muris, mænibus, atq; Machinis struendis vel reparandis, seu

reficiendis, locorum fortificationibus, aut militum hospitijs. Item qui dictos Religiosos quoad omnia eorum bona, & quoad colonos, affatuarios, negotiorumq; gestores nom admittunt exemptos ab omnibus exactionibus tam vrbanis quàm rusticis.

14. Qui oblationes Sacerdotibus factas accipiunt. Illas excommunicationes de industria omittimus, quæ sunt locales, & quæ solùm statum & terras aut Cameram Pontificis respiciunt.

¶. 2. *Peccata Supradictorum.*

Prædicti primò ingrediantur Examen circa Decalogum, deinde si sunt Coniugati, Examen coniugatorum: & cùm iudicent causas, examen Iudicum videant, & si gerunt bellum aut militant Examen videant Ducum & Militum. Si student, discipulorum &c. deinde videat quisq; .

Vtrum iusto titulo sum dignitatem obtinuit. Si iniusto. *Mortale neq; ex peccato exibit, nisi, vel relicta suâ dignitate, vel iustificatâ, & quoties actum exercet suæ dignitatis, v. g. iudicat, toties peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem eorum quæ percepit ex dignitate, etiamsi illam emerit, uel dono acceperit, ab eo tamen qui illam male acquisivit, vel donare, vel ad illam eligere non potuit.*

Vtrum

Vtrum negligat iustitiam. ut v. g. sibi amicos comparet? *Mortale* Quoties? *& tenetur ad compensationem damnorum quæ per hunc neglectum fiunt vel per artes illicitas.*

Vtrum monitiones salubres Ecclesiasticorum, qui habent ius monendi, contempsit? *Mortale* Quoties *si in re gravi.*

Vtrum propter eius crimen civitas aliqua interdicta? *Mortale.*

Vtrum propter Excommunicationem contra se latam aflixit Ecclesiasticos *Mortale.* Quoties *& novam Bullæ Cænæ Excomm. Papæ reserv. incurrit.*

Vtrum aliquem Ecclesiasticum traxerit ad suum Tribunal *mortal.* Quoties *& est excommunicatus Papali sicuti etiam.* Si percuti aut carcerari fecit Clericos non habitâ licentiâ ab eorum Prælato.

Vtrum electionem alicuius ad dignitatem malitiosè impedivit? *mortale.* Quoties *& tenetur ad restitutionem damnorum arbitrii viri prudentis.*

Vtrum per violentiam aliquem intrusit ad dignitatem Ecclesiasticam? *mortale* Quoties.

Vtrum indignos ad Ecclesiasticas dignitates promovit? *mortale.* Quoties *certè hoc peccatum videtur difficulter remitti. Nam cum*

S. Leo Magnus Papa orâſſet diebus quadraginta ad Sepulchrum Apoſtolorum ut ei dimitterentur peccata, ijs elapſis diebus apparuit S. Petrus nunciando eſſe dimiſſa, excepto illo, quòd aliqnibus minùs dignis contulerit Prælaturas. Vide Baronium.

Vtrum gravavit aliquod Monaſterium vel Collegium, quia nolebat eum eligere pro quo rogabat *Mortale. Excomm. tenetur ad compenſationem damnorum;*

Vtrum prohibuit ſubditos ne venderent neceſſaria Clericis, ex eo quia à Clericis non obtinuit quod voluit *mortale.* Quoties.

Vtrum Patronatum ſibi vſurpavit, vel bona Eccleſiaſticorum vacantia, aut Monaſterium *mortale.* Quoties *Excomm. nec poteſt abſolvi priusquam reſtituat cum fructibus inde perceptis, & damna compenſet.*

Vtrum aliqua tributa impoſuerit Clericis ſine licentia Papæ, nec deſtiterit monitus. *Mortale. excomm. & tenetur illa reſtituere.*

Vtrum ſtatuta fecit contra libertatem Eccleſiaſticam, vel iudicaverit ſecundum ea: vel dederit conſilium, vel non removit illa ſi potuit? *Mortale Excomm.* Quoties & *vide excomm. Bullæ.*

Vtrum

Vtrum nova pedagia imposuit non habens ad hoc potestatem à Principe; aut vetera avxerit *Mortale*. tenetur restituere *Excomm.*

Vtrum neglexerit providere securitati viarum *Mortale & tenetur ad compensationem damnorum, si quæ incurrerent viatores propter latrocinia, vel pontes ruptos &c.*

Vtrum aliquod telonium exegerit à Clericis pro his quæ non spectant ad mercatum? *Mortale Excomm. tenetur restituere.*

Vtrum vsurarios alienigenas admittat, aut toleret in suis terris *mortale excomm. & tenetur ad restitutionem damnorum quæ per illos inferuntur.*

Vtrum famulo ægro non procuraverit Confessionem & Extremam Vnctionem *mortale. Simile si non curet ut subditi sciant quæ sunt ad salutem necessaria.*

Vtrum distulerit alicuius testamenti executionem, interim bonis defuncti usus. *Mortale & fructus debet in pias causas convertere si desint hæredes quibus bona inscripta.*

Vtrum exequendo testamentum prius reddiderit ea quæ defunctus dono assignavit, quam debita. *mortale.* Quoties.

Vtrum inscripta, legata non prompte reddiderit, ita ut recipientes debuerint fa-

cere

cere impensas. *Mortale, & tenetur impensas refundere, eo alia damna quæ per hoc incurrerunt, compensare.*

Vtrum in æstimandis bonis defuncti fraudem commiserit. *Mortale.* Quoties. *Si in re gravi, & tenetur compensare, si per hoc hæredi, aut successori factum est damnum.* Similiter. *Si eius negligentiâ perijt aliquid.*

Vtrum Tutor existens & bona retinens, pupillis non providerit sufficienter, vel ijs nimis gravis fuerit, educationem eorum non curaverit. *Mortale, & damna resarcire tenetur.*

Vtrum coëgerit subditos vt ab illo frumentum emerent quo non egebant aut divenderent. *Mortale.* Vel, famulos eius, canes alerent. *mortale.*

Vtrum prata aliena aut agros inundaverit ratione molarum. *Mortale, & debet hoc malo cessare, & damna compensare.*

Vtrum sylvis aut lacubus vicinorum damna intulerit. *Mortale, tenetur compensare.*

Vtrũ res emptas, boves, vina, salẽ, tanquã essent propria, aut non vendenda, iusserit à famulo confirmari iuramento. *Mortale, & ipse peieravit, & debet restituere Reipub. in quo illam decepit, siquidem hoc fecit ad evadenda iusta telonia.*

Vtrum Privilegia Subditorum violet nō exerceat iudicia. *Mortale.* Quoties. *& damna debet compensare.*

Vtrum pauperes, pupillos, viduas, negligat defendere, nec illis faciat iustitiam. *Mortale habens annexam restitutionem.*

Vtrum fidem Catholicam non defenderit, blasphemias permiserit, cùm potuerit impedire. *mortale.* Quoties.

Vtrum aliquid de bonis publicis non propter bonum commune alienaverit. *mortale. tenetur compensare.*

Vtrum iniusta precia rebus imponat, vel non attenderit ne carius vendantur quàm sit statutum. *mortale. trahit restitutionem.*

Vtrum in consilio non sincerè consulerit spectando publicum, sed potiùs privatum præ oculis habuerit. *Mortale, & tenetur retractare si potest, & damna inde secuta compensare.* Item si impediverit, avocaverit, ne fieret decretum, ne daretur sincerum de re votū.

Vtrum permiserit subditorum iura & privilegia violari. *mortale.* Quoties.

Vtrum non occurrerit ijs tempestivè quæ pacem turbant publicam, non impediverit tumultus, seditiones, conspirationes, ut ad eius officium spectabat. *mortale.*

Vtrum incendia fieri fecit: diruit, vel

fregit Ecclesiam, vel bona Religiosorum. *mortale excomm.*

Vtrum immunitatem Ecclesiasticam violavit extrahendo homines ab Ecclesia vel locis privilegiatis. *Sacrilegium mortale. extra casus à iure expressos, idq́ de licentia Ordinarij adnexa excomm. Papæ reserv.*

Vtrum Ecclesias, vel personas Ecclesiasticas, vel earum bona afflixit. *Mortale. Excommunic.*

Vtrum accepit pecuniam vt aliquos ad Officium Ecclesiasticum præsentaret *est Simonia mortalis, & tenetur pecuniam reddere Ecclesiæ. Idem est si accepit pro intercessione ad Papam vel Episcopum in tali causa.*

Vtrum fuerit fautor, defensor Hæreticorum aut Schismaticorum. *Mortale excomm. Bullæ Cænæ Papæ reserv.*

Vtrum impediverit volentes recurrere ad forum Ecclesiasticum, in causis quæ ad illud forum spectant, vel ad hoc dedit consilium, favorem. *Mortale. Excomm. Pap.*

Vtrum bellum suscepit iniustum, vel dubium vel adiuvit iniustè bellantem. *Mortale, & tenetur ad restitutionem omnium damnorum illorum, & est particeps omnium peccatorum quæ in eo comittuntur, nisi obligatus esset non pro stipendio ad seruiendum alicui tale bellum ge-*

venti, qualis est Vasallus. Subditus. talis enim in dubio an sit bellum iustum non peccat militando, sed in iniusto peccat.

Vtrum dedit consilium ut gereretur bellum iniustum. *Mortale & tenetur ad eadem ad quæ tenetur qui illud gerit.*

Vtrum Officiales, avaros, crudeles imposuerit, sciendo esse tales. *Mortale estq; particeps peccatorum, & tenetur restituere omnia damna inde secuta. Quodsi ignoranter tales posuerit, tenetur quàmprimum cognoscit esse tales eos mutare, alioqui iam scienter illos quasi ponit.*

Vtrum iniustas exactiones imposuerit. *Mortale, tenetur restituere.*

Vtrum posuit Iudæos in officijs publicis? *Mortale contra prohibitionem 17. q. 4. cap. Constituit.*

Vtrum ea quæ sunt communitatis sibi approptiavit. vt agros, sylvas &c. *Mortale, & tenetur restituere.*

Vtrum liberos homines fecit sibi servire? *Mortale. Christiani ratione belli non possunt redigi in servitutem, neq; capti in eo possunt emi vt fiant servi: sed infideles possunt in bello iusto, & licet deinde fiant Christiani non ideo desinunt esse servi.*

Vtrùm sit nimis vindicativus? *Mortale.*

Vtrum iusta quidem fecerit homicidia,

incar-

incarcerationes &c. ſed ex odio. *Mortale.* Quoties.

Vtrum ſciens fieri homicidia, furta, ſcelera, cùm deberet, non punierit. *Mortale. eſtq; particeps omnium illorum, & tenetur ad reſtitutionem.*

Vtrum permiſerit fieri ludos periculoſos? *Mortale.* Quoties. *Sive pericula fuerint animarum, ſive corporum.*

Vtrum leges ſtatuit iniquas? *Mortale.* Quoties. *& ſi aliqua damna ex illis legibus ſecuta, tenetur ad reſtitutionem.*

Vtrum nimis fuerit facilis ad parcendum cum iactura diſciplinæ. *Mortale.*

Vtrum ab aliquo ſubdito ſervitium indebitum exegerit. *Mortale.* Quoties. *& tenetur illud compenſare.*

Vtrum ſuis iuramentis ſatisfecerit? *Mortale.* Quoties. *Si non.*

Vtrum exiſtens Vaſallus alterius fidem fregerit, minuendo feudum, alienando. *Mortale.* Quoties. *tenetur reſtituere.*

Vtrum tutelam alicuius ſibi commiſſam infideliter adminiſtraverit? *Mortale & ſi damna ſunt facta per eum, vel eius negligentiam, tenetur compenſare.*

Vtrum ſciens ſuſtinuit iniuſtas menſuras aut pondera, aut iniuſta rerum precia?

Mortale & tenetur communitati compensare.

Vtrum sustinuit consvetudines mortaliter malas, vel eas induxit. *Mortale & si fiant cum alienis damnis tenetur ea compensare.*

Vtrum toleravit publicos Vsurarios pro precio? *Mortale & quod accepit precium tenetur illis reddere.*

Vtrum pænas pecuniarias non amore iustitiæ, sed ex avaritia imposuerit? *mortale.*

Vtrum pænas corporales in pecuniarias ex avaritia commutavit? *mortale.*

Vtrum latrones in suis terris toleravit, vel ex avaritia noluit expendere in securitatem publicam. *Mortale & tenetur compensare damna per illos facta, præcipuè si illos fouit.*

Vtrum iustitiam vendiderit, vel munera pro administratione iustitiæ accepit? *mort. & tenetur restituere.*

Vtrum iniustè iudicavit? *Mortale & tenetur damna compensare, & si potest decretum rescindere.*

Vtrum fidem datam hostibus, violavit? *Mortale & si ex hoc passi damnum tenetur compensare.*

Vtrum viduas pupillos, contra oppressores defenderit cùm potuit & debuit. *Mortale & tenetur ad compensationem damnorum quæ illis illata.*

Vtrum

Vtrum venando, campos vastaverit? *Mortale. Quoties, & tenetur ad compensationem.*

Vtrum sumptus non necessarios fecerit, & propterea pecuniam à subditis extorserit? *Mortale* Quoties? *& si iniustè, tenetur ad restitutionem.*

Vtrum laboratoribus, Opificibus, Mercatoribus, mercedem detinuerit? *Mortale.* idem est si sciens detineri, dissimulaverit? *& tenetur ad restitutionem: & compensationem damnorum si quæ inde sequuta.*

Vtrum diebus festis labores serviles imposuerit, vel permiserit? *mortale* quoties.

Vtrum sine gravi causa impediverit ne aliqui die festo Missam audirent. *Mortale.* Quoties.

Vtrum sciens quòd sua familia damna alijs inferat, rapinas exerceat, dissimulet. *Mortale, & tenetur ad damnorũ compensationem.*

Vtrum sciens à sua familia peccata fieri, dissimulet? *Mortale estq; illorum particeps. Inculcetur etiam Dominis quòd sæpe pro eorum peccatis tota regna puniantur, ut patet in Davide. Insinuetur illud. Sap. 6. Durissimum Iudicium ijs qui præsunt, fiet.*

Vtrum coëgerit subditos ad vendendum sibi minori pretio? *Mortale* Quoties? *& tenetur compensare quod defuit ad iustum pretium.*

Vtrum cōegerit aliquem ad vendendum sibi Agrum, domum &c. quæ non erat venditurus? *mortale, Si gravis coactio, & meminerit vineæ Naboth.*

Vtrum permiserit compositiones inter reos contra bonum commune? *Mortale.* Quoties? *Si cum damno partis tenetur ad restitutionem.*

Vtrum permiserit ab officialibus aut Consiliarijs munera accipi. *mortale* Quoties. *estq́; particeps peccati.*

Vtrum neglexerit defendere suos subditos? *Mortale & tenetur ád restitutionem damnorum.*

Vtrum audientiam absque causa distulerit cum sumptu gravi eorum qui expectabant. *Mortale* Quoties. *& tenetur compensare.*

Vtrum Iudæis aut Hæreticis dederit privilegia cum damno Catholicorum aut Ecclesiæ. *Mortale & damna tenetur compensare.*

Vtrum ab ignorante quantum deberet dare, plùs acceperit iusto *Mortale* quoties. *nisi laborem extraordinarium impendisset.*

Vtrum iura subditorum quæ iuravit servare violavit. *Mortale periurium Quoties, tenetur damna compensare.*

CAPVT

CAPUT III.

Examen Iudicum & Assessorum.

VTrum se intromiserit circa pertinentia ad officium Auditoris Cameræ. iuxta tenorem præscriptum. *Exijt Mortale Excomm. Papæ reserv.*

Vtrum iurisdictione careat. *Mortale* quoties *actum exercet*.

Vtrum habeat requisitam scientiam ad ad suum officium. *est in statu peccati mortalis si illâ caret.*

Vtrum excesserit fines suæ potestatis *Mortale* Quoties?

Vtrum iniquam tulit sententiam, etiam ex ignorantia crassa, aut negligentia *mort. tenetur ad damnorum restitutionem si ille pro quo tulit sententiam nolit aut non possit restituere. Sed si adhibuit diligentiam, consuluit prudentiores neque peccavit neque tenetur restituere.*

Vtrum aliquid de iustitia cesserit propter causas privatas & lucra. *Mortale.* Quoties.

Vtrum absq; sufficienti diligentia præcipitanter tulerit decreum, cum damno gravi proximi. *Mortale. tenetur restituere.*

Vtrum aliquid fecerit in iudicio contra iura ac privilegia. *Mortale.* Quoties.

Vtrum

Vtrum acceperit munera ut parti iniquæ faveret *Mortale*. Quoties. *tenetur restituere, & parti damnificatæ satisfacere*.

Vtrum in loco sacro iudicia fecerit, vel die festo absq; causa vrgente. *Mortale*. Quoties. *Simile*, si iuramentum excepit, decretum mortis tulit.

Vtrum iniustè pænam condonaverit, vel corporalem mutaverit in pecuniariam, præsertim contra voluntatem partis adversæ. *Mortale*, Quoties.

Vtrum in iudicio verbis asperis, contumeliosis vsus. *Mortale*. Quoties.

Vtrum damnaverit aliquem ex odio, avaritiâ, timore, in favorem alicuius. *Mortale*. Quoties.

Vtrum in re dubia non admiserit defensionem, appellationem. *Mortale*. Quoties. *Debet etiam Pauperi, Pupillo, Viduæ de bono Advocato providere*.

Vtrum admiserit causam excommunicati nominatim. *Mortale*. Quoties.

Vtrum assenserit, dissimulaverit, vt pertinentes ad iudicium, deceperint, iniuriâ afficerent, nimijs solutionibus affligerent accedentes ad Iudicium. *Mortale*. Quoties.

Vtrum damnatis ad mortem non providerit Cofessionem S. Commmunionem. *Mortale*. Quoties.

Vtrum

Vtrum iusserit Reum torqueri cùm de eius crimine non constaret. *Mortale. Non constat verò circa Sagas. Etsi infirmatur vel moriatur, qui putatur maleficiatus, nam hæc mala poterant ex alia causa esse, sed opus consulere Medicos, nec vnius in hoc fidendum assertioni, expendant verò Iudices, prius quàm enuntient, totam seriem & accidentia à principio morbi, familiares infirmi examinentur iudicialiter de his accidentibus. Ita Instructio Romana de Iudicijs Sagarum, edita. 1657.*

Vtrum Sagam ad meram Sagæ denuntiationem incarceraverit sine alijs Indicijs? *Ibid. & statim dum incarcerat perlustrari domum Sagæ curet cum notario & testibus, nec permittatur Saga ingredi ne vel supponat, vel tollat aliquid Notentur non solùm quæ possunt esse contra Reum, sed etiam quæ pro illo, vt sunt Imagines, SS. Rosarium, libri pij, aqua benedicta &c. Si reperta fuerit pinguedo, vel oleum, vel pulveres &c. priùs considerandum an possint ad aliũ finem servire, quàm ad maleficium. In ægri pulvillis reperta involucra, acus &c. non sunt certa signa maleficij, quia possunt hæc ab aliquo malitiosè subijci vt prætensam aggravet Sagam: ex plumis globi possunt fieri absq; interventu Sagæ: acus poterat incidisse ante aliquod tempus, Dæmon etiam hæc potuit imponere sine consensu alicuius, vt credatur maleficium, & innocens affligatur. Sicut supponit, clavos, spinas &c. dum aliqui exorcisantur, & talia videntur evomere, quæ illos erat impossibile intra corpus habere. Neq; dæmoni credendum, si affirmet, se per maleficium in corpus obsessi*

ingres-

ingressum, quia est mendax, & hostis hominis. & hæc interrogantem Exorcistam S. Congregatio reprehendit, vt & iudices qui super Dæmonis responso formant processum, etiamsi deinde evomat obsessus talia, per qualia se dæmon dixit immissum, quia ipsemet potuit supponere eadem. Neq; in hac materia multùm est famæ tribuendum, nam hæc potuit ex levibus coniecturis insurgere, & de ipsa fama quæri poterit, quâ occasione, & à quanto tempore insurrexerit? Nec statim pro vera Saga habenda est, si exercuit superstitiones, sortilegia, phyltra, incantationes, sanationes per verba: possunt enim hæc fieri sine apostasia formali ad dæmonem, tamen huius apostasiæ pro qualitate factorum, levem aut vehementem possunt facere suspicionem Cap. Accusatus paragr. Sane de hæret. in sexto. Quæ incarceratur ob maleficium, vel sortilegium, sit sola, neminem alloquatur, nullo modo illi quispiam suadeat, vt fateatur spe impunitatis, ne hâc spe fateatur quod non fecit. Iudex tales reos non alloquatur nisi iudicialiter, non suggerat illis quid responsuri. Inquirat verò, an sciat vel opinetur, Reus cur sit incarceratus? quas inimicitias & ex quibus causis habeat? tum de vita, quam frequenter, & cui solebat confiteri? &c. Item, an sciat aliquod sortilegium? an illud exercuerint? &c tum possunt eis obijci tacitis nominibus testium, ea quæ contra illos habentur in processu. Addat Advocatos tum fiat repetitio interrogationum. In torturis non addantur pondera ad pedes, neq; tortura nisi ex causa gravissima repetatur. Non probat esse Sagas, si in torturis non lachrymentur. nec sunt pili abradendi. Neq; tortura excedat horam. Quando fatentur se apostatasse ad dæmonem, & eius ludis interfuisse, nihil omninò illis

sugge-

suggeratur, dicant tempus, circumstantias, ut possit colligi an dicant probabilia, vel an contra se mentiantur. Non habeatur pro Saga etiamsi illa nominetur ab alia in torturis, & dicat se illam vidisse in ludis, quia talis ludi sæpe fiunt per solam illusionem diaboli. In processu exprimantur interrogatoria, & responsa, & suggestiones. ponatur initio processûs Delator, aut quomodo ad Iudicem fama pervenerit. Hactenus ex cit. Instruct.

Addo ex processu pro Vladisl. Diœcesi edito, anno 1669. Modi sunt illiciti inquirendi in Sagam, per natationem in aqua, per interrogationem dæmonis in energumeno. sunt enim istæ superstitiones. Indicia allata contra Reos, debent illis proponi ut se purgare possint hoc exigit ius naturale. Nec apud se Iudex in animo ante finem processûs, concludat, Reos perditos, in decreto adducantur Reorum rationes quas pro se attulerunt. Fama non sufficit ad torturas, nec alterius Sagæ denuntiatio, nam si vera Saga denuntiat debet esse hostis iurata & capitalissima hominum, mendacissima ut Patris mendaciorum Sponsa vel Filia, à quo sæpè etiam illuditur ut videatur sibi videre quæ nunquam sunt. Permittatur Reus appellare à Decreto torturæ, & stante hâc appellatione, sententia nulla est. Non inferantur torturæ nisi à lege quoad modum & tempus præscriptæ. Non interrogent in torturis de complicibus eorum nomina suggerendo. Si revocet in loco supplicij ea quæ dixit in torturis, admittatur. Evidentiora & nova indicia requiruntur ad secundam torturam quàm ad primam. Nec una tortura in plura tempora dividatur. Nec privetur Sacrâ Sepulturâ ex torturis immanibus mortuus in carcere, nondum

crimen

crimen fassus aut de illo convictus. Iudices maleficiorum sint eximiè docti, & qui imperitos ad hoc adhibent, peccant graviter. Constitutio Polonica Anni 1543. Causam incantationis, & Magiæ ad Iudicia Spiritualia pertinere statuit, unde illam sibi non usurpet Laici, sub pœna excomm. ipso facto. Ad iudicium vocentur Theologi qui resolvant, an crimen obiectum, sit Magia, vel sola superstitio, & vana observatio; tum Sæcularis Iudex iuxta leges contra Reum procedet. His appono. In nullo crimine licitus, est processus extraordinarius, qui rectæ rationi adversatur. Quantò crimen gravius, tantò indicia debet esse vehementiora. Cap. vbi periculum. de Eccles. lustrant. pro debito quàm contra est præsumptio, etsi sit debitum. Satius est nocenti parcere quàm simul innocentem perdere. Si quis ad torturam illegitimè adiudicatur, fateatur crimen & ratificet illud, nihil illi id obesse debet. Baldu. Inimici capitales reijciantur à testimonio, item infames, periuri viles, & suspecti de mendacio Ad condemnationem capitis luce meridianâ clariores sint probationes, nec sufficiunt probabiles. Est Communis Doctrina Iurisperitorum.

Notarius Ecclesiasticus si plùs acceperit pro suis scripturis quàm sit præscriptum, peccat, & tenetur duplum restituere iuxta Const. Provinc. Poloniæ

Vtrum Assessor Iudicem ad iniquam sententiam pertraxit, sive id fecerit ignoranter, sive dolosè, si tamen cum culpa. *Mortale.* Quoties. *& tenetur ad damnorum restitutionem ubi advertit se damnum intulisse.*

Vtrum Iudex elegerit sibi assessores ne-

gligen-

gligentes, insufficientes. *Mortale, & tenetur eos mutare sit potest, saltem in nulla re illis fidere, & agere, ac si non essent, & tantò maiorem in iudicando adhibere diligentiam. nam si, de eorum Consilio tulerit sententiã, etiam iustam, si scilicet ijs fidendo, in hoc peccat.*

Vtrum accepit pecuniam vt iniquè iudicaret. *Mortale & damna compensare debet & pecuniam quam accepit pauperibus dare de pena Iudicij Authentica Iure novo.*

Vtrum accepit pecuniam vt non iudicaret quando debuit, vt differret Sententiam. *Mortale.* Quoties. *& tenetur damna restituere.*

Vtrum accepit pecuniam vt iudicaret, vel vt citiùs judicaret. *Mortale.* Quoties. *& si habet aliunde salarium, tenetur restituere.*

Vtrum noluerit ferre sententiam, & ideò alter causam perdidit, *Mortale.* Quoties. *tenetur ad restitutionem.*

Vtrum Reum interrogaverit de his de quibus respondere non tenetur. *Mortale.*

Vtrum appellationes legitimas reiecerit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum dolosè appellationi locum dedit, & nihilominùs post legitimam appellationem ad causam processit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum in gravibus dubijs ad peritiores non recurrit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum

Vtrum allegationes friuolas admiserit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum pauperibus, Viduis, Orphanis, Religiosis non subvenerit, & in Advocatione non providerit. *Mortale.* Quoties

Vtrum Reum de occultis interrogaverit? *Nam de se solis Notoriis aut de quibus infamia publica, debet requirere 6. q. 1. c. Si omnis. Mortale.* Quoties.

Vtrum debitam pœnam auxerit, vel minuerit, cùm non possit *Mortale.* Quoties.

Vtrum existens Minister Principis iniquam sententiam executus *Mortale* Quoties *Sed si tantum dubitat, an sit iniusta, tenetur exequi.*

Vtrum aliquam clausulam ambiguam in decreto posuerit, ut Adversarij pro se interpretari possint, vel aliquam clausulam nececessariam omisit, *Mortale.* Quoties|. *& tenetur ad restitutionem damnorum quæ sequuntur.*

Vtrum sciendo esse causam iniquam, iuxta allegata tamen & probata pro ea tulerit sententiam. *Prohibitum est hoc. cap. si quis scandalisaverit de Regulis Iuris. Sed debuit ad altiorem Iudicem remittere informando eum de falsitate. de Iurisdictione. Omnium Iudicum. Prætor. Exod. 23. Non suscipias vocem menda*

cij, neq; in iudicio plurimorum acquiesces Sententiæ, vt veritatem devies.

Vtrum in cognitione causæ nimis, citò crediderit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum absq; semiplena probatione aliquem torserit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum in genere exegerit iuramenta & non in particulari. *Mortale.* Quoties.

Vtrum per eius negligentiam diu aliquis in carcere detineatur cuius causam iam poterat expedire. *Mortale.* Quoties.

Vtrum ad suum forum traxerit exemptos & in quos iurisdictionem non habet. *Mortale.* Quoties.

Vtrum finxerit causam vt iret in domum alicuius fæminæ ad inquisitionem. *Mortale.* Quoties. *excomm.*

Vtrum sine accusatore processerit exceptis casibus à iure expressis. *Mortale.* Quot.

Vtrum in testimonium, excommunicatum, aut exceptum admiserit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum Clericum captivarit. *Mortale.* Quoties. *Excomm. Bullæ Cænæ.*

Vtrum ex notitia qualicunq; ex parte Confessionis Sacramentalis habita interrogaverit, processum instituerit. *Mortale & est actus nullus Henriq. lib. 6. de pænit. cap. 20.*

Vtrum aliquem contra iuris ordinem absque gravi causa iudicaverit. *Mort.* quoties. *vel affectu vindictæ, avaritiæ, vel eum in quem ius non habuit. Mortale Episcopo reservatum* vide nonnulla quæ ex præcedenti capite huc spectant.

CAPUT IV.

Examen Advocatorum seu causidicorum & Notariorum.

VTrum scienter causam iniustam defenderit? *Mortale* Quoties *& tenetur parti adversæ omnia damna restituere, nisi ipsius Principalis satisfecerit. Quoties in tio crediderit causam esse iustam, postquam advertit esse iniquam debet illam deserere, aliàs si victoriam obtinuerit non solùm ad expensas iuris, sed etiam ad damna compensanda tenebitur si verò sit dubia causa, potest illam prosequi.*

Vtrum produxerit falsum, vel corruptum testimonium, vel leges vel prohibitiones falsas, vel mentitus circa hæc, vel mentiri fecit. *Mortale & tenetur restituere.*

Vtrum ad partes gravandas quæsierit dilationes non necessarias. *Mortale* Quoties? *tenetur ad restitutionem sumptuum.*

Vtrum adversario suæ causæ revelaverit secreta. *mortale* Quoties *tenetur compensare damna inde secuta.*

Vtrum

Vtrum advertendo oppoſitam partem iuſtam, impugnavit? *Mortale* Quoties? *& ſi ex eo pars illa paſſa damnum, tenetur ad compenſationem.*

Vtrum aliqua omiſerit ad cauſam iuſtam ſpectantia ex negligentia, vel craſſa ignorantia. *Mortale* Quoties. *& ſi damna inde ſecuta, tenetur reſtituere.*

Vtrum gravibus convitijs partem adverſam affecit? *Mortale* Quoties.

Vtrum propter malitiam, negligentiam, aut inſcitiam perdiderit cauſam iuſtam? *Mortale* Quoties. *& tenetur ad compenſationem.*

Vtrum pro ſuo labore nimis magnum ſalarium acceperit. *Mortale.* Quoties. *& quod ſupra iuſtum eſt, tenetur reſtituere. Sed pactum de ſolutione non poteſt licitè inire causâ inchoatâ, ſed hoc debet facere vel ante inchoationem, vel poſt finem.*

Vtrum dederit conſilium in cauſa iniuſta quomodo poſſit obtineri. *Mortale.* Quoties. *& ſi ex conſilio eius ſequitur victoria, tenetur damna reſtituere.*

Vtrum ex malitia vel ignorantia craſſa vel malitia, malum dedit conſilium. *Mortal. Quoties. tenetur ad damnorum reſtitutionem.*

Vtrum Pauperibus noluerit dare conſilium. *Mortale.* Quoties. *ſi erant in gravi neceſſitate.*

Vtrum falsificavit instrumenta. *Mortale*. Quoties. *& tenetur ad restitutionem damnorum inde secutorum.*

Vtrum malitiosè occultavit iura aliorum, seu instrumenta, seu destruxit. *Mortale*. Quoties. *& tenetur ad damnorum compensationem.*

Vtrum ex negligentia vel inscitia erroneé confecit instrumenta, vnde sequi possunt novæ lites, aut bonorum amissio. *Mortale*. Quoties. *& tenetur ad restitutionem damnorum si quæ sequentur.*

Vtrum scripsit testamentum eorum qui non fuerunt compotes rationis. *Mortale*. Quoties. *& tenetur parti per hoc læsæ damna restituere.*

Vtrum in instrumentis suis omisit iuris solennitates cum damno alicuius. *Mortale*. Quoties. *& tenetur ad damnorum compensationem.*

Vtrum fecerit instrumenta in favorem vsurarium, *Mortale, est periurium*. Quoties. *& damna debet compensare ijs quibus Vsurarij inferunt.*

Vtrum diebus festis absq; gravi causa fecerit instrumenta, *Mortale*. Quoties.

Vtrum dictavit, scripsit aliquid contra immunitatem Ecclesiasticam. *Mort.* Quoties. *estq; excommunicatus.* Vtrum

Vtrum pactus fuerit de quota litis. *Mortale.* Quoties.

Vtrum instrumenta studio distulerit. *Mortale.* Quoties. *Quod si per illum reus oppressus, tenetur subvenire cum pari periculo ac reus patitur. idem de falso teste, Iudice corrupto:*

An per fictam intromissionem bona occupaverit aliena?

An ad eludendam causam mutuum actoratum induxerit?

An fecerint in instrumento antiquiorem datam?

An manum finxerit? an ad instandnm falsò induxerit Ministrum publicum?

An subreptitiè ad subscribendum porrexerit?

An decretum falsum procuravit noctu, in confuso?

An formaverit inscriptionem falsi debiti?

An testes pro contraria parte terruerit?

Vtrum ea non servaverit ad quæ iuramento obligatus. *Mortale.* Quoties.

Vtrum in inscriptionibus aliquid addiderit, ademerit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum ex inscitia, vel malitia aliquid omiserit necessarium ad valorem instrumentorum iuris, vel aliquid addiderit, vel

dubijs verbis expresserit, vel contra stylum scripserit cum gravi alicuius damno. *Mortale.* Quoties. *damna tenetur compensare.*

Vtrum aliquid ex libro aboleverit cum damno gravi. *Mortale.* Quoties. *tenetur compensare.*

Vtrum non extradiderit ex libro extracta, Quietationes &c. cum gravi damno proximi. *Mortale.* *& damna debet compensare.*

Vtrum eos qui cessiones faciunt non instruxerit de onere, & in quo decipi possunt. *Mortale.* Quoties. *tenetur damna compensare.*

Vtrum pauperi noluerint scribere privilegium, inscriptiones. *Mortale.* Quoties.

Vtrum scribendo decretum aliquid addiderit, vel omiserit, contrarium, vel præter voluntatem Iudicis. *Mortale.* Quoties, *& tenetur ad damnorum compensationem.*

Vtrum in testamento alicuius vsus verbis ambiguis, vel aliquid addidit, omisit, contra voluntatem testatoris, vel iuris clausulas necessarias neglexerit, vnde damna secuta. *Mortale.* Quoties. *tenetur ad compensationem.*

Vtrum vsurarios, Simoniacos contractus scripserit, vel alios iniustos. *Mortale.* Quoties. *tenetur ad restitutionem.*

Vtrum ideò causam protraxerit ut plus lucraretur. *Mortale.* Quoties.

Vtrum infideliter egerit conſcribendo relationes, teſtimonia teſtium, confeſſiones in torturis, ſcrutinijs, vel aliter in iudicio produxerit quam audivit, vel ambiguè retulerit. *Mortale.* Quoties. *& parti ex hoc damnificatæ tenetur compenſare.*

Vtrum libros iuris negligenter ſervaveverit, ob quod aliquid additum, demptum, mutatum, omiſſum. *Mortale.* Quoties. *tenetur compenſare.*

Vtrum induxerit aliquem vt vexaret tertium, iniuſtè citaret, docuerit fraudes. *Mortale.* Quoties. *tenetur damna compenſare.*

Vtrum non permiſerit compoſitionem inter partes, ſed magis urſerit decretum cum damno iniuſto alicuius. *Mortale.* Quoties. *damna reſtituat.*

Vtrum dederit conſilia ſpecioſa vt litem traheret: vel alio modo finem litis impediverit. *Mortale,* Quoties. *tenetur damna ſoluere.*

Vtrum permiſerit ſcribas minores vltra iuſtum pretium exigere pro ſcripturis *Mortale.* Quoties. *& ſi illi non reſtituerint, ipſe tenetur, præcipuè ſi ipſi, vel ab altera parte ſolutum. Item ſimile peccatum ſi non attendit vt libro inſcriberentur, vel fideliter excerperentur acta, cauſa, inſcriptiones, vnde damna, & deceptiones*

secuta. & peccat mortaliter, & debet compensare.

Nortarij Thesaurarii exercitûs, proventuales. Vtrum Reip. aut privatis aliquod damnum intulerint, deceperint: à privatis personis vltra iustum quid exegerint, dolo vsi aliquo in suum lucrum, difficultates in assignationibus struxerint vt illis pars aliqua ex ijs cederet, vel munera darentur: vel si non integrè tradiderint quæ debebant. Vtrum regestra falsificaverint. vel pecunias retinuerint, lucra sibi ex illis fecerint detinendo, & non reddendo quibus debebant. *omnia ista mortalia & trahunt restitutionem damnificatis.*

CAPVT IV.

Examen Filiorum & Famulorum.

VTtrum Filius Parentibus fuerit valdè inobediens, mortem eorum desideraverit, idem est si Præceptoribus, aut alijs Superioribus. *Mortale.* Quoties.

Vtrum filius intolerabilis sit fratribus, sororibus. *Mortale.* Quoties.

Vtrum famulus percepto stipendio negligenter valde, aut nequiter serviat, vel plùs iusto exigat, *mortale tenetur restituere.*

Vtrum Domino imperanti peccatum obedi-

obediverit. *Mortale, & ſi hoc factum cum alicuius damno, tenetur compenſare niſi Dominus compenſaverit.*

Vtrum neglexerit cùm fierent damna Domino, vel ipſe illa intulerit bona Domini diſtribuerit, Dominum defraudaverit, ſibi appropriaverit. *Si notabile quid, mortale* Quoties? *tenetur reſtituere.*

Vtrum pertinax, cõtentioſus inquietus, maledicus, murmurator, impatiens, piger. *Si in re notabili. Mortale.* Quoties.

Vtrum ſecreta domûs alijs prodiderit. *ſi in re graui. Mortale* Quoties. *Si inde ſecuta damna, compenſare tenetur.*

Vtrum Victum ſuum alijs vendat, & per hoc ſe ad labores reddat inhabilem, vel furtim eum conquirat. *Si eſt notabile Mort.*

Vtrum exiſtens diſpenſator in regeſtris per modica appoſuerit vt ſummam aliquã collegerit. *Mortale ſi notabilis ſumma,* quoties. *tenetur reſtituere.*

Vtrum ſerviendo mercatori, iuverit illum in decipiendis emptoribus, vel dum venderet pro ſuo lucro auxerit pretium, aut non integre Domino pecuniam dederit. *Mortale* Quoties *cum reſtitutione.*

Vtrum Domino perperam faciat, non obtemperet, & hoc ſolum agat quod ipſe

judicat cum gravi perturbatione. *Mortale.* Quoties.

Vtrum Filius mortem Patris desideraverit vt obtineret hæreditatem, vel de morte Patris gavisus fuerit. *Mortale.*

CAPVT VI.

Examen Reorum

Ponemus primò quorumcunq; Reorum, tum Sagarum Examen specialiter instituemus.

§. I. *Reorum quorumvis Examen.*

ANte omnia Reo sæpiùs inculcandum, quòd ea quæ Confessario dicet, nihil illi apud Iudicem profutura, vel obfutura, ne fortè profuturum sibi credat si peccata occultet: aut è contra metuendo ne rursus ad torturas vocetur, mentiatur cum animæ suæ detrimento. Vnde neq; illa quæ Confessarius â Reo extra Confessionem audivit, evulget temerè: neq; audiat Confessionem priusquàm in foro externo omnia fuerint facta clara, neq; vrgeat Reum nimis vt se fateatur crimen commisisse, ne fortè propter importunitatem mentiatur se fecisse quod non fecit, metuendo ne à Confessario deseratur, si neget. Neq; coram Reo Iudices aut modum eorum procedendi accuset, neq; contra illos Rei querelas audiat; neq; intersit palam tormentis vel modum torquendi suggerat. Expedit verò vt sciat quæ sunt indicia ac probationes contra Reum, & modum ipsum proces-

ſius intelligat, vt ſic facilius Reo poſſit ſatisfacere, tum præter peccata in Decalogo alibi poſita de ſequentibus intelligat.

Vtrum falsò aliquem denuntiârit. *Mortale & tenetur etiam cum periculo novæ torturæ revocare ſi id prodeſſe poteſt innocenti. Sed ipſe Confeſſarius neq; poſt ſupplicium renuntiet Iudici revocationem, quia eo ipſo violaret Sigillum revelando peccatum Rei: ſed ipſe Reus id ante mortem revocet coram duobus fide dignis, qui Iudici renuntient: Reus verò non tenetur Iudici fateri crimen de quo non iuxta iuris proceſſum interogatur, hoc eſt, ſine præviâ accuſatione, ſine ſemiplena probatione, aut publica infamia, aut manifeſtis indicijs: quæ ipſa debent prius Reo à Iudice proponi. & licet hæc Reo proponentur, nondum tenetur ſaltem ſub mortali peccato veritatem dicere, ſi ſit cauſa criminalis, & ſpes evadendi. Neq; ſi tempore iudicij crimen negavit, tenetur illud poſtea fateri. Quodſi Reus antequam ſuum crimen in iudicio fateatur legitimè, id eſt, adactus ad Confeſſionem ſemiplenâ probatione, conſulat Confeſſarium an debeat fateri nec ne? relinquendus ſuæ conſcientiæ, quia nec debet cogi vt ſe prodat cum iactura vitæ temporalis, nec occultare cum ruina æternæ. Sed Deo committat, & ſvadeat id quod Reo favorabilius. ex S. Th. 2. 2. q. 69. ar. 1.*

Vtrum crimen metu tormentorum ſibi falsò impoſuit? *Si metu leviorum, mortale. ſi metu gravium tormentorum non eſt mortale, neq; tenetur amplius revocare, ſi timet nova tormenta. Niſi ex falſitate, damnum illius familiæ vel Reipub. ſequeretur:*

tum enim etiam cum iteratione quorumvis tormentorum, debet revocare.

Vtrum complices omninò occultos detexerit absq; tormentis? *Mortale. Si adactus tormentis, non est mortale. item si sint crimina à iure excepta. Potest Sacerdos sine periculo irregularitatis monere Iudicē ut reum incommuni puniat morte meritū: hortari incarceratum ut crimē fateatur obquod morte puniendus.*

§. 2. Examen Sagarum.

Aliæ sunt veræ Sagæ quæ pactum cum Dæmone ineunt, illi se devovent, fidem abiurant. Aliæ sunt simplices vetulæ quæ aliquam Superstitionem ex mera simplicitate exercent, ac has miseras sæpè Iudices iniquissimè ad mortem damnant, quibus Cathechistâ potius erat quàm Carnifice. Verarum hîc Sagarum Examen instituemus; de quibus antè omnia sciat Confessarius, quod rarissimè aperiant veritatem, aut ex corde convertantur: ideoq; non statim communionem illis permittat. Observatum etiam est, huiusmodi sceleratas Personas ita indurari à Dæmone ut non possint lacrymulam effundere: imò dum Confessarius cum illis incautè agit, eum maleficio afficere. caveat ergo ne illius corpus ullo modo Saga attingat, & res ab Ecclesia benedictas secum deferat. Curiositatibus vanis, & colloquiis non necessarijs atque interrogationibus omninò abstineat, quæ rarò impune solent transire. Examen verò ipsum in hunc modum cautè ordiri poterit.

Vtrum somniet se aliquando convivijs aliquibus interesse aut Choreis. *Si fateatur*

Saga, quærat, quid in illis convivijs soleat videre, & Vtrum somniet se ad illa ab aliquo deferri? *Si fateatur, tum prudenter erit ad hoc deducenda ut fateatur hæc in vigilia fieri. Si & hoc agnoverit, procedat in interrogando?*

Quanto hæc tempore solita sit facere? *Omnia hic mortalissima peccata.*

Vtrum in illo conventu visibiliter dæmonem viderit? *Quoties seu quot annis.*

Vtrum fidem in Christum abiuraverit? Quoties.

Vtrum Sacramenta eiuraverit? quoties.

Vtrum B. Virginem & sanctos eiuraverit Quoties.

Vtrum blasphemias in Deum dixerit & Sanctos. Quoties.

Vtrum Baptismum Dæmonis, & alia Sacramenta, & quæ susceperit? Quoties.

Vtrum chartam cum inscriptione Dæmoni dederit? Quoties. *Non est magnus labor adhibendus ut eam Dæmon reddat, dummodò Saga verè convertatur ad Deum?*

Vtrum dæmoni iuraverit nunquam se ad Christum & fidem Christi redituram. Quoties.

Vtrumd aliquid à dæmone receperit & apud se retineat? *Quod ab illa recipiendum & exurendum.*

Vtrum

Vtrum malitiosè fictas confessiones fecerit? *Quoties*.

Vtrum S. Eucharistiam dæmoni obtulerit, conculcaverit, conspuerit? *Quoties*.

Vtrum actus luxuriæ cõmiserit cum dæmone an cum coniugatis, solutis, Sodomitice &c. *vt in sexto præcepto dictum*. *Quoties* quod peccatum?

Vtrum suam prolem dæmoni obtulerit. Quoties.

Vtrum vsa sit vngvento ad volandum, & pro hoc vngvento conficiendo vtrum corpuscula infantum sepultorum effoderit? *Quoties*.

Vtrum in coniugibus potentiam generativam impedierit? *Quoties*.

Vtrum iuraverit dæmoni, se nocituram quibus posset. *Quoties*?

Vtrum infantes non baptisatos occiderit. Quoties. *Quod solent facere Sagæ quando obstetricantur*.

Vtrum iuraverit dæmoni se ad obsequium eius adducturam quotquot poterit? Quoties.

Vtrum immiserit alicui morbos, insomnia. tempestates, incendia. *Quoties & damna tenetur compensare, sed sunt plerumque Sagæ ipsæ egentissimæ*.

Vtrum signum aliquod corpori suo imprimi à dæmone sit passa, *Quoties.*

Vtrum aliquem malitiose falso maleficij & huius artis accusârit. *Quoties & tenetur revocare.*

Vtrum res furata ex templo, & illis abusa, quomodo? quoties quibus, quo fine? an sint ad huc aliquæ? reddat.

Vtrum inter aliquos inhonestos excitavit amores? *Quoties.*

Vtrum in aliquem fulmen aut spectra immiserit, Quoties.

Vtrum furto aliquid abstulerit, & ad suum convivium detulerit? *Quoties.*

Vtrum filiam suam aut Affinem dæmoni stuprandam obtulerit? *Quoties.*

Vtrum grandines, procellas immiserit, naves submerserit. *Quoties.*

Vtrum molas ruperit. *Quoties*

Vtrum odia inter coniuges vel alios concitaverit? *Quoties.*

Vtrum alicubi maleficiorum signa maneant, *Eximantur, comburantur.*

Vtrum gavisa fuerit de malis à dæmone illatis. *Quoties?*

Vtrum cantaverit hymnos in laudem dæmonis *Quoties.*

Vtrum abiuraverit mandata Dei, & in dæmonis leges iuraverit. *Quoties.* Vtr-

Vtrum eiurato Angelo custode, dæmonē eius loco receperit, & defacto habeat?

Vtrum habeat scripta aliqua à dæmone sibi tradita. *proferat vt exurantur.*

Vtrum cum suo dæmone frequenter consultaverit.

Vtrum Marito debitum negaverit servando fidem dæmoni. *Quoties.*

Vtrum in alicuius oves boves &c. lupos immiserit. Quoties *& damna tenetur compensare.*

Vtrum alicui vsum rationis turbaverit. *Quoties.*

Vtrum aliqua vngventa habeat. *prodat vt exurantur.*

Enormitates quas solent incurrere Magi & Magæ de ijs interrogandæ à Confessarijs ex P. Georgio Vogiero S. I.

Abnegant Deum, Fidem, Christum, & hoc sæpe repetunt, & varijs verbis & cæremonijs. 2. *Fidem Christi abiurant, quod est crimen apostasiæ.* 3. *Renuntiant baptismo, Chrisma de fronte, vngue caprino abradunt, characterem baptismalem quantum in ipsis abolent.* 4. *A dæmone novo Baptismo initiantur. Abnegant Patrinos & Matrinos Baptismi & Confirmationis & novos à dæmone recipiunt.* 5. *Petunt à dæmone deleri ex libro vitæ & inscribi libro mortis, aut saltem in hoc consentiunt.* 6. *Partem vestimen-*

stimen-

stimenti tradunt diabolo in signum quòd ei omnia bona sua fortunæ subijciant. 7. *Dæmoni iurant fidelitatem, & quòd velint in conventibus eius ordinariis comparere.* 8. *Sacrificia dæmoni promittunt, & exequuntur, strigando vel occidendo vel exsugendo infantulos, homines, bestias &c.* 9. *Singulis annis aliquod tributum dæmoni pendunt.* 10. *Dæmon alicui parti eorum corporis stigma imprimit.* 11. *Exercrantur patrocinium B V. & SS. & eos convitijs afficiunt.* 12. *Adorant diabolum visibilem aut invisibilem, & hoc sæpius & diversis modis.* 13. *Perstant in sententia quòd dæmoni debeatur honor.* 14. *Sacris rebus abutuntur, vt Sacro oleo, aquâ benedictâ, cerâ benedictâ, verbis consecrationis, Missam dæmoni accommodant.* 15. *Promittunt dæmoni nunquam se adoraturos Euchariſtiam, & contumelias perperpetuò in B. Virginem dicturos, & in SS. eorum imagines, reliquias confracturos, conculcaturos, consputaturos, rebus se abusuros sacris, ut benedicto sale, herbis, Cruce &c. vel eis nunquam vsuros.* 16. *Promittunt nunquam se Confessionem sacram integram facturos, neq; Magistratui se fassuros.* 17. *Promittunt se certis diebus ad conventus venturas, & quotquot possint dæmoni adiuncturas, & eis vicissim, dæmon aliqua promittit.* 18. *A dæmone aliquid pecuniarum accipiunt.* 19. *Habent libros, instrumenta Magcia, hæc opus statim exuri.* 20. *Alios seducunt, nec optant converti, nec vllum huius sceleris monere, nec in eo obstinatos Magistratui deferre.* 21. *Coram Iudicibus falsa dicunt, innocentes accusant.* 22 *Præstigijs vtuntur.* 23. *Alios ad paupertatem deducunt damna inferendo per tempestates,*

 fulgu-

fulgura, tonitrua, grandines, imbres, agros vastando. 24. Greges & armenta perimunt, exhibito aliquo modo veneno, vel dæmonem immittunt, ut mactet, præcipitet, suffocet. 25. Dat illis dæmon pulveres quos spargunt, unde erucæ, locustæ, bruchi &c. in hortis enascuntur, & hortos inficiunt quorum esu homines & bestiæ moriuntur. 26. Ædes hominum exurunt. 27. Cum bestijs carnaliter agunt, aut cum dæmone corporato. 28. Ad conventus varijs modis deportantur. 29. Candelas in ijs dæmoni offerunt, aut ab eo accipiunt, & eum varijs modis adorant. 30. Filios & Filias suas ibidem adhuc impuberes dæmoni devovent, & in conspectu eorum dæmon filium Magæ opprimit, vel Matrem filiâ spectante: Filio etiam loco uxoris dant dæmonem succubum: & talibus dum ab alijs fiunt intersunt. 31. Hostiam Sacram coram dæmone pedibus conculcant, & illi asservandam committunt. 32. Convivia celebrant, dæmon subinde illis potum & cibum subministrat, aliquando ipsæ offerunt proprios vel furto sublatos. 33. Mensæ benedictionem præmittunt in qua Beelzebub Creatorem, datorem, conservatorem, omnium profitentur; similis sequitur, gratiarum actio. 34. Absolutâ mensâ choreas ducunt, & dæmoni laudes obscœnis cantilenis decantant, adorant, extinctis candelis partim cum dæmone partim cum viris ibi præsentibus concumbunt promiscuè. 35. Consilia ineunt in damnum proximorum. 36. Si præsentes non possint ire, submittunt legatos cum plena potestate. 37. Aliqui se in lupos vertunt. 38. Fingunt spectra & spectrorum apparitiones procurant, dæmonem familiarem habent aut inclusum. 39. Aliquando

solo

solo afflatu vel halitu, aliquando signis verbis, idq; variis maleficia inferunt. 40. *Habent vnguenta, ad quæ res adhibent cum summis peccatis, vel cadavera humana patibuli, pali, partes, fœtus abortu egestos decoquunt, adhibent & oleum Sacrum & Eucharistiam.* 41. *Infantulos ex cunis raptos, vel è Sepulchris erutos, ad ignem assant, lixant, vorant, aut ad vnguenta adhibent, sanguinem eorum bibunt.* 42. *Parvulis aliquid instillant, sanguinem illis exsugunt.* 43. *Dum excipiunt in partu infantes, enecant.* 44. *Aliquos vt ad amorem fœdum alliciant pocula præparant varia, quibus vel dementant, vel occidunt, lædunt.* 45. *Partus difficiles fœminis procurant, morbos inferunt, idq; modis varijs, aliquando homini immittunt, crines, cultros, lapides.* 46. *Vbera fœminis exsiccant & pectoribus, ligant aliquem magæ, quod debent dissolvere quando possunt sine novo peccato.* 47. *Dæmones consulunt, eorum oracula exquirunt, divinant, prædicunt ex uitro & alijs modis, morbos incantant.* 48. *Varijs fraudibus alios decipiunt ut se dæmoni mancipent.*

Detur ei potus aquæ benedictæ cum guttula Agni, ter in nomine Sanctissimæ Trinitatis bibendus ieiuno stomacho: cum reliquijs præcingatur cum Schedula cui inscripta verba septem à Christo in cruce prolata & sic torqueatur. Si se offert ad tangendum ferrum candens, non credatur, nec licet potest hoc fieri ope dæmonis, non interrumpatur confessio si cœperit fateri, postquam alia fassa; interrogetur de fide negata, de incubo.

Revocant à se factas Confessiones, in Laudem dæmonis cantant Psal. Laudate Dominum de cœlis, & Bea-

 nedi-

nedicite omnia opera &c & Confitemini Domino quoniam bonus &c. cælum contemnunt, ex toto corde Infernum desiderant. Histor. trium energumen. edita Pa-is 1623. hæc addit. Si mille vitas haberent offerunt, cor, guttas sanguinis. Omnia membra in imaginibus configunt cum directis maledictionibus in Sanctos. Multos volunt occidere sed Angelus Custos prohibet. Curant Missam celebrari & Hostiam abreptam illam blasphemijs impetunt. Ferijs sextis imagini Crucifixi illudunt sicut fecerant Iudæi: & in locis vulnerum ponunt Hostiam & configunt. pedibus hostiam conculcant, canibus obijciunt, & in loca corporis immittunt ibiq; conterunt. Consecrant sanguinem Christi & in eum ventres exonerant, & hostias immiscent stercori, & illo pane & vino se tractant & hoc solennioribus diebus faciunt, similia cum reliquijs patrant. Mitram furati Episcopalem capiti dæmonis imponunt, & postea conculcant. idem cum alijs paramentis, quibus se induit Magus, & facit Sacrificium, & confert Ordines, & nuptiis assistit Sagæ cum dæmone, & v'ius se dæmon fingit infirmum tunc illi confertur Extrema vnctio, confessio &c. Idem faciunt cum habitibus Religiosorum, tum faciunt Sodomias, processiones faciunt, cum aqua benedicta. Fingunt columbam pro Spiritu S. & configunt, comburunt, in ventum abijciunt. In dies designant opera: Iam diem blasphemiarum, diem Sodomiæ &c. Optant ut Creaturæ in diabolos vertantur, Deum volunt discerpere cum blasphemijs, nefandis &c. Luciferum loco tui collocarem, vt conculcentur hostiæ à bestijs ad hoc specialiter illas deferunt.

Dies sic habent dispositos Sabbatho in B. Virginem invehuntur. Ferijs 6. contra passionem Domini. Ferijs 5. contra Venerabile. Item certa peccata certis diebus. Sabbato & Dominica bestialitatem, tum se dæmon in aliqua horrifica exhibet figura, & sic cum eo rem habent. Feria 5. Sodomiæ fæmina in fæminam vir in virum. Feria 4. Odij Dei, imaginem crucifixi lapidant, conspuunt, tum Sanctos invadunt, spuunt in cælum. Novem verò classes habent & promoventur per ordinem. In quavis classe tria sunt genera. Magorum, Sortilegorum qui præparant cibos Larvi qui larvas gerunt in naso ne agnoscantur à filijs Magarum inter quos versantur cùm à Matribus deferuntur. Larvi adorant Principem conventualem proni in terram. Sortilegi de genu, Magi solâ inclinatione capitis. Quo facto omnes procedunt adorare Dæmonem, tum consilia cum primaria diabolus init & maleficia distribuit, tum itur ad mensam, à mensa ad Sacrificium, tum fiunt scelera, cantantur psalmi, tum tripudia & luxuriæ, tum redeunt domum tristes & esurientes. dum fit luxuria quidam pulsant Musica instrumenta Consilia non durant vltrà quadrantem, quæ subinde soli dæmones faciunt, mandant exequi. & sæpe plures veniunt quàm homines & mensis seruiunt, musicam instruunt, in bestias se transfomant. iuxta gradus suos Magæ sortilegi ad tres mensas sedent iuxta antiquitatem, vel scelera maiora vel scientiam. Imperatrix ad latus Beelzebub collocatur sub forma Principis, sed sub forma diaboli accumbit mensæ. non referunt facinora ne à complicibus agnoscantur, sed dæmones narrant. Bibunt quantum volunt, sed priùs prælibant

bant diabolo. bibunt ad excessum, comeduntur carnes infantum. Saltant in circulum, & ludit aut dæmon in specie humana aut fidicen. Archimagi statuere est locum conventus, sed in qua conveniunt terra plerumq; sterilescit. Diebus solennioribus renovant Schedulas pacti, lanceola est instar crassæ acûs cum manubrio argenteo, servatur à dæmone quâ se pungunt ut sanguinem habeant pro subscriptione.

Faciunt idola aut hominis aut diaboli aut bestiæ specie, & adorant, adolent Diabolo Asmodeus idoli ex cera formatum pro excitanda libidine cum cinere hirci & cinere ossium viri, ut mulier incitetur, & è contra, & baptisantur à suis Sacerdotibus. Quatuor Sacramenta habent in usu serio Baptismum Confirmationem Eucharistiam Matrimonium. Cum Sacrificat Sacerdos aspergit illos Sanguine Christi, & illi clamant, Sanguis eius super nos, tempore Sacri omnes obscænitates & blasphemiæ derisiones fiunt, sub elevatione terga obvertunt. candelæ tetri sunt odoris, decantantur Psalmi qui in Ecclesijs, sed attribuuntur Lucifero. Pater noster invertunt ad Luciferum. Ave ad Matrem Antichristi. Symbolum item ad Luciferum. Decalogum totum in contrarium intorquent, item opera misericordia & hæc diebus festis illis à Prædicatore releguntur. Litaniæ ad Nomina dæmonum. Loco Ss. Trinitatis ponitur Lucifer, Leviathan, Beelzebub. cætera omnia invertuntur. Dæmon illis Concionatur iam in forma Dei Patris attribuendo sibi eius opera, iam in forma Filij &c. post hoc iubentur singulis personis maledicere, & sibi iram illarum imprecari. Concionantur subinde & non dæmones, & fit interim silentium.

lentium. idq; fit in feſtis ſolennibus. Hæc faſſa Saga anno 1613. Inſulis in Belgio coram Epiſcopis Tornacenſi & Buſcoducenſi Comite Detracenſi &c. officialiter adiurata, & à dæmonibus coacta iuſſu S. Birgittæ, hic liber dicatus Regi Galliarum Ludovico Iuſto à Io. le Normant inſcriptus de tribus Energumenis.

Praxis cum deluſa gerente Saga ſe pro ſancta ex Sylveſtro.

NIhil cum ſola & extra homines Confeſſarius agat propter calumnias ad quas pronæ Sagæ Communio illis etiam & abſolutio etſi videantur reſipuiſſe non facile danda, quia ſæpe ſimulatè agunt. 2. Accedat humaniter, v. g. gaudeo de tuo adventu, multa mihi dicta de tua ſanctitate, ego opto ex illa proficere. Reſpondebit, eſſe ſe peccatricem. Dic. Ita humilitas ait, ſed tu pro meo bono non abſconde virtutes. Reſpondebit, parvas ſuas virtutes. Dic. Iam mihi innotuerunt tuæ extaſes, raptus, lumina, quo modo futura noſti, arcana cordium. Deus hæc non dat niſi bonis. Reſpondebit, Ego miſera peccatrix, interea finget extaſim. Dic. O te Beata frueris Deo ℟. Hoc verum. Dic. O quam ſum felix qui hoc vidi. Scio autem quod iſta dicta non ſint communia, tua humilitas meretur maiora, æquum eſt vt & ad corpus veniant hæ deliciæ. ℟. Ita eſt. Dic. Videſne Deum tum ac ei vniris, & quomodo tibi vnitur, & ſub qua forma. ℟. Non video, ſed ſentio & in eius amplexu per horas lætor. Dic. Ego ſomnio ſæpe & nocte videor mihi adeſſe hominibus quibuſdam. tu quid. Reſpondet, Ita & ego cætui magnorum Dei. Quid ibi faciunt illi homines? Dic. Quales illæ deliciæ? ℟. Maiores quàm

coniugum [ecce incubus.] Dic. An acceperis aliqua monilia. Stigmata ita vocant. quia Deus suos signat signaculo suo.

Praxis cum suspecta Malefica sed simplici.

QVæritur. An interdum somnias. ℞. ita. Quæritur. An videtur tibi quòd intersis choreis. ℞. ita Q. An videtur, quod intersis cætui multorum hominum. ℞. ita. Q. An quod etiam ibi comedas. ℞ ita. Q. Estne illa caro vitulina an veruecina. ℞. Non. Q. Estne aliqua horribilior. ℞. ita. Q. Dic qualis ista caro ℞ Nescio. Q an non infantium. ℞ ita. Q. an credis Iesum Christum verum Deum. ℞. Non Q. Quomodo illum vocas. ℞. Maledictus &c. Q. an amas diabolum. ℞. ita Q. an adoraveris illum. ℞ ita. Q an ames illum plusquam te. ℞. ita. Q An adoravit hircum. ℣. ita. An osculata hircum. ℞. ita. Q Cui recitat Rosarium. ℞. diabolo. Q. An habeat monialia diaboli. ℞. ita. Q. An non communicasset in eo cætu. ℞. ita. Q. An non fecit iniurias hostiæ. ℞. ita. Q An calcavit, & aliter. ℞. ita. An dedisset Schedam. An sæpius eam renovasset. An renunciavit Christo, quàm sæpe. Quomodo diabolus dedit illi hoc monile, an illum viderit?

derit? Sub qua forma. An cum eo rem habuerit, an etiam cum alijs. An certo hoc affirmet? An blasphemavit Sacra. An velit recuperare Schedulam. Differenda absolutio in aliam diem, & quærendum an rursus fuerit in cætu, an cum dæmone egerit. Signum quod fuerit in Synagoga si mane, ex odio furit.

Pro Materia Baptismi accipitur aqua mixta sulfure cum sale & vrina, aqua baptisat, sulfur diabolo mancipat, sal confirmat in eius obsequio.

Ad hoc ut obliuiscantur eorum quæ egerunt in cætu habent vnguentum ex cadavere, pipere, farina, oleo amigdalorum, capillis virorum ac mulierum, fiunt inunctiones in parte priore & posteriore capitis, sæpius iterantur.

Reliqua ex Sylvestro S. Pal. Magistro.

Quomodo licet maleficium destruere. ℞. Modis ecclesiasticis, oratione, exorcismis. 2. Destruendo signum pacti, hoc enim non est inire fœdus cum dæmone nec eius viribus vti sed proprijs. Sed non licet hoc signum per maleficium destruere, nec licet inducere aliquem vt maleficium solvat maleficio: Nec licet vti operâ offerentis se ad hoc faciendum Quia hoc esset illius peccato consentire.

ſentire? Dices licere vti alieno malo ad ſuum bonum. Reſpondet S. Th. q. 13. a. 4. Ille alicui in malitia conſentit cui placet ut malitiam ille exerceat & ad hoc fortè eum inducit, quod ſemper peccatum eſt: vtitur autem alterius malitiâ qui illud malum quod alius facit intorquet ad bonum. Dices licet Turcam cogere ut iuret per Mahometem. ℞. quia tantum intendit quod eſt licitum, ſcilicet confirmatio quam poterat facere ſine peccato per verum Deum iurando, at verò maleficium ſemper cum peccato per maleficum tollitur. Ita & ab vſurario poſſum mutuum accipere quia ille poteſt dare non petendo vſuram. Per opera vana licitum deſtruere maleficia non credendo quod illa tollant ſed experiendo ſi fortè non illa ſint pacta ut ſic deſtruantur. Poteſt rogari malefica ut ſignum deſtruat, quia id ſine ope dæmonis præſtare poteſt.

Adverſus incubos hæc remedia. 1. Confeſſio 2. Oratio, ſignum Crucis, communio, exorciſmi idem eſt de ligatis in Matrimonio. Contra Amorem malum, oculorum cuſtodia Ex maleficio hoc amor cenſetur, ſi nec verbis nec plagis averti poſſit, ſi pulchrâ abiectâ vxore ſordidam ſequatur, ſi dormire non poteſt ſed per devia & avia ad dilectam currat. hunc exorciſa. Grandinem repelli Catholicè & verè quando eſt ex maleficio Sylveſter docet ſic. Tria grana grandinis in Nomine Sanctiſſimæ

ctiſſimæ Trinitatis in ignem iactantur, in ſignum deſtructionis diabolici operis, & ignis perpetui illi præparati, adiunctâ ter Dominicâ Oratione & Aue. & Evang. S. Ioannis. In principio erat. ſemel cum ſigno Crucis in omnes partes & illud. Verbum Caro factum eſt ter repetitur. deinde ter dicitur. Per Evangelica dicta deleatur & fugiat tempeſtas iſta. Expertum quod iuvet Cruces inter agros erigere ramis die palmarum benedictis ornatas. Item ſic adiurare dæmones. Adiuro vos grandines & ventos per quinq; vulnera Christi, & tres clavos qui manus eius ac pedes perforarunt, & per quatuor Evangeliſtas Sanctos Matthæum, Marcum, Lucam, & Ioannem ut in aquam reſoluti deſcendatis.

Si Lac per maleficium auferatur, ſolent totum quod Sabbato provenit in honorem B.V. pauperibus dare, ſic veneſicæ non nocent. tum aqua benedictâ aſpergere, ſignum Crucis, candelæ Purif. palmæ benedictæ. Cavendum etiam ne Maga aliquid lactis tuorum pecorum acquirat. tum ubi maleficium infecit pecora. terra ſub limine & preſepi ac loco adæquationis exportetur & & alia cum aquæ benedictæ aſperſione inferatur quia talibus locis infodere ſua veneficia ſolent maleficæ.

Locuſtæ & alia per dæmones immiſſa licitè pelluntur per exorciſmos, qui ordinari debent (S. Th. 2. 2. q. 90.) ad dæmones ne per hæc inſecta

noceant sed videndum priùs ne sint aliqua peccata propter quæ Deus puniat, ideò pœnitendum.

Vtrum à dæmone intra domos Religiosas deportata & quo animo? Quoties.

Vtrum aliquos in bestias apparenter mutaverit? Quoties.

Vtrum in speculo furta ostenderit. quot.

Vtrum cereas imagines ad occidendum aliquem fecerit? Quoties.

Vtrum Characteres maleficos scripserit, vendiderit, & ad quem finem? Quoties.

Vtrum intra corpus alicuius, clavos, spinas, acus, cultros immiserit. quoties. *talia plerumq; fiunt per præstigias, & euomuntur tanquam si essent vera, cùm tamen post aliquot dies vel in mucum vertantur, vel dispareant. Aliquando etiam proijcit dæmon intra vomitum, tanquam si fuissent intra corpus, vel cùm sint maiora quam intrare & exire possint è corpore, per particulas inducit & educit, & subitò vnit.*

CAPUT VII.

Examen Magistrorum & discipulorum.

VTrùm scienter docuerit jus Civile aut Medicinam Religiosos qui reliquerunt habitum suum, aut tales in schola sua retinere præsumat. *Mortale Excomm. nulli reseruata ratione doctionis.*

Vtrum

Vtrùm habens potestatem conferendi gradus literarios passus sit aliquem promoveri aliter quàm præcipitur in Extravag. In Sacrosancto Pij IV. *Mortale. Excomm. nulli reseruata.* Quoties.

Vtrum docens Medicinam, aut jus Civile admisit ad lectionem suam Religiosos, vel Sacerdotes sæculares, vel alios Clericos non Sacerdotes, sed in dignitate constitutos. *Mortale Excomm. nulli reseruata.*

Vtrum aliquam facultatem docens etiam Theologiam, admisit Religiosum cũ habitu suo. Sed sine licentia sui Prælati exeuntem è monasterio? *Mortale Excomm. nulli reseruata.*

Vtrum Magister habens beneficium vel salarium sufficiens ratione docendi, exigat à discipulis solutionem? *mortale* Quoties. *& tenetur eis restituere quod accepit. oblata verò sponte potest accipere. & si non sufficiens habeat salarium, potest aliquid exigere à ditioribus, potiùs quam à pauperibus.*

Vtrum provacatione festorum dierum aliquid exegerit. *Mort.* Quoties *si notabile.*

Vtrum habeat sufficientem scientiam pro suo Magisterio. *Si eâ careat, Mortale. & tenetur vel resignare officium, vel se quamprimum perficere,*

Vtrum

Vtrum docuerit ſcientias prohibitas? *Mortale*.

Vtrum nimias vacationes indulſit cum magno ſtudiorum diſpendio? *Mort. quoties*.

Vtrum Vniverſitatis ſuæ iuramenta neglexerit? *Mortale* Quoties:

Vtrum diſcipulos alterius iniuſtè ad ſe pertraxerit? *mortale*. Quoties *& tenetur illos ſinere abire ſi velint*.

Vtrum diſcipulus in re gravi & ad Magiſtrum pertinente fuerit Magiſtro graviter inobediens? vel eum contempſit? *Mortale* Quoties.

Vtrum impenſas graves Parentum in res vanas convertat? *Mortale*.

Vtrum Magiſter ad Doctoratũ aliquem indignum promovit *mortale* Quoties.

Vtrum Magiſter falſa docuerit? & ob quem finem et ſi cum damno gravi. *mort.*

Vtrum diſcipulos iniuſtè & crudeliter caſtigaverit. *Mortale* Quoties.

Vtrum habeat libros prohibitos. *Mortale Excomm*.

Vtrum diſcipulo dederit ſuffragium indignum ut ad gradum promoveretur? *Mortale* Quoties *maximè ſi fiat cum periurio*.

Vtrum diſcipulus debitum Magiſtro ſtipendium negaverit. *Mortale* Quoties *tenetur reſtituere*.

CAPVT

CAPVT VIII.

Examen Medicorum; Pharmacopæorum, Chirurgorum.

VTrum praxim Medicam absque sufficienti scientia exerceat. *Mortale nec potest absolvi, nisi vel illam absolutè desetat, vel saltem ad tempus donec se in scientia perfecerit, exponit enim se periculo homicidiorum.*

Vtrum ausus fuerit chirurgus curare morbum periculosum cuius notitiam non habuit, nec Medicum consuluit. *Mortale* Quoties. *tenetur damna compensare.* Simile si se pro Medico venditaverit cùm scientiam non habeat.

Vtrum negligens fuit in curatione, ægrũ statis temporibus non accesserit, vel postquam curare cæpit, ex odio, vel tædio dimiserit. *Mortale* Quoties.

Vtrum non satis cognito morbo medicinas per coniecturam dederit, *Mortale* Quoties *tenetur damna compensare.*

Vtrum ægri secretum prodiderit, eumq; diffamaverit. *Mortale* Quoties, *debet eius famam reparare.*

Vtrum testimonia confinxerit, vel dolo acquisiverit, de sua peritia, de felicitate in curando; *Mortale.*

Vtrum

Vtrum morbum prolongaverit, vel non ita citò sanavit vulnera ut potuit, putrefecit pro suo lucro, membrum amputavit absque necessitate. *Mortale* Quoties *tenetur compensare*.

Vtrum iustò maiorem notabiliter exegerit mercedem. *Mortale* Quoties? *restituat excessum*.

Vtrum per superstitiones, verba, characteres, curaverit. *Mortale* Quoties.

Vtrum Medicinas sibi non perspectas, dubias adhibuerit. *Mortale* Quoties *& damna compenset*.

Vtrum ob eius inscitiam, negligentiam, quis mortuus. *Mortale tenetur ut homicida compensare damna*.

Vtrum Chyrurgus propter suos labores die festo Sacrum neglexerit. *Mortale* Quot.

Vtrum Apothecarius absque sufficienti scientia medicinas, aut etiam Receptas composuerit. *Mortale.* Quoties *& damna inde secuta compensare tenetur*.

Vtrum Medicinas Apothecarius non pro tempore præscripto dederit. *Si ægri inde quid graue passi. Mortale* Quoties. *tenetur compensare*.

Vtrum Apothecarius absque Medici cõsilio medicinas vehementes & periculosas dederit.

dederit. *Mortale* Quoties, *& damna ex hoc secuta compenset.*

Vtrum si advertit errorem in Recepta Medicum non monuerit, vnde æger periclitatus. *Mortale.* Quoties. *tenetur compensare.*

Vtrum ab imperitis personis Receptas admiserit, paraverit, cum periculo ægrorum *Mortale.* Quoties *damna compenset si illi neglexerint.*

Vtrum condictamen habuerit cum Medico ut ingens pretium Medicinis statueret. *Mortale* Quoties? *tenetur compensare.*

Vtrum non recentes, evanidas; species medicinis miscuerit. Quoties. *Mortale? si cum graui damno.*

Vtrùm negligentiam circa infirmum comisit cui obligavit suam curam, & damnum inde secutum grave? *Mortale* Quoties. *tenetur compensare.*

Vtrum dederit consilium contra salutem animæ *Mortale* Quoties. v. g. *Si suasit fornicationem propter sanitatem vel superstitionibus usus?*

Vtrum servaverit quod Medicis præcipitur, ut inducat ægrum ad confessionem, si non. *Mortale* Quoties. *lex ista est. 5. d. cap. cùm infirmitas de pæn. & remiß. neq; enim debet ampliùs visitare infirmum, si intra triduum ab*

initio morbi nolit confiteri. Pius V. Constit. super gregem, & quos putat morituros, monere debet, ut se et domo suo disponant.

Vtrum pauperes à quibus parùm sperabat, visitare noluerit. *Nam pro talibus Medicinas gratis, si potest, tenetur procurare, imò etiam emere dist. 83. c. 1. & in gloss. super verbo. insertas, & si in hoc defuerit ut illi moriantur, nec sit alius Medicus qui hoc præstet, Mortale* Quoties.

Vtrum sine rationabili causa in jejuniis dispensaverit, vel sanis nocere jejunia docuerit, *Mortale* Quoties.

Vtrum Medicinam dubiam præscripsit ut experiretur? *Mortale* Quoties. *Cùm infirmis extrav. de pæn. & remiss. imo nec probabili, causa experiendi uti potest, omissâ probabiliore.*

Vtrum æmulationes & detractiones graves in alios Medicos congesserit. *Mortale.* Quoties. *vide dicta in* VII. *præcepto.*

Vtrum ad augendum pretium suis præscriptionibus res pretiosas absque necessitate miscuerit. *Mortale.* Quoties. *& tenetur restituere.*

Vtrum Apothecarius in componenda Medicina præscriptum Medici non secutus? *Mortale.* Quoties *& si per hoc factum ut ægro morbus produceretur, tenetur ad restitutionem expensarum quæ sunt in morbum.* Vtrum

Vtrum vendiderit, aut fecerit aliquid pro comparando abortu? *Mortale.* Quoties. *Vide dicta in v. præcepto.*

Vtrum vendiderit venenum illi quem credit abuſurum. *Mortale* Quoties *reus homicidii.*

Vtrum in medicamentis quid pro quo ſubſtituerit? *Mortale* Quoties. *Si inde malum notabile ſequi potuit.*

Vtrum medicinas cariùs juſto vendiderit? *Mortale.* Quoties, *tenetur reſtituere.*

Vtrum res corruptas, falſificatas vendiderit. *Mortale.* Quoties. *tenetur reſtituere.*

CAPVT IX.

Examen Mercatorum & Cauponum.

Vide ea quæ dicta sũt in ſeptimo præcepto. Præterea.

VTrùm arma, pulveres, devexerit Turcis. *Mortale.* Quoties *Bullæ Cœnæ.*

Vtrum fecerit conventionem cum alijs Mercatoribus ut non vendant niſi injuſto pretio? *Mortale.* Quoties, *& tenetur ad reſtitutionem illorum quæ a'ij hoc modo acquiſiverunt, ſi illi nolint reſtituere.*

Vtrum iuſta telonia fraudavit? *Mortale.* Quoties. *tenetur reſtituere. Sed ſi Domini ter-*

varum, pontes ac vias non reparent, neq; reddant securas vias à latronibus, iniustè exigunt telonia.

Vtrum falsâ pecuniâ usus, aut bonam abraserit. *Mortale.* Quoties. *& tenetur restituere communitati minori vendendo.*

Vtrum faciens socialem cum aliis contractum non egerit fideliter? *Mortale.* Quoties. *quod dolosè accepit tenetur restituere, nisi etiam, alij fraudulenter agendo tantundem subtraxerint.*

Vtrum usus sit mendaciis, aut periuriis cum damno proximi? *vide præceptum secundum, & si habet animum persistendi in illis incapax est absolutionis, est enim in statu peccati mortalis.*

Vtrum contractûs vsurarij fuerit Mediator? *Mortale. & si ad vsuram induxit, tenetur restituere.* Quoties.

Vtrum Mediator fuit in emptione rei alicuius, & malè consuluit Emptori? *Mortale.* Quoties, *& tenetur ad damni restitutionem, par ratio de venditore.*

Vtrum fecerit contractum prohibitum, vel quem dubitavit esse talem. *Mortale. Item si ad talem contractum aliquem adduxit, iuvit, & si contractus sit illicitus, quidquid hoc modo acquisivit, tenetur restituere.*

Vtrum falsificaverit pondera & mensuras.

ras. *Mortale tenetur ad restitutionem tantò minori deinceps, pretio vendendo, & in jure civili meretur confiscationem bonorum & exilium. de empt & vendit, in cap. 2. & debet omninò pondera justa facere.*

Vtrum vendat vnam speciem v. g. vini aut panni pro alia. *Mortale tenetur restituere totum, vel si emptor contentus, excessum.*

Vtrum vinum lymphatum pro puro vendiderit. *Mortale & quidquid hac modo acquisiuit, tenetur restituere viliori deinceps v. g. pretio purum vinum jisdem vendendo.*

Vtrum in sua caupona retineat meretrices *Mortale & debet eas dimittere. Quodsi autem recipiat latrones, vel eos apud se sinat ludendo aut potando perdere pecunias, quæ earum non habent dominium, & peccat mortaliter, & tenetur restituere, si illi noluerint.*

Vtrum aromatis corruptis miscuerit recentia, & sic totum pro recentibus vendiderit. *Mortale & quidquid ita acquisiuit tenetur restituere.*

Vtrum dederit his potum quos vidit graviter inebriari, & potuit absque suo gravi incommodo negare. *Mortale.* Quoties.

Vtrum cibos corruptos, insalubres apposuerit, v. g. de mortuis animalibus. *Mortale, & si quis comedentium inde morbum contraxit,*

xit, tenetur eius curam habere, & medicinas soluere.

Vtrum constituerit merces suas, & desideravit maiori quàm iusto pretio vendere; aut supra statutum pretium, vel decepit emendo aut vendendo imperitos. *Mortale* Quoties *tenetur restituere.*

Vtrum fefellerit in mensura, pondere, aliquid emendo, aut vendendo, vel in cõmutatione mercium, admiscendo aliquid, pannos extendendo merces humectando propter pondus. *Mortale* Quoties, *tenetur compensare,*

Vtrum prohibitas merces invexerit, aut evexerit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum prohibitas commutationes mercium fecerit. *Mortale* Quoties.

Vtrum Socium mercaturæ fefellerit *mortale* Quoties *tenetur compensare.*

Vtrum illorum merces vendiderit qui sunt prohibiti vendere, *Mort* Quoties.

Vtrum creditori pecunias statuto tempore cum eius damno non reddiderit. *Mortale.* Quoties, *tenetur damna compensare.*

Vtrum aliquem dolum in mercibus post venditionem fecerit, aliquid subtraxerit, mutaverit, *Mortale* Quoties *tenetur compensare.*

Vtrum omnes merces cöemerit ut cariùs

ſolus venderet. *Mortale.* Quoties. *tenetur quibus vendidit reſtituere.*

Vtrum ſupra iuſtum illis vendiderit quos vidit magnâ adactos neceſſitate ad emendum. *Mortale.* Quoties *tenetur reſtituere.* Vel ſi aliquid emit infra iuſtum in caſu ſimili, peccatum ſimile.

Vtrum Domino, vel Civitati mutuo dedit pecuniam ut liber eſſet à teloniis, vel aliis oneribus publicis iuſtis. *Mortale.* Quot. *Uſura. tenetur reſtituere.*

CAPVT X.

Examen Artificum

Et qui eorum ſunt Socij.

VTrum datam ſibi materiam ad laborandum in viliorem mutaverit, pro rata damni *Mortale.* Quoties. *tenetur compenſare.*

Vtrũ ad maiores ſumptus, ad plus emendum de materia quàm ſit neceſſe extraxerit aliquem, pro rata damni. *Mortale, & tenetur compenſare.*

Vtrum laborem ſuum plùſquàmiuſto pretio vendiderit, ſi exceſſus magnus, *Mortale. & tenetur reſtituere.*

Vtrum iuſtâ ſolutione acceptâ infideliter laboraverit. *Si damnum ex hoc magnum,*

Mortale, *& tenetur restituere*. Quoties.

Vtrum duxerit ad Mercatorem qui maiori pretio, vel corruptas, vel viliores vendit merces, cum notabili damno emptoris *Mortale*. Quoties, *& si noluerit Mercator compensare ille tenetur*.

Vtrum alios eiusdem artificij graviter contempserit, eorum artem valdè coram hominibus depresserit, infamaverit. *Mort.* Quoties. *& tenetur revocare*.

Vtrum Socijs exiguum stipendium dederit eo fine ut ipsi ex alieno compensarent. *Mortale*. Quoties. *tenentur illi compensare*, *& si illi nolint*, ipse.

Vtrum sine facultate Parochi urgente necessitate laborauerit, vel socios laborare fecerit die festo, vel post mediam noctem ante festum. *Mortale*. Quoties. *si ultra duas horas labor productus*.

Vtrum discipulos suos pro quibus illi solvitur, aliâ re occupaverit quàm opificio. *Mortale*, Quoties. *tenetur illis compensare*.

Vtrum non solidè sed fraudulenter & neglectim elaboraverit materias sibi datas. *Mortale*. Quoties. *compenset*. Idem est si quid per negligentiam aut inscitiam corrupit.

Vtrum Socius postquam promisit & affirmavit se laboraturum Artifici, fefellerit.

Mortale

Mortale. Quoties, *damna debet compensare.*

Vtrum promisit alicui se opus exhibiturum pro certo tempore, v. g. vestem, vasa stannea, neque exhibuit cùm potuisset, inde, alter vel damnum, vel gravem perturbationem incurrit: imò etsi vere non potuit, si tamen hoc prævidendo promisit. *Est mortale, & damna tenetur compensare.*

Vtrum Materiam bonam suis operibus dederit, v. g. Aurifaber non aurum chymicum, *alias mortale* Quoties, *tenetur restit.*

Vtrum exerceat artem quæ immediatè ad peccatum concurrit, vel ferè nunquam sinè peccato exercetur. *Mortale, nec absolui potest nisi eam dimittat.*

Vtrum vendiderit arma, gladios, sclopos latronibus, pyratis, aut ijs quos scivit certò abusuros. *Mortale. Similiter pro bello iniusto illicitum arma facere, si ijs qui contra Catholicos pugnaturi. fecit contra Bullam Cænæ.*

Vtrum sociis sui laboris differat solutionem quam potest statim exolvere. *Mortale.* Quoties.

Vtrum ex materia operis aliquid sibi retinuerit, v. g. Sartor ex panno. *Si notabile mortale, & tenetur restituere, vel pro pretio laboris computare, sed si excedat pretium, tenetur reliquum restituere.*

Vtrum novas vestium formas, aut alias vanitates excogitaverit cum magnis expensis *Mortale* Quoties.

CAPUT XI.

Examen Militum.

VTrum dederit nomen iniustæ militiæ? *Mortale, & quidquid hostibus eripuit tenetur restituere. Item si non à suo Principe vocetur ad bellum, non potest militare nisi certò constiterit illi quòd sit iustum bellum, quando à Principe proprio vocatur, potest militare etiam in dubiè iusto.*

Vtrum animo ditescendi nomen dederit, non curando sive ab hostibus, siue à domesticis acquireret? *Quamdiu est sic constitutus, absolvi non potest, quia est in statu peccati mortalis.*

Vtrum aliquem concusserit? *Mortale, videat etiam secundum, quintum, sextum, præceptum attentè.*

Vtrum hostium agros absque licentia sui Ducis vastaverit? *Mortale.* Quoties.

Vtrum duellum exercuerit? *Mortale.* Quoties? *excomm. reseru. Papæ.*

Vtrùm ante conflictum conscius sibi peccati gravis confiteri neglexerit? *Mort.*

Vtrùm se aliquibus Characteribus, aut super-

superstitionibus, contra vulnera munierit? *Mortale, nec potest absolvi nisi illas reiecerit.*

Vtrum Ductor non eum numerum militum habuerit pro quo stipendia accipiebat? *Mortale.* Quoties. *tenetur compensare.* Simile, si non ita armavit.

Vtrum se à conflictu substraxerit, ad castra non iverit *Mortale.* Quoties, *tenetur restituere quod accepit.*

Vtrum militaverit apud Paganos, Hæreticos. *Mortale excomm.* Si contra Christianos, Catholicos.

Vtrum sine licentia scripserit militem, vel turbis vagis se adjunxerit. *Mortale, & tenetur etiam à socijs illata damna compensare, si illi noluerint, vel non potuerint.*

Vtrum in transitu damna intulerit, per se vel famulos suos, violaverit aliquam *Mortale, tenetur compensare.*

Vtrum ea ad quæ jus non habuit contra leges militiæ acceperit. *Mortale, tenetur restituere.*

Vtrum tempore præsertim periculoso ex vigilia recesserit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum victualia per vim, vel currus acceperit, & animalia fame maceraverit. *Mortale.* Quoties? *tenetur compensare & damna inde secuta, vt si animalia accepit tempore arationis, seminationis.*

Vtrum ſtationes illicitas exegerit. *Mortale.* Quoties *reſtituat.*

Vtrum Nobilium aut Eccleſiaſtica bona injuſtè aggravârit. *Mortale.* Quot. *compenſet.*

Vtrum Officialibus præſertim in caſtris non obediverit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum ad ſeditionem alios concitârit. *Mortale,* Quoties. *Simile de confœderationibus iniquis, ſi illas juvit, illis ſubſcripſit, non impedivit cùm potuit ad illas vi adegit, vel non dimiſerit nolentes eſſe in ijs, tenetur damnà compenſare.* Vtrum eo tempore aliquem vexaverit, ſe vindicaverit.

Vtrum famulos permiſerit inferre dāna, vulnera, cruciatus, &c. neq; illos pro his puniverit. *Mortale,* Quoties, *tenetur omnia compenſare quando illi nolunt.* Si punivit, nec juſſit, illi tenentur.

Vtrum invaſori injuſto aſtitit per ſe, vel ſuos. *Mortale.* Quoties. *damna tenetur omnia compenſare ſi illi nolint.*

Vtrum permiſerit ut famuli facerent ſcelera, ſtupra, vel ipſe fecerit. *Mortale;* Quoties. *reſtituere debet etiam pro famulis ſi ipſi nolunt.*

Vtrum recipiendo ſtipendium pro ſocijs illos defraudaverit, vel in alio valore monetam ex theſauro acceperit, in alio ipſis

reddide-

reddiderit. *Mortale.* Quoties. *tenetur restituere si damna ex hoc secuta.*

CAPVT XII.

Examen Agricolarum, & Villici.

VTrum ea sciat quæ Christianus scire necessariò debet, & curaverit ut eorũ Proles sciret. *Mortale.* Quoties *discat, doceat, instrui debet etiam de Affinitate spirituali, de temporibus iejunij, præceptis Ecclesiæ, & Parochus sub mortali debet illos Cathechismum docere, quod si non fecerit poterit ab Episcopo excommunicari.*

Vtrum mutaverit terminos possessionum *Mortale. reponat.*

Vtrum decimas non solverit, *Mortale.* Quoties, *restituat. Sed Parochus debet tempestivè manipulares recipere, ne eius culpâ segroes damnum patiantur, alioqui peccabit & ipse mortaliter. & damna debebit compensare.*

Vtrum alicui damnum notabile per sua pecora, vel seipsum. vel familiam intulerit. *Mortale* Quoties *compenset,*

Vtrum elaborando agrum Domini id cum notabili fecerit negligentia. *Mortale.* Quoties, *& tenetur damna compensare. Potest autem fieri damnum, vel quia non suo tempore fimum inuexit, seminavit: vel quia non attendit*

ne animalia depascerentur: vel non suo tempore collegit: vel animalia Domini fatigavit, afflixit, nimis, vel in tributo fefellit; vel in frumento excutiendo &c.

Verum habeat vanas observationes, superstitiones, *quæ diversæ sunt apud diversos, & aliquando mortales.*

Reliquum Examen formandum ex Examine pro Decalogo.

SECTIO II.

De Examine Ecclesiasticorum.

PRæmittendum est aliquid *de Irregularitate*, quæ est inhabilitas ad ordines recipiendos, vel exercendos. Oritur vel ex defectu, vel ex delicto.

Ex defectu. 1. Natalium, cum extra Matrimonium, est quis natus, ut Nothi spurij. 2. Originis cum est mancipium. 3. Liberationis à curia. 4. Aetatis necessariæ ad ordines. 5. Ex defectu corporis, ut monstrosi, amentes. 6. Ex defectu bonæ famæ. 7. Sacramenti, si non sit baptizatus. vel bigamus, qui ex defectu continentia 8 Ex defectu lenitatis, vt Iudices qui ferunt sententiam mortis vel mutilationis, & his cooperantur effectu secuto. tales si ordinem acceperint, peccant mortaliter, & rursus mortaliter si illum exerceant.

Ex delicto. 1. Si sint homicidæ, vel aliquem mutilaverint. 2. Si bis baptisavit eundem vel bis baptisatus adultus. 3. Si existens in censura ordines susceperit, aut exercuerit. vel illos exercuerit quos non habet, aut si eadem die duos sacros ordines receperit, vel minores cum subdiaconatu, vel si Missam in loco interdicto dixerit. 4. Si delictum enorme notorium comisit.

Decem Præceqta Clericorum.

1. Horas Canonicas, sive Breviarium recitare.

2. Habitum & tonsuram deferre si sint in sacris, vel beneficiati,

3. Qui sunt in sacris debent castitatem servare.

4. Debent abstinere à mercatura, artibus sordidis, ab officijs secularibus, à sententia sanguinis.

5. Privilegijs suis non possunt renunciare, itaque non possunt iurare in manibus Laici, nec Iudici laico se subijcere.

6. Aleam, mimos, histriones, tabernas, choreas, vitent.

7. Arma non deferant, neque annulos nisi dignitas exigat, comam non nutriant, neque mystaces.

8. Prohibentur illis clamosæ venationes & aucupia. item non debent cohabitare mulieribus nisi Matri & Sorori idque non suspectis. cum suspectis autem mulieribus nec colloqui debent.

9. Debent mensam benedicere. & si sint Sacerdotes dum more laicorum communicant sani vel ægri debent stolam assumere. Rubricas Missæ & horarum scire.

10. Non possunt alienare titulũ ad quem sunt ordinati, neque pugnare etiam in bello iusto, neque audire ius Civile, aut Medicinam nec Philosophiæ publice aut Pöësi studere vltra quinquenium, neque possunt esse fideiussores pro laico, neque possunt vendere beneficia aut plura habere curata. Denique debent scire quæ scitu necessaria Curatis aut Parochis.

Potest etiam suggerere Sacerdoti materiam Confessionis exhortatio quà solet Episcopus hortari Clerum in fine Synodi. & habetur in Pontificali Romano his verbis. *Fratres dilectissimi, & Sacerdotes Domini: cooperatores Ordinis nostri estis. Nos quamvis indigni locum eo tenemus, vos autem locum Eleazari & Ithamari Nos vice duodecem Apostolorum fungimur, vos ad formam septnaginta duorum discipulorum estis. Nos Pastores vestri sumus, vos autem Pastores animarum vobis commissarum. Nos de vobis rationem reddituri sumus*

mus Summo Pastori nostro D. Iesv Christo, vos de ovibus vobis commendatis. Et ideò Fratres dilectissimi videte periculum vestrum. Admonemus atq; obsecramus Fraternitatem vestram, vt quæ vobis suggerimus memoriæ commendetis, & opere exercere studeatis. Inprimis admonemus, vt vita & conversatio vestra sit irreprehensibilis. In domibus vestris mulieres non cohabitent. Omni nocte ad nocturnas horas surgite. Officium vestrum horis certis decantate. Nullus nisi ieiunus Missam celebret, & non in vestibus communibus sed sacris & nitidis, amictu alba, cingulo, manipulo, stolâ, & casula, quæ ad alios vsus non serviant. Missas religiosè celebrate: Corpus & Sanguinem D. Nostri IESV Christi cum omni reverentia & tremore sumite. Corporalia mundissima sint. Vasa sacra proprijs manibus abluite & detergite diligenter. Nulla fæmina ad Altare Domini accedat, nec Calicem Domini tangat. Altare sit coopertum mundis linteis saltem tribus diversis. & desuper nihil ponatur nisi Reliquiæ, ac res sacræ, & pro Sacrificio opportunæ. Missale, Breviarium & Martyrologium, vnusquisq; habeat. Ecclesiæ vestræ benè sint coopertæ, & mundæ. In Sacristijs sive Secretarijs, aut iuxta altare maius, sit locus præparatus ad infundendam aquam ablutionis corporalium, & vasorum sacrorum, ac manuum, postquam sanctum Chrisma, aut oleum catechumenorum, vel infirmorum tractaveritis. Ibiq; pendeat vas cum aqua munda, pro lavandis manibus Sacerdotum, & aliorum qui rem sanctam & Officium Divinum sunt peracturi, & propè linteum mundum ad illas abstergendum. Atria Ecclesiæ sint benè

munita. Nullus sine scitu & consensu nostro, per potestatem sæcularem obtineat Ecclesiam. Nullus Ecclesiam ad quam intitulatus est, dimittat, & ad alium quæstûs gratiâ se transferat. Nullus plures Ecclesias sine titulo, & contra sacrorum Canonum dispositiones nancisci præsumat. Nullatenus etiam una Ecclesia inter plures dividatur. Nullus extra Ecclesiam in locis non consecratis celebret. Nullus alterius Parochianum nisi itinerantem, & tunc de Rectoris sui licentia ad Communionem recipiat. Nullus in alterius Parochia absq; proprij Sacerdotis licentia Missam celebret. In celebratione quisq; Calicem, & Oblata, non circulo, aut digitorum vacillatione, ut quiquidam faciunt[, sed iunctis & extensis digitis cruce signet, sicq; benedicat. Calices cum patenis sint aurei, vel argentei, non ærei, aut aurichalcei, vitrei, vel lignei. Quisq; Præsbyter Clericum habeat, vel Scholarem, qui cum eo Psalmos cantet, Epistolam, & Lectionem legat, & in Missa respondeat. Ipse quoq; Præsbyter infirmos visitet, & reconciliet, & iuxta Apostolum propria manu communicet, Oleo sancto iniungat. Nullus præsumant tradere communionem laico aut fæminæ ad deferendum infirmo. Nullus pro baptisandis infantibus, siue adultis, aut infirmis reconciliandis, aut mortuis sepeliendis, præmium vel munus exigat. Per negligentiam vestram nullus infans sine Baptismo, & adultus sine Communione pereat. Nullus vestrûm sit ebriosus, aut litigiosus. Nullus arma ferat. Nullus canum aut auium iocis inserviat. Nullus in tabernis bibat. Quisq; vestrûm quantum sapit, de Evangelio Dominico & cæteris festi diebus suæ plebi annuntiet. Verbum Domini

prædi-

prædicate. Curam pauperum peregrinorum viduarum & orphanorum habete: ipsosq; peregrinos ad prandium vestrum vocate. Estote hospitales, aliis exinde bonum exemplum præbentes. Singulis diebus Dominicis ante Missam, aquam qua populus aspergatur, benedicite, ad quod proprium vas habete. Sacra vasa & vestimenta Sacerdotalia, nolite negotiatori, aut tabernario in pignus dare. Minus digne pœnitentem, cuiuscunq; rei gratia ad reconciliationem non adducite. neq; ei reconciliationis tectimonium perhibete. Vsuras non exigite. Nec facultates vestras post ordinationem vestram acquisitas alienate, quoniam Ecclesiæ sunt. Nullus etiam res, possessiones, aut mancipium Ecclesiæ vendere, commutare, aut quocunq; ingenio præsumat alienare. Nullus decimam ad alium pertinentem recipiat. Nullus pœnitentem, carnem manducare, aut vinum bibere invitet, nisi pro eo tunc eleemosynam fecerit. Quisq; fontes baptismales lapideos habeat, benè mundos; quodsi hos habere non possit, vas aliud ad hoc opus solum deputatum teneat. Omnibus Parochianis vestris Symbolum Apostolorum, & Orationem Dominicam insinuate. Ieiunia Quadragesimæ, Quatuor temporum, & alia Ecclesiæ mandata significate observanda. Ante Quadragesimam quartâ feriâ populum ad peccatorum Confessionem invitate, & confessis iuxta qualitatem criminum pœnitentiam iniungite. Tribus temporibus in anno, id est, Nativitate Domini, Pascha, & Pentecoste, omnes Fideles accedere ad communionem Corporis D. Nostri IESV Christi admonete, & ne desit ullus quin saltem in Pascha communicet. Certis temporibus coniugatos abstinere ab uxoribus exhorte-

mini. Nullus vestrûm rubeis aut viridibus, vel laicalibus vestibus vtatur. Diem Dominicam & cæteras festivitates, absq; opere servili, à vespera in vesperam celebrari docete. Cantus & choreas mulierum in atrio Ecclesiæ prohibete. Incantationes super mortuos nocturnis horis à vulgo fieri consuetas sub contestatione Dei omnipotentis vetate. Cum excommunicatis nolite communicare: nec quis vestrûm in eorum præsentia celebrare præsumat, quod etiam plebi nuntiate. Et nullus ex plebe vxorem domum ducat, nisi priùs nuptiæ temporibus ab Ecclesiâ permissis publicè fuerint celebratæ. Quod nullus ad raptam vel consanguineam accedat, aut alterius sponsam ducat omnimodis prohibete. Porcarios & alios pastores saltem Dominicâ die faciatis venire ad Missam. Patrinos, vt filios Symbolum & Orationem Dominicam doceant, aut doceri faciant exhortamini. Sacramentum Eucharistiæ, Sanctum Chrisma, & Oleum Catechumenorum ac Sanctum seu Infirmorum, in Ecclesia loco mundo condecenti, ac securo, sub sera & fida custodia, diligenter servate. Quisq; vestrûm expositionem Symboli, & orationis Dominicæ iuxta Orthodoxorum Patrum traditiones penes se habeat, easq; atq; Orationes Missarum, & Epistolas, Evangelia, & Canonem benè intelligat, ex quibus prædicando, populum sibi commissum sedulò instruat, & maximè non benè credentem: Introitum Missæ, orationes, Epistolam, Graduale, Evangelium, Symbolum, & cætera non secreta, altâ & intelligibili voce proferat. Secreta verò & Canonem, morose & distinctè submissâ voce legat. Psalmorum verba, & distinctiones regulariter cum canticis consuetis intelligibiliter pronun-

tiet. Symbolum Sancti Athanasij de Trinitate & fide Catholica memoriter teneat. Exorcismos & Orationes ad Catechumenos faciendos, ac reliquas preces super masculum, & fæminam, pluraliter vel singulariter, respectivè distinctè proferat. Ordinem baptisandi, & ad succurendum infirmis, reconciliationis, & commendationis animæ, & in agendis exequijs defunctorum, iuxta modum canticum observat. Exorcismos & benedictiones salis & aquæ pertinenter legat. Canonicum divinum & nocturnum sciat computum etiam minorem ad inveniendum literam Dominicalem, tempus intervalli diei Paschæ, & maiorum mobilium festorum non ignoret. Volumus autem Fratres dilectissimi, quatenus quæ in nostra percepistis traditione, bonis studeatis operibus adimplere, præstante D. N. I. C. &c.

De Græco-Ruthenis Præsbyteris ex summa Bullarum à Quaranta iussu Clementis VIII. Romæ edita A. 1597.

AN Chrismate vnxerit frontem baptisati veluti Sacramentum Confirmationis conferret? id enim illicitum, & talis ab Episcopo Latino Confirmari potest, saltem sub conditione.

An aliâ formulâ in absolutione Latini in necessitate sit vsus, quàm quæ præscripta est à Conc. Florentino? nam extra necessitatem absolvere non potest.

An Chrisma confecerit? Hoc enim est Episcopi, alia potest olea conficere.

An ſit ordinatus à Schiſmatico, valet ordo ſed illius executio ſuſpenditur.

An vxore orbatus diverſum ab alijs Præsbyteris detulerit habitum.

An Matrimonium aliquod ſolverit, eſt enim indiſſolubile ſicut & apud Latinos.

An ſuaſerit, coëgerit, vt Maritus Latinus ritum vxoris Græcæ ſequeretur, vel vxor Latina Græci mariti ritum; id prohibitum ſed poteſt Græca ſequi ritum Latini: & proles ritum Patris ſequatur, niſi vxor Latina prævaluerit.

An ab vxore ſaltem per triduum ante Liturgiam abſtinuerit.

An cùm ſit Monachus Græcus curam animarum geſſerit abſq; iuſta cauſa.

An Sabbato in Quadrageſima ieiunaverit? Tempore Iubilæi ieiunium die Sabbati præſcriptum poteſt in aliam diem pro Græcis ab Epiſcopo transferri.

An Euchariſtiam pro Infirmis toto anno eandem ſervaverit, debet enim mutari ſingulis ſaltem quindecem diebus. Quando verò Græcus inter Latinos exiſtit, feſta cum Latinis de præcepto celebret.

Ex Reſolutionibus Theolog. Romanorum Anno 1607. & pleraq; horum ſunt in praxi Piaſecij. Poſt vnionem factam non

poſſunt

possunt ex ritu Græco recipi ad Latinum, si ante non fuerunt in ritu Latino, nam præcepit Clem. VIII. vt quisq; maneat in ritu suæ Ecclesiæ, vnde non licet ad ritus mutationem inducere. Sed neq; Schismatici neq; hæretici si fuerunt in ritu Græco, possunt ad Latinum transire, nam Hæretici Latini ad Latinos Fideles, Græci ad Græcos spectant. Quod verò Clem. VIII. concedit Græcæ vxori sequi ritum Latini mariti, hoc solum valet pro Calabria, & illis qui non comprehenduntur in literis Vnionis factæ sub Clem. VIII. at verò comprehenduntur Rutheni.

Græci qui ante Vnionem transierunt ad ritum Latinum, maneant in illo, quia transitus ante Vnionem non fuit prohibitus.

Extra casum necessitatis non potest Latinus baptisare Græcos, quia diversus est ritus huius Sacramenti, nec dari potest sine consensu proprij Pastoris in Polonia: sed neq; Episcopus Græcus potest concedere vt pro suis ministretur ritu Latino. Communiter tamen est necessitas propter Poporum difficultatem.

Latini qui habent vniversalem Iurisdictionem, vt possint quorumvis audire confessiones, possunt & Græcorum. Latinus

poteſt Græce miniſtrare Euchariſtiam in extrema neceſſitate, aliàs petenda eſſet facultas à Papa. idem eſt de Communione Paſchali. Quia hoc Sacramentum habet ritus diverſos. Matrimonio etiam Græcorum poteſt Latinus aſſiſtere cum facultate Papæ. Poteſt Latinus in Græca Vnitorum, & Græcus vnitus in Latina Eccleſia celebrare Miſſam. Et Latinus ſatisfacit, ſi Miſſam Græci die feſto audiat, quia non eſt præceptum ſub quo ritu ſit Miſſa audienda, dum verè ſit Miſſa. Si non ſit Miſſa niſi Græca, tenetur in vnita Eccleſia Latinus eam die feſto audire. Præsbyteri Græci ſi ſervent ſervanda gaudent privilegio Canonis. addit Synod. Provinc. 1653. Percuſſor Clerici Græci quod non poſſit à Latino Sacerdote abſolvi. Potatilibus à Latino Epiſcopo conſecratis vti poſſunt Græci. Thronos adhibere poſſunt loco corporalium. Ordinatus Præsbyter à Schiſmatico abiuret ſchiſma, & petat diſpenſationem in irregularitate à Papa, quam ex tali ordinatione contraxit. Iſta ex Pio IV. Piaſec. in praxi vbi plura huc ſpectantia invenies.

Græci degentes in locis Latinis, & eorum Eccleſiæ & eorum pia loca ſubiecta ſunt Epiſcopo Latino quoad viſitationem, & omni-

omnimodam iurisdictionem servatis eorum approbatis ritibus Pius IV. An. 1564 Si Græci Latino more Missas & Divina Officia celebrant, vel Latini è contrà, suspensionem perpetuam à Divinis incurrunt Pius V. An. 1566. Fidei professionem faciant iuxta formam Greg. XIII. Vxores Latinæ Græcorum non permittantur vivere more Græcorum. Congr. Episc. 1590.

Examen Antistitum videatur Synodus Prov. Gnesnen. Anno 1589. *Præsidente Ioanne Karnkowski Archiep. Gnesnensi Petricoviæ.*

Et Examen S. Aeschili Ep. ex libro Gothico

AN Synodos Provinciales quolibet triennio convocaverit, iuxta Trid. sess. 24. c. 2.

An exegerit pœnas ab Episcopis qui Synodos Diœcesanas non indixerunt, tum ab Abbatibus & reliquis, qui Synodo Provinciali ex negligentia non adfuerunt, alias ipse subiacet simili pœnæ in pias causas erogandæ.

An monuerit Lociordinarios officii sui & ad servandas constitutiones Provinciales hortatus, Pœnas negligentibus à Synodo

impositas exegerit, contemnentes pænas juris & censuras ad Papam detulerit, Quæ si non fecerit à seniore Episcopo ad Papam deferendum.

An punierit Capitula, si suos Episcopos monere neglexerunt, ita ut pænæ pars in fabricam Ecclesiæ, pars in Vniversitatem cederet. vt vult Syn. Karn.

An exegerit in Synodo Provinciali à Capitulis diligentiæ in admonendis Episcopis testimonium, negligentes autem tam Episcopos quam Canonicos, mulctâ centum marcarum, ibidem persolvenda, & in pios usus convertenda puniverit.

An Ordinarios qui non habent probatos Concionatores in Ecclesijs Cathedralibus, vel Collegiatis, Parochos, item idoneos iuxta Trid. sess. 24 c. 18. de reform. mulctaverit pænâ centum marcarum in pios vsus convertenda.

An Oeconomum, seu visitatorem possessionum Ecclesiæ Gnesnen, delegerit, eundemque faverit. vt vult S. K.

An Inspectores, ædificiorum, castrorum ac prædiorum Episcopalium in Synodo constituerit, qui, num omnia sarta tecta sint, inspiciant; num à Præfectis exactionibus, oneribus, ac laboribus præter mo-

rem

rem subditi premantur, & hi, quolibet triennio debent suum munus obire, & an Episcopi in hoc genere negligentes in Synodo sint accusati, & correcti.

An Episcopos adegerit, ut in aulis suis viros doctos foveant à quibus ignari in fide instruantur, hæsitantesq; confirmentur, & hoc sub pæna quingentorum Vngaricalium per Synodum exigenda, & in pios usus convertenda.

An attenderit, ut is qui hæreticis, vel de hæresi suspectis possessiones Ecclesiasticas in Emphiteusim, seu pro arbitratu ad tempus, aut quacunque aliâ ratione comiserit puniretur mulctâ quingentorum Ducatorum auri per Synodum exigenda, & in pios usus convertendâ.

An puniverit Religiosos & Abbates vestes sericeas, aut pictas habentes, pæna centum marcarum in Synodo Provinciali infligenda.

An circa Ecclesias suas resideant, & mores Cleri ac populi corrigant. An eosdem tueantur, An habeant in curijs suis viros doctos & pios, præsertim in Officiis Cancellariæ, ex Prælatis vel Canonicis Ecclesiarum suarum, qui exirpationibus Hæresum, & executioni decretorū invigilent.

An eos puniat pænâ centum marcarum qui ampla possident Beneficia & sine habitu & tonsura degunt, nec mores iuxta S. Canones componunt, hanc pænam Cathedralium Prælati aut Canonici in Synodo solvant, & in pios usus convertatur possunt aliæ pænæ addi iuxta Trid. sess. 14. Cap. 6. de reform.

An habeant Officialem circa Cathedram qui vices eorum gerat in causis audiendis, & censuris ferendis & habeat sigillum Hunc accedant pauperes oppressi, decimis spoliati, & alii qui habent causas ad forum Ecclesiasticum spectantes.

An habeant carcerem circa Cathedram in quo falsarii, incorrigibiles, & Apostatæ, & qui hoc meriti recludantur.

An immunitates & iura Ecclesiæ, & Monasteriorum propugnent, & illis contraria statui non patiantur.

An visitaverint Ecclesias Cathedralem & Collegiatas per se, alias per Archidiaconum iuxta præscriptum sess. 6. c. 4. de reform.

An prædicaverit, vel Concionatores habuerit, Theologos, & Causidicos sagaces in utroq; iure per quos suo Clero, & Ecclesiæ oppressæ succurrere possit.

An

An per Procuratores suos pauperibus Parochiis, proventus, decimas, census, occupatos evincant, & in Vsurpatores agant iuxta præscriptum Trid. sess. 22. c. 11. de Reform. & Bullæ Cœnæ.

An cum Capitulo de rebus Ecclesiæ benignè agant. seque moneri patiantur.

An iurisdictionem Capitularem impediant, aut Capitulares nō ut Fratres tractent, eos non tueantur.

An in collatione Beneficiorum delectum habeant iuxta Trid. sess. 24. c. 18. de reformatione ut non dent pueris, minùs idoneis, non examinatis. Nec tales debent admittere Capitula, sed eos qui in aliqua vniversitate vel collegio Catholico studuerint & testimonium morum ac studiorum ostenderint.

An plura Beneficia curata, vel incompatibilia uni contulerint.

An Hæreticos: seu de Hæresi suspectos, vel excommunicatos, vel vitæ impuræ, in sua aula, aut aliter improbos, retinuerint etiamsi essent Cōsanguinei.

An ita suam Curiam instituerint, ut schola Virtutum dici potuit.

An subditos vexaverint quando ad Capitulum recurrerunt.

An

An arendas præter statutum Canonum ac Trid sess. 25. c. 11. instituerint.
An Bona quocunq; titulo comiserint Hæreticis, aut de Hæresi suspectis.
An hospitalitatem exercuerint, maximè erga Fratres Prælatos, & Canonicos.
An Collegiatas desertas restaurent.
An partem proventuum quæ supererat post post moderatum victum, in pauperum & Ecclesiarum necessitates expenderint.
An onera sui Officii in Ecclesiis explea-verint?
An Clerum honorificè tractaverint? in spiritu leniatis correxerint, gravia crimi-na dissimulaverint? quemq; suum exequi officium coégerint, ad residentiam cura-torum attenderint iuxta Trid. sess. 6. cap. 2. & sess. 23 cap 1 de reform.
An propter culpas leves aliquem excom-communicaverint vel ob occulta, & sine iuris subsidio.
An Archidiaconos viros doctos habeant iuxta Trid. sess. 24 c. 12 de reform.
An pro alio Episcopo defuncto Missam semel celebraverint? Hoc ipsum & Præ-lati & Canonici facere debent.
An Seminarium habeant in sua Diæcesi ut præscribit Trid. sess. 23. cap. ult.

An quisque Archidiaconus pro parte sua, assumpto Notario ex consensu Episcopi, visitet: ut iubet Trident. sess. 24. c. 3. de reform.

An iniquisiverint, celebranturnè Capitula annuatim, serventur Constitutiones, & pæna decem marcarum negligentibus imposita? Quomodo agant Parochi in cura animarum?

An semper curaverint examinari eum, cui Parochiam contulerunt? Trid. sess. 24 c. 18. de reform. An quis Parochiam obtinet sine præsentatione & inuestitura, tunc enim absolutio in confessionibus invalida, Trid. sess. 14 c. 7.

An providerint ne scholæ in villis & oppidis, defectu salarij extinguerentur?

An providerint ut Monachi habeant viros doctos in Monasterijs ad instruendos Monachos, & alios Religionem ingressuros, & ut scholas instituant, Nobiliumque filios educent.

An visitationes Monasteriorum diligenter atque ordine instituerint?

An curaverint ne Abbates bonis Monasteriorum ut propriis utantur, alienent, donent, &c. Trid. sess. 25. cap. 2. de Regular. An attenderit ut Regularem observan-

tiam

tiam servent, debitum Monachorum numerum, eosque in literis, & piis negotiis occupent. An attenderit ne Abbatiæ transeant in commendas.

An adegerit Abbates ad professionem faciendam, & habitum deferendum, & ne Monachos non approbatos audire confessiones non permittant.

An visitando ordines Monachorum curaverit proprietates exterminare?

An attenderit ne Monasteriorum fundationes extinguantur, & officia Divina pro Fundatoribus.

An processerit iuxta Trid. sess. 22. c. 11. de reform. contra eos qui agros Ecclesiæ occupant, vel decimas quascunque sibi usurpant & alios Proventus, vel impediunt, qui Parochias & templa deserta faciunt?

An iurisdictionem Ecclesiasticam quam maximè promoveant?

An iura Capitulorum legitimè constituta, item privilegia promouerint.

An contra militum & stationum iniurias in Comitiis Regni egerint? an constitutionibus sine consensu ordinis Ecclesiastici, & ne novis exactionibus oneretur Clerus, occurrerint Cap. Quominùs. De immunitate Eccles. An

An egerint adversus sæculares, ex Canonum præscripto Trid. sess 21. c 11. de reform. qui sacerdotes invadunt, percutiunt, vita privant, bona illorum occupant. Parochos non præsentant, thesauros Ecclesiæ diripiunt, & in Clericos sæviunt.

An hebdomadaria fora diebus Dominicis, & festis præcipuis, excepto tempore messis, maximè in bonis Ecclesiasticis prohibuerit.

An providerit ut Suffraganeus quot annis certas Diæcesis partes obiret, & confirmationem conferret, vestes Sacras benediceret, Ecclesias profanatas reconciliaret, altaria consecraret?

An providerit ne Sacerdotum intestatorum bona diriperentur, & an ea ipse iuxta Canones distribuerit.

An Præposituram Hospitalis non residenti contulerint.

An Bibliothecam circa Cathedram instauraverit pro Sacerdotibus & Scholasticis.

An statuta de Cancellariis observari curaverint?

An Synagogas Iudæorum novas præsertim ex lateribus structas everterint, & in posterum ædificari, augeriq; domorum

Iudaicarum numerum permiserint?

An executi sint pænas statutas contra Christianos Iudæis vel Tartaris servientes.

An contra Concubinarios processerint iuxta Trid. sess. 25. c. 14 de reform.

An impediverit Inspectores possessionum mensæ Episcopalis, quoad Arces, Curias, oppressiones subditorum, depopulationes villarum, bonorum &c.

Videat etiam Episcopus an habeat Vicarium in Sacris vt vult Const. Synod. Prov. Polon.

An bona locaverit anticipata solutione? An impediverit recursum subditorum ad Capitulum? An diebus festis Missam solennem celebraverit, prædicaverit, benedictionem populo dederit. An diebus profestis Missam celebraverit, vel saltem audiverit? An per seipsum quotannis, vel saltem semel in biennio visitet, & in visitatione prædicet? An residet? An ædificia reparat? An suo sumptu iuvet oppressos Sacerdotes. An Hæreticos domi habeat? An Theologum retineat? An subditos gravet? An det, si quas debet decimas? An in Comitijs permiserit statui aliquid contrarium Ecclesiasticæ immunitati? An habeat Seminarium? An desolatis Ecclesijs provideat.

deat. An bona det in Arendam. An proventus Ecclesiæ amissos recuperet? An Ecclesiarum prophanatarũ iura servat in Cathedrali. An curet ne Sacerdotum spolia diripiantur. An non residentes compellat ad residendum. An si ex Religione assumptus defert eius habitum. An cogat ad æquales haustus ibid. p. 352. An rochetam in mensa publica deferat. An sine consensu Capituli bona alienat. An pro alio defuncto tres Missas dixerit. An Oeconomum ex Capitulo habeat. An inter Ordinationem curaverit pronuntiari excommunicationem contra furtivè accedentes. An ab ijs quos instituebat ad Beneneficia exegerit professionem fidei, de obedientia & reverentia iuramentum. ibid.

An caverit ne Examinatones, etiam minora, nisi à iure permissa acciperent?

An curaverit vt Parochi saltem bis in anno scholas suas visitarent. alienis Sacramenta non administrarent? An Canonicos vocaverit ad consilium quando vocari oportebat. An passus fuerit se à Capitulo moneri. An dissimulaverit si quis plura curata habuerat. An promoverit aliquem non servato modo, & gradibus à iure præscriptis. An voluerit sua bona quovis tri-

ennio visitari à Capitulo. An toleraverit ut bona Ecclesiæ Administrarent Hæretici. An Abbatem non professum permiserit eligi aut benedixerit. An Synodum quovis anno celebravit ibid. An obtentâ Episcopatus pacificâ possessione Beneficia quæ habuit dimiserit An olimina Apostolorum præscripto tempore visitaverit. An Ordines conferre suis temporibus neglexerit, & intimationem de ijs vno ante mense præmiserit designando locum certum? An ordinaverit non proprios subditos, vel illos qui iam ab alio Episcopo aliquot Ordines acceperunt. An non servatis interstitijs, vel familiarem ante triennium, vel post triennium & Beneficium illi dare distulerit: An casus circa Ordines scire curaverit, & quando cum aliquo dispensandum. qui admittendi, qui reijciendi? An pro Sacris ordinaverit sine provisione sufficienti: An Religiosum non professum. An titulo instabili, vt titulo Vicariatûs manualis.

An in aliena Diæcesi ordinaverit, an sine examine. An duos sacros eodem die. An ab ordinato etiam sponte offerente, etiam rem parvam, acceperit?

An cum Simoniaco dispensaverit quando non potuit?

An

An Abbatiſſam benedixerit iuniorem in ætate annis 30. in profeſſione annis quinq;.

An electam ſolùm ad tempus, benedixerit? An ſibi caſus reſervaverit quos non debuit? ibid. pag. 177. An ad Synodum admiſerit quos non debuit, vel non coëgerit quos debuit, & in Synodo iuxta præſcriptum egerit.

An in iudicijs formam debitam ſervaverit? An ad vitam, habitum, diligentiam in officijs Clericorum adverterit.

An providerit in Cancellaria ne ſalariati præmia inſtrumentorum peterent.

An bona locaverit Iudæis in quibus eſt iurisdictio temporalis.

An adverterit ne domus Canonicorum locarentur, aut à mulieribus inhabitarentur.

An attendi curaverit fabricæ, & vt eſſet archivum? ne in Concionibus dicerentur quæ non debent. An ipſe in aliena Diœceſi prædicaverit.

An quæ de altari portatili, de Oratorijs privatis præſcribuntur ſervari curaverit.

An bona ab inteſtatis relicta iuxta diſpoſitionem iuris reliquerit.

An curaverit ne Iudæi Medici Chriſtianos infirmos accederent.

An Græcos in ſua Diœceſi Præsbyteros

vnitos ad fidei profeſſionem duxerit.

An Iudicia neglexerit? An Iudæos puniverit, hæreticos contra legem veterem vel noſtram blaſpemantes, Chriſtianos aut Catechumenos pervertentes, Apoſtatas vel hæreticos adiuvantes. Libros Thalmudicos, aut blaſphemijs refertos retinentes, nutrices Chriſtianas habentes, ad Conciones etiam illos cogere poteſt.

An cenſuras abſq; cauſa iuſta tulerit?

An in alicuius iuspatronatū involaverit?

An contulerit Beneficium quod conferre non potuit.

An vniverit, vel dimiſerit Beneficia quæ non potuit

An bona Eccleſiæ in ſuos vſus convertit?

An ſuos conſanguineos ditare ſtuduerit.

An Sacramentum Confirmationis adminiſtret. An habeat domi Advocatum qui cauſas pauperum Sacerdotum tueatur, & alium in Tribunali Regni? An in ſua menſa curet legi? An curam habeat Hoſpitalium? An procuret ne mercatus ſint diebus Dominicis. An curet examinari promovendos ad Beneficia. An apoſtatas requiſiverit. An provideat ne eius Cancellaria vltra taxam exigat. An Parochos præterquam diſponunt iura, alijs negotijs occupaverit. An

acta visitationum relegerit, errores correxerit. An se accedentibus pauperibus, & subditis facilem exhibuerit. An Cathedrali Ecclesiæ præstiterit ad quod est obligatus. An permiserit processiones fieri cum SS Sacramento per plateas extra Festum Corporis Christi. item tympana, explosiones, præter noctem Paschatis. An festa in Messe transtulerit. An attenderit ne in sua Diæcesi exorcisarent non examinati adhoc, & non approbati? An curaverit vt suis temporibus in Ecclesijs legeretur Bulla Cænæ, & capita certa Tridentini. An ne imagines indecore depictæ ponerentur. Ita ex Const. Synod. Prov. Pol. sunt præter hoc plurima alia tam in Canon: quàm in dictis Constit. colligimus magis obvia.

Iam quod attines inferiores Ecclesiasticos.

Examen Canonicorum Cathedralium Ex Synodo Prov. Gnes. Anno 1589.

AN disciplinæ Ecclesiasticæ retinendæ studuerit? hoc enim eius officium, ex Trid. sess. 24. c. 12.

An iuverit Episcopum consilio suo in rebus Ecclesiæ.

An se exercuerit in legendis Sacris literis, & in praxi Ecclesiæ?

An studuerit servare iura, privilegia, & libertates Ecclesiarum, eaque defenderit.

An archivium Ecclesiæ inspexerit, libellos actionum, & debitorum ad quæcunq; loca pia pertinentium?

An suâ negligentiâ res Ecclesiæ perierint, vel in alienas manus venerint?

An curaverit ut scriberetur Metrica omnium Beneficiorum Diæcesis cum reditibus & emolumentis eorum.

An in re difficiliori ad Episcopum recurrerit.

An curaverit ut in Divinis officijs omnis honestas servaretur?

An satisfecerit officio quod eius Canonicatui adnexum est?

An absolverit accurratè anniversarios.

An in solennibus processionibus, & aliis supplicationibus, habitu, gestu, incessu, exemplo cæteris ad pietatem fuerit?

An in choro otiosus fuerit vel sermones miscuerit? debuit enim horas aut canere, aut orare.

An ad S. Scripturæ, & SS. Canonum præscriptum vixerit? inde enim dicitur Canonicus.

An emiſerit profeſſionem fidei antequã ad Eccleſiam Cathedralem reciperetur, idq; tam coram Epiſcopo aut Vicario eius, quàm in Capitulo iuxta præſcriptum Pij IV. pro faciente ſecùs, eſt pæna præſcripta, à Trid. ſeſſ. 24. c. 12.

Et Synodus dicta vult extendi ad Collegiatos Canonicos, in quantum ad pietatem & mores, & bonum ordinem ſpectant.

Examen Parochorum, conformiter ad eandem Synodum.

AN priuſquam ad Sacerdotium vel Parochiam admiſſus ſe à Simonia immunẽ iuraverit.

An poſt concionem dixerit, clarâ voce confeſſionem generalem. Pater. Aue. Credo. Decalogum ut ea populus audiendo ediſceret? Miſſæ myſteria aliquando explicaverit.

An ſingulis feſtis aliquid ex Cathechiſmo Romano populum docuerit.

An poſt prandium die feſto familiam domeſticam & pueros in templum convocaverit, ijsq; doctrinam Chriſtianam explicaverit.

An ante miniſtrationem Sacramentorum eadem populis expoſuerit.

An in miniſtratione Sacramentorum ab Agendis receſſerint? aliquas cæremonias omiſerint? an illa cũ reverentia miniſtraverint.

An ita vixerint ut omni die poſſent Miſſam celebrare.

An ſe occupaverint ludo taxillorum, chartarum, aleæ, talorum, teſſerarum? An arma portavarint, venationes, mercaturam exercuerint, tabernas adminiſtraverint.

An eodem curru vectus ſit cum muliere.

An ſciat diſcernere inter mortale & veniale peccatum, inter commiſſionis & omiſſionis.

An Sacerdotes non approbatos ab Epiſcopo audire confeſſiones permiſerint.

An ſciat quæ ſint excommunicationes, & quæ aliæ cenſuræ, & ex illis cui reſervatæ.

An ſciant doctrinam de reſtitutione, & integritate confeſſionis, & quando repetenda.

An ſciat peccata de quibus quisq; in ſuo ſtatu examinandus? De Vſuris.

An pro audiendis Clericorum confeſſionibus ſciat irregularitates.

An pro peccatis occultis publicam pænitentiam impoſuerit? vel aliquid in confeſſione

fessione egerit, per quod aliquis posset suspicari Pænitentem habere gravia peccata, per hoc enim violavit sigillum confessionis, v. g. expuendo, crucem formando per capillos Pænitentem trahendo, clarâ voce increpando &c.

An fecerit aliquid per quod exosa fieret confessio v. g. molestiâ Pænitentem afficiendo.

An fabulas aniles, scommata, iocos in concione misceverint? similiter an probra, convicia, historias suspectas dixerit? authores ineptos citaverit? miracula non approbata vulgaverit, hæc omnia vetat Cōcil. Lateran. sess. 11.

An præfecerit scholæ non approbatum in fide aut qui non fecit professionē fidei

An inspexerit quid in schola, & quâ methodo doceatur? qui mores? Trid. sess. 24. cap. 18.

An à peccato procurati abortûs, & ad id dati auxilii aliquem vel aliquam absolverit? specialiter ad hoc debet esse deputatus confessarius. Congreg. Trid. Anno 1590. extra Poloniam tales Româ petent absolutionem.

An Hæreticum cum Catholica copulaverit. hoc enim prohibet eadem Congr.

Peccata Clericorum valdè gravia in primitiva Ecclesiæ habebantur, & pænitentiis gravissimis castigabantur. nam Epoanensis Synodus cap. 22. statuit. Omnem Clericum letali prolapsum crimine ab Officio deponendum, & in Monasterium usq; ad obitum includendum. Synodus Neocæsariensis cap 1. statuit, ut Fornicator Clericus non solum deponatur, sed etiam laicâ sit communione contentus ad eum modum, ut lapsi in Hæresim, dum ad Ecclesiam revertebantur. Auracanensis Synodus III. cap. 7. Clericum adulterum non solùm ab Officio deponit sed etiam in Monasterium perpetuò detrudit, & alias graves pœnas imponit.

CAPUT I.

Examen Commune omnibus Clericis.

§. 1. *Excommunicationes Papæ reservatæ contra quoscunq; Clericos, scilicet.*

1. QVi consentit, aut instituit, vt per vim, fraudem, metum, aliamvè artem, bona, fructus, aut iura Ecclesiarum, locorumvè piorum aliquis occupet.

2. Qui scienter & spontè participat cum excommunicato à Papa, recipiendo eum ad divina.

3. Qui inducunt aliquem ad vovendum, iurandum, aut promittendum, quòd eliget sepulturam in sua Ecclesia, aut electam non mutabit.

4. Clerici inferiores Epiſcopis qui pro-
riſi de Beneficijs curatis, præſtito iura-
nento de eiſdem beneficijs intra certum
empus perſonaliter de ſerviendo, non ad-
mplent iuramentum. Incurrunt etiam
anc excommunicationem in quorum fa-
orem beneficia dicta reſignantur, ſeu di-
nittuntur, & qui ad id præſtant favorem.

5. Qui dant, vel recipiunt aliquid per
imoniam realem pro Ordine ſuſcipiendo,
el beneficio conſequendo. item qui pro-
enetæ fuerint, procuratoreſvè ut eiuſmo-
i Simonia comittatur, licet fuerint Epiſ-
opi Cardinales, Reges &c.

6. Qui apertè vel occultè comiſit Simo-
iam confidentialem.

7. Qui traxerit Clericum ad forum lai-
ale.

8. Qui apud Sedem Apoſtolicam conſti-
ti aliquid donant, ſeu promittunt ſeu
lvunt nunciantibus proviſiones.

9. Omnes illas excommunicationes in-
rrunt Clerici quicunq; & Epiſcopi quas
tas contra omnes, poſuimus tract. 1.
uamvis in ſuſpenſionem & Interdictum
on incidant Epiſcopi niſi fuerit eorum
entio expreſſa.

2. *Excommunicationes nulli reservatæ.*

1. Clerici omnes Minores Episcopis qui publicis fæneratoribus locant Domos, vel aliter concedunt, aut eos ex suis terris intra tres menses non expellunt.

2. Clerici Præsbyteri, aut etiam non Præsbyteri, sed Archidiaconi, Plebani, Decani, Præpositi, Cantores, vel Personatum habentes, qui audiunt Medicinam vel ius civile nisi intra duos menses desistant. Et licet in foro poli excusentur qui ideo student iuri civili in quantum iuuat ad intelligendos meliùs Canones, in fori tamen fori non excusantur.

3. Sacerdotes qui habent Officium Vicecomitis aut alterius Præfecti sæcularis, si admoniti non relinquant.

4. Clerici qui Matrimoniū defacto contrahunt, etiamsi sint Religiosi aut Religiosæ

5. Clerici & aliæ Personæ Ecclesiasticæ quæ alienant vel locant in plures quàm tres annos bona immobilia, vel mobilia pretiosa Ecclesiarum, extra casus iure permissos.

6. Omnes illæ quas contra omnes latas enumeravimus tract. primo.

§.

§. 3. *Suspensiones contra omnes Clericos.*

Posuimus tract. 1. cap. 1. §. 7. ibi videndæ. ibid. vide inrerdicta.

§. 4. *Examen circa peceata.*

Vtrum beneficium cum Simonia consecutus *Mortale Excomm. Papæ reserv & fructus quos interim è benefi io recepit, tenetur Ecclesiæ restituere, & est suspensus ab exeeutione Ordinum, & quoties illos exercet, toties mortaliter peccat, fit irreg. neq; hîc excusat iuris ignorantia, etiamsi occulta Simonia, & debet relinquere beneficia.*

Vtrum existens in peccato mortali Sacramenta administraverit, vel Missam celebravit. *Mortale.* Quoties, ad Sacramenta sufficit ut conteratur, ante Missam confiteatur.

Vtrum publicus sit concubinarius interea Missam celebravit. *Mortale.* Quoties *efficitur irregularis Papæ reservatus ut in Cap. præter. 32. dist.*

Vtrum Breviarium omiserit? *Mortale, & si habet beneficium curatum partem fructuum illius diei restituere tenetur. si non curatum, totos fructus reddat Ecclesiæ, aut pauperibus, fructus tamen isti possunt illi ipsi per Confessarium applicari si sit pauper. Qui vero est suspensus, excommunicatus, aut interdictus, dum exercet Sacros ordines*

nes. incurrit irregularitatem Papæ reservatam. cap. 1. de sentent Excom. in 6. vide dicta in Regulis.

Vtrum celebraverit Missam in Ecclesia interdicta. *Mortale.* Quoties? *incurrit irregularitatem Papæ reserv. Sed si Ciuitas generaliter interdicitur, possunt Sacerdotes tam Sæculares quam Religiosi clausis ianuis, & sine pulsatione campanarum in suis templis celebrare.*

Vtrum non ieiunus Missam celebraverit? *Mortale.* Quoties? *etiamsi aliquid in modum medicinæ sumpsisset. Folia tamen aliqua beoborum, aut aromata mandere potest dum non deglutiat. item manet ieiunus si per nasum sumat tabacum etiamsi in os descenderit.*

Vtrum ad celebrationem Missæ adhibuerit calicem vitreum, vel ligneum? *Mortale.* Quoties. *& debet privari officio & Beneficio. de consecr. dist. 1. c. VI. calix.*

Vtrum celebraverit sine portatili in altari non consecrato, sine corporali, aut casula, stola, humerali, alba, Manipulo, cingulo, pane azymo, vino puro, aqua, candelis accensis. *Mortale.* Quoties. *& debet privari officio & beneficio. cap. 1. de consecr. d. 1.*

Vtrum aliquam hostiæ particulam perdiderit. *olim pænitentia dierum triginta imponebatur. Cap. Qui bene. de consecr. d. 2. & ut Sy-*

nodus

nodus Arelatensis de consecr. ibi dicit. Qui bene non custodierit Sacrificium, vel aliquod animal illud comederit pæniteat 40. diebus, qui autem perdiderit illud in Ecclesia, & non inventum fuerit, 30 diebus pænitebat.

Vtrum fecerit homicidium? *Mortale.* Quoties? *quando hoc fecit Episcopus iuxta Canones annis 15 pænitebat, & deponebatur, & omnibus diebus vitæ peregrinabatur. Præsbyter verò homicida annis duodecim, Diaconus septem. tres in pane & aqua, Clericus septem, tres in pane & aqua. peniteat. Cap. si quis homicidum dist. 50. & fit irregularis.*

Vtrum propter ebrietatem Sacram Hostiam evomuerit? *Mortale.* Quoties *pro hoc Canones imponunt pænitentiam dierum 70. & si hoc Episcopo contigerit, dierum 90 si laico dierum 40. si ex infirmitate hoc acciderit & prævidre poterat, dierum 7. Cap. si quis de consecr. d. 2.e*

Vtrum sciens accepit aliquem ordinem à Simoniaco. *Mortale. estq́ suspensus Papæ reseru. Si nesciens, non peccat exequendo ordines, sed ubi hoc cognouerit, indiget dispensatine Papæ.*

Vtrùm acceperit aliquem ordinem habens irregularitatem. *Mortale, nec potest exequi Ordines sine dispensatione Papæ.*

Vtrum acceperit aliquem Ordinem conscius sibi peccati gravis. *Mortale.*

Vtrum Choreas cum fæminis duxerit? *Mortale.* Quoties.

Vtrum executus Ordinem sine requisitis apparamentis, *vt Subdiaconatum sine manipulo, diaconatum sine stola. Mortale.* Quoties *neq; ignorantia excusat.*

Vtrum existens in Sacris, aut habens Beneficium dum oraret breviarium, aliquod opus fecit manuale. *Mortale.* Quoties. *Si illud opus impediuit valdè recitationem.*

Vtrum ordines ante legitimam ætatem accepit. *Mortale estq; suspensus ab vsu Ordinis, in qua suspensione si ordinem exercuit, factus irregularis Papæ reservatus, neq; a suspensione liberatur accedente legitimâ ætate, sed debet dispensari. nisi bona fide crediderit si habere ætatem legitimam, tum enim neq; culpam, neq; censuram incurrit. Anni necessarij pro Subdiaconatu 22 pro Diaconatu 23. pro Præsbyteratu 25 inchoati.*

Vtrum in Sacramentis non adhibuerit debitam Materiam aut formam, aut ritus graviter non servaverit. *Mortale* Quoties. *neq; excusat ignorantia.*

Vtrum occulto peccatori negavit publicè Eucharistiam vel alia Sacramenta? *Mortale.* Quoties?

Vtrum celebraverit conscivs peccati mortalis de illo contritus, sed non con-

fessus.

fessus. *Mortale.* Quoties. *nisi excusat necessitas urgens & defectus confeßarij iuxta ea quæ supra diximus.*

Vtrum celebrando Missam non consecraverit, vel aliquas superstitiones fecerit, aut fieri passus, v. g. ut charta scripta infra corporale poneretur? *Mortale.* Quoties.

Vtrum aliquam partem Missæ notabilem omiserit? *Mortale.* Quoties.

Vtrum ex verbis consecrationis aliquod omiserit? *Mortale.* Quoties *iuxta supra dicta.*

Vtrum intentione saltem virtuali (hoc est quâ motus administrat) caruerit conficiendo Sacramenta. *Mortale.* Quoties. *Ex habitu agere non valet.*

Vtrum in fermentato pane celebraverit? *Mortale.* Quoties, *si est latinus Sacerdos.*

Vtrum extra casus à iure expressos plures Missas eodem die dixerit *Mortale.* Quot.

Vtrum ad Missam vinum acetosum vel corruptum adhibuerit? *Mortale.* Quoties.

Vtrum per magnam partem Missæ præcipuè in Canone voluntariè distractus fuerit. *Mortale.* Quoties?

Vtrum ante offertorium aquam ad calicem, idque in altari, non affuderit. *Mortale.* Quoties.

Vtrum viaticum, aut Sacras Hostias ne-

gligenter ſervaverit, propter quod à muribus ſunt arroſæ vel perditæ. *Mortale.* Quoties.

Vtrum ad infirmos viaticum occultè ſine cauſa, & ſine lumine tulerit. *Mortale.* Quot.

Vtrum Euchariſtiam pro infirmis non renovaverit quouſque ſpecies corruperentur? *Mortale.* Quoties.

Vtrum ſciendo infirmum laborare vomitu dederit illi Euchariſtiam? *Mort.* Quot.

Vtrum accepto pro miſſis ſtipendio Miſſas neglexerit? *Mortale.* Quoties *tenetur reſtituere.*

Vtrum alicuius excepit Confeſſionem in quem non habuit Iuriſdictionem. *Mortale* Quoties. *Confeſſio nulla.*

Vtrum abſolvit à caſibus, excommunicationib9 à quib9 non potuit *Mortale.* Quoties, *neq; ignorantia excuſat: imò quod iſta exerceat neſciens eſt in ſtatu mortali, nec poteſt abſolvi donec ſe perfecerit in ſcientia & interea ceſſaverit ab audiendis confeſſionibus.*

Vtrum aliquem priùs abſolvit à peccatis quam ab excommunicatione. *Mortale.* Quoties, *& abſolutio à peccatis nulla.*

Vtrum abſolvit quem invenit incapacē abſolutionis. *Mortale. abſolutio nulla.* Quot.

Vtrum revelavit peccatum dictum ſibi in confeſſione. *Mortale* Quoties.

Vtrum

Vtrum videndo aliquem sine sufficienti examine ad Confessionem accessisse, ipse non suppleverit? *Mortale* Quoties.

Vtrum in casibus de quibus dubitavit, peritiorem consulere omisit? *Mortale*. Quot.

Vtrum vestes Sacras, corporalia, Purificatoria, habuerit valdè immunda? *Mort*

Vtrum vitâ suâ licentiosâ alios scandalisset, *Mortale*.

Vtrum pro eadem Missa duplex acceperit stipendium? *Mortale* Quoties. *& tenetur aliam Missam dicere, vel restituere*.

Vtrum pro Sepultura, Baptismo, Confessionibus, eleemosynam cum scandalo exegerit? *Mortale*. Quoties.

Vtrum indulgentias falsas, aut miracula falsa prædicaverit? *Mortale*. Quoties.

Vtrum beneficia plura habeat contra Canones. *Mortale nec potest absolvi nisi dimiserit*.

Vtrum acceperit beneficium non habendo animum perseverandi in Clericatu? *Mortale* Quoties.

Vtrum lascivis iocis fuerit usus? *Mortale*. Quoties. *S. Bern. lib, 3. de consid. Nugæ sint longè ab ore tuo, nam inter sæculares nugæ sunt nugæ, in ore Sacerdotis blasphemiæ: interdum si incident ferendæ fortassis, referendæ nunquam*,

consecrasti os tuum Evangelio, talibus iam illud aperire illicitum, assuescere Sacrilegum est.

Vtrum Breviarium recitaverit difforme suæ Diæcesi. *Mortale. & careat Communione mensibus sex. Cap. de his d. 12.*

Vtrum dederit aliquid pro collato sibi ordine. *Mortale. Simonia & est suspensus ab executione Ordinum Extravag. 2. Comm. de Symonia in superest excommunicatio reseru. Papæ.*

Vtrum pro Missa pretium iustò maius exegerit. *Mortale.* Quoties. *Si excessus notabilis Iustum illud est quod communiter datur pro Missa, etsi non sufficiat in victum diurnum. Quòd si nimis multas Missas habeat dicendas & Beneficium nimis exiguum, recurrat ad Episcopum.*

Vtrum accepto stipendio pro Missa eam valdè distulerit. *Mortale.* Quoties *Maximè si differat pro defunctis, Satisfaciet autem si in festo duplici loco votivæ dicat de festo, nec est opus vt collectã addat pro eo pro quo offertsed sufficit quòd in memento oret.*

Vtrum obligatus ad dicendam Missam loco certo, eam in alio loco dixerit? *non satisfecit promissioni: multò magis si ex fundatione tenebatur, neq; in hoc hæredes Fundatoris dispensare possunt. Satisfacit verò si illud altare fuerit impeditum aut violatum, quia ista explicatio præsumitur esse ad mentem Fundatoris. alias si crebrò fecerit peccabit graviter.*

Vtrum obligatus ad celebrandum, ipse impe-

impeditus, alium non substituerit. *Mortale, nisi id raro fiat, & ita vt consensus Fundatoris præsumi possit.*

Vtrum conditionatè iteravit Baptismum, [*idem de Confirmatione vel Ordinibus*] *non factâ priùs diligentiâ moraliter sufficienti de rei certitudine. Mortale.* Quoties. *Nam hâc factâ, licet iterare conditionatè.*

Vtrum in Confessione absq; causa dederit conditionatam de præsenti vel præterito absolutionem. *Mortale.* Quoties. *licite autem talem dat, quando dubitat an iam absolverit vel an Pænitens habeat vsum rationis, si puer sit, aut phrenesi obnoxius: Data verò absolutio sub conditione de futuro, invalida est, & semper mortalis, v. g. Absolvo te si restitueris, si hoc feceris &c.*

Vtrum publico peccatori qui nondum publicam egit pænitentiam, etsi reverà sit absolutus, dedit communionem publicè. *Mortale, sed privatim eum communicare potest.*

Vtrum non consecratas hostias loco consecratarum dederit. *Mortale. Consecratas esse sciat, etsi dum consecrat magnam hostiam, non habeat expressam intentionem illas consecrandi, vidit tamen illas antè, & intentionem habuit, & sunt in altari tempore consecrationis. Non consecratæ verò, si nihil de illis scivit tempore consecrationis aut antè, etsi reverà sint in altari.*

Vtrum furtiuo modo acceperit Ordines,

v. g. immiſcendo ſe dum alijs conferrentur. *Mortale, & incurrit ſuſpenſionem Epiſcopo reſervatam. & ſi fuit ſub excommunicatione prohibitum ne ſe immiſceret nihilominus immiſcuit, incurrit irregularitatem Papæ reſervatam. Cum qua tamen ſi Religionem ingrediatur, poterit diſpenſari ab Abbate vel Religionis Prælato.*

Vtrum ſit promotus ad Ordines ſine titulo proviſionis aut patrimonij, cùm non ſit Religioſus. *Mortale, & incurrit ſuſpenſionem ab Ordinibus reſervatam Epiſcopo. Sed ſi conſentiente Epiſcopo taliter ordinatus, tenetur ei Epiſcopus providere.*

Vtrum promotus ad Ordines cum titulo proviſionis invalido. *Mortale. eſtq; ſuſpenſus.*

Vtrum, poſtquam promotus ad Ordines renuntiavit proviſioni. *Mortale. Si hoc fecit abſq; Epiſcopi licentia. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de Reform.*

Vtrum Ordines acceperit à non proprio Epiſcopo ſine licentia proprij. *Mortale. eſtq; Suſpenſus ab eorum executione.*

Vtrum, habendo maiores Ordines aut Beneficium non deferat habitum & tonſuram clericalem. *Mortale, nec debet abſolvi ſi hoc nolit emendare, neq; contraria conſuetudo excuſat. Trid. ſeſſ. 24. cap. 6.*

Vtrum horas omittat, vel non totas dicat ex eo quòd habeat tenue beneficium. *Mortale.* Quoties. *& tenetur fructus reſtituere. Soar. Navarr.*

Vtrum horas Canonicas omiserit. *Mortale.* Quoties. *Sed si totius diei officium omisit satisfacit in Confessione, si non numerando partes officij, dicat se totum officium semel omisisse. Card. Lugo de pænit. d. 16 sect. 14. Sed qui per annum omittit tot peccata incurrit quot sunt anni dies. quia singulæ omissiones in se completæ id. ibid. Sed qui vno actu vult omittere officium totius anni, dicat. Volui totius anni omittere officium.*

Vtrum ad luxuriam in confessione sollicitaverit. *Mortale, & debet hæc circumstantia exprimi quia continet gravem Sacramenti irreverentiam, & mulier tenetur eum Inquisitori aut Episocpo denunciare.*

Vtrum Astrologum & Astrolabium de furto consulerit, aut divinatorem etiam bono zelo, simplicitate. *Suspenditur à divinis per annum. Cap. 2. de sortilegis.*

Vtrum Sacerdos pannis altaris mortuum involuit. *Mortale, olim hic pænitebat per annis decem, mensibus quinq;. & si hoc fecit Diaconus annis tribus mensibus sex. cap. Nemo. 2. de Censuris d. 1.*

Vtrum Sacrilegio pollucrit Chrisma, calicem, altare. *Mortale, iuxta Canones debuit pænitere annis septem. Cap. de viro. 12. q. 2.*

Vtrum Sacerdos degradatus, vel in perpetuum depositus celebraverit. *Mortale.* Quoties. *& est excommunicatus, & olim communione Eucharistiæ carebat vsq; ad mortem quo tempore tandem dabatur illi per modum viatici. Cap. Accidens. d. 50.*

Vtrum Sacerdoti celebranti gutta san-

guinis Christi in terram ceciderit. *Olim pœnitere debuit 40. diebus, si super altare ad vnum pannum transiit, diebus duobus. Si ad pannos duos diebus quatuor. Si ad tres, diebus novem. Si ad quatuor, diebus 40. Cap. si per negligentiam. de Consecr. d. 2. Mortale.* Quoties.

Vtrum dederit ignoranter communionem Hæretico vel ab illo acceperit. *Olim per annum pœnitebat. Si scienter per quinq;.* Quoties.

Vtrum nesciens permiserit Hæreticum in Ecclesia celebrare, *pœnitebat diebus 40.* Si scienter, *& permisit pro eius reverentia, pœnitebat anno vno. Si permisit pro damnatione Ecclesiæ, abyciebatur ex Ecclesia ut Hæreticus. aut si resipisceret annis decem pœnitebat. Quodsi ad Hæreticos defecit & postea rediit, annis pœnituit duodecim Cap. Si quis dederit 24. 91.*

Vtrum nimis vanus fecit in suo vestitu, &graviter negligens in ornatu Ecclesiæ. *Mortale. huic dicit S. Bern. in Cant 18. Dic mihi Sacerdos qui amas pretiosum habitum, quæris placere Deo an mundo? Non quidem Deo. Si vero mundo? cur ergo Sacerdos; Nam si Deo non places, neq; illum placas, si non placas, cur Sacerdos?*

Vtrum in administratione Sacramentorum ubi de illorum valore agebatur, relictâ tutiore probabilem secutus est sententiam? *Mortale.*

Vtrum ipse maiore accepto pro Missa stipendio, alterum Sacerdotem substituerit sibi ut eam celebraret pro minori?

Vtrum nondum ordinatus in Præsbyternm Missas celebraverit, Confessiones exceperit. *Mortale* Quoties *Irreg.*

Vtrum cùm ipse non esset Sacerdos Parochiam tenendo non providerit Parochianis de Sacerdote. *Mortale.*

Vtrum cùm ordinaretur non attigerit res quæ ipsi porrigebantur ab Episcopo quæ sunt materia illius Ordinis? *Mortale* ordo saltem dubius.

Vtrum in Parochia non resideat, vel duas Parochias, aut duo beneficia curata absq; dispensatione retineat. *Mortale & vnum debet resignarere in manus Episcopi.*

CAPUT II.

Aliud Examen Episcoporum, Prælatorum, Curatorum.

§. 1; *Excommunicationes.*

OMissis ijs quæ concernunt officium S. Pænitentiariæ Apostolicæ, aut locos certos, tantum illas excommunicationes ponemus quæ se magis extendunt, suntq;

1. Contra Rectores Ecclesiarum Parochialium, & Religiosos Mendicantes in par-

tibus Germaniæ existentes, qui pacem inter ipsos factam violant, nulli reservata.

2. Contra Episcopos à collatione & præsentatione officiorum & Beneficiorum suspensos, si officia vel beneficia contulerint vel ad ea præsentaverint Extenditur ad omnes etiam laicos habentes iuspatronatum ab eo suspensos· Papæ reseru.

3 Contra omnes Ecclesiasticos in quacunque dignitate, qui personam Ecclesiasticam, Collegium, vel Conventum traxerint ad forum laicale in causis quæ de iure ordinario vel consvetudine ad forum Ecclesiasticum spectant, reserv. Papæ. & extenditur ad laicos dantes ad hoc auxilium, qui si faciant hoc authoritate iudiciali laicâ incurrunt Excomm. Bullæ Cœnæ.

4. Administratores Episcopatuum & omnes inferiores Episcopis qui publicant indulgentias cum falsis amplis privilegiis & suspicione simoniæ. Papæ reserv.

6 Contra Prælatos & omnes personas Ecclesiasticas apud Sedē Apostolicā constitutas, quæ aliquid donant seu promittunt, vel per alios datum seu promissum solvunt. nunciantibus provisiones, translationes. commendas. Papæ reseru.

6 Contra Episcopum qui in civitate ubi
homines

homines sunt diversarum linguarum susceperit gubernationem eorum qui sunt suæ linguæ antequam á proprio eorum Episcopo assumatur in coadiutorem. nulli reserv.

7 Contra Nuncios Apostolicos cuiuscunque sint dignitatis, qui à Principibus, Regibus, Imperatoribus ad quos mittuntur favores vocales aut literas ad dignitates impetrant, nulli reserv.

8 Contra Episcopos & quoscunque Prælatos ad Romanã curiam venientes & inde discedentes sine licentia Papæ, & qui eos recipiunt apud Sedem Apostolicam nisi Papæ denunciarint. Nulli reserv.

9 Contra Prælatos Sacerdotes habentes officium Comitis aut Præfecti sæcularis, nec tale officium admoniti dimittunt, nulli reserv.

10 Contra Confessarium præsumentem absolvere à casibus claré vel dubié contentis in Bulla Cœnæ, aut ab alijs casibus Papalibus vel Episcopalibus. Papæ reserv.

11 Contra Confessarios qui aliquod sequentium votorum ex privilegio Sixti IV. commutant hoc est, Peregrinationis Romam, vel Compostellam, vel Ierusalem, Religionis & perpetuæ Castitatis: & sciunt hæc vota Papæ reserv. excomm, Papæ reserv

12 Qui in concionibus ad populum dicunt falsa miracula vel incerta, vel Prophetias quæ non continentur in Sacra scriptura. vel audent Episcopis aut suis Superioribus detrahere Reserv. Papæ.

13. Qui in concionibus docent, vel alias quomodolibet affirmare præsumunt. esse Hæresim credere B. Virginem sine macula originali conceptam, vel esse peccatum mortale id credere aut tenere, vel esse aliquod peccatum, Conceptionis Officium celebrare, concionesq; eorum qui immaculatam prædicant, audire. Item qui contrariam opinionem ausi asserere esse hæresim vel peccatnm mortale. Excomm. Papæ reservatæ.

14. Concionatores qui præsumunt prædicare Fratres Prædicatorum vel Minores non esse in statu perfectionis, vel non licere eis vivere ex eleemosynis, neq; licere prædicare aut audire confessiones cum licentia Papæ sine licentia aliorum Prælatorum & Curatorum. est Papæ reservata. Eandem incurrit qui alijs detrahit habentibusin his habent cũ prædictis Religiosis communicationẽ Privilegiorũ, qualis est Societas IESV.

15. Qui prædicando vel disputando audent impugnare montes pietatis. nulli reserv.

16. Contra Confeſſarios Religioſos qui negligunt facere ſcrupulos in conſcientia non ſolventibus decimas. nulli reſerv.

17. Contra Commiſſarios & delegatos ad cognoſcendum an alienatio bonorum Eccleſiæ ſit in evidentem vtilitatem Eccleſiæ vel non: qui amore vel timore alienationi conſentiunt aut authoritatem præbent. Papæ reſerv.

§. 2. *Suſpenſiones, quas incurrit.*

1. Epiſcopus, & Epiſcopo maiores infra Papam, qui conſecratus ab Excommunicatis, ſuſpenſis, interdictis. ligat etiam ignorantia probabili laborantem a Pontificalibus, & Papæ reſervata, ſi non habeat alium Superiorem præter Papam.

2. Fratres Ordinis S. Dominici promoti ad Epiſcopatum vel alias Prælaturas, ſi recipiant conſecrationem, antequam Ordini reſignent libros, & alia quæ habent tempore promotionis. *eſt à pontificalibus & Papæ reſervata.*

3. Epiſcopus aut alius prætextu privilegij in aliena Diæceſi Pontificalia exercent ſine Ordinarij loci expreſſa licentia, aut in alias perſonas quàm illi Ordinarius ſubiecit, eſt à Pontificalibus, Papæ reſervata.

4. Episcopi titulares etiam in loco nullius Diæceseos seu exempto, conferentes Ordines, vel primam tonsuram, alicui non habenti dimissorias, etiamsi tales Episcopi haberent privilegium promovendi quoscunq; ad se accedentes. est per annum à Pontificalibus, Papæ reservata.

5. Episcopus in sua Diæcesi non suum Subditum ordinans licet id audeat cum literis dimissorijs, vel prætextu alicuius generalis aut specialis rescripti vel privilegij, si careat testimonio sui Ordinarij quo eius mores commendentur. est à collatione Ordinum per annum. Papæ reserv.

6. Episcopus conferens primam tonsuram illiterato aut Infanti, nisi fortè Religionem intraret, vel coniugato nisi vellet Religionem ingredi Matrimonio non consummato, vel nisi vellet ad Sacros Ordines promoveri. est per annum à collatione primæ tonsuræ, reservata Papæ.

7. Episcopus conferens alicui electo in Episcopum Confirmationem & consecrationem simul Episcopalem, postquam ad Sedem Apostolicam appellatum est, etiamsi partes ab appellatione voluntariè recesserint, nisi priùs factâ diligentiâ sibi constiterit nullam fraudem vel pravitatem in tali nego-

negotio intercessisse. Est per annum à confirmatione & consecratione Episcopali Papæ reservata.

8. Ordines duos Sacros eodem die conconferens Episcopus, vel duobus diebus continuato ieiunio. est ab amborum Ordinum collatione, Papæ reservatur, & Privilegia Regularibus ad duos ordines eodem die conferendos, sublata sunt à Trident. sess. 23. cap. 15.

9. Episcopus Ordinans aliquem ex pacto quod ob ordinato non molestabitur quoad alimenta si beneficio & patrimonio sufficienti careat. suspenditur per triennium ab omnium ordinum collatione.

10. Episcopus qui non diligenter examinavit quando quis electus fuit ad regimen animarum & electionis processum & personã electi. Suspenditur a Confirmatione primi eius Successoris & à Beneficio. reserv. Papæ.

11. Episcopus & alij Prælati qui bona Ecclesiarum sibi commissarum immobilia, Laicis subijciunt sine consensu Capituli, & speciali licentia Sedis Apostolicæ præterquam in casibus à iure concessis. Suspenditur ab officio simpliciter, & ab administratione bonorum Ecclesiæ gravatæ, reser.

Papæ, si non habeant alium Superiorem.

12. Episcopus & alij Prælati qui sibi vsurpant sine iusto titulo bona dignitatum, personatuum, prioratuum, vel quarumcunq; Ecclesiarum vacantiũ, & ad ipsorum curam seu provisionem pertinentium incurrunt statim interdictum ab ingressu Ecclesiæ, in quo si per sex menses obdurate persistant suspenduntur ab administratione suæ Ecclesiæ in spiritualibus & temporalibus. Papæ reserv. nisi habeant alium immediatum Superiorem, tunc illi reservatur.

13. Episcopus, Comissarius, vel Delegatus in causa alienationis rerum Ecclesiasticarum, si per gratiam, timorem, sordes, in detrimentum Ecclesiæ utatur sibi potestate comissa per annum ab exec. officij reserv. Papæ.

14 Episcopus & quicunq; alij Beneficiorum collatores, sive sint singulares personæ, sive capitula, si admittant resignationes officiorum contra formam præscriptam in Bulla Pij V. Quanta est. à collatione & institutione beneficiorum reseru. Papæ, si non habet alium Superiorem.

15 Episcopus qui domos suas locat, vel alio titulo concedit ad vsuram exercendam alienigenis, vel etiam si eos in terris suis habi-

habitare permittit. est ab officio & beneficio, reservata Papæ si non habet alium Superiorem.

16. Episcopus qui Odij, amoris, gratiæ, lucri, aut commodi temporalis obtentu, contra iustitiam & conscientiam suam omiserit contra quemq; procedere, vbi fuerat procedendum super hæresim, aut obtentu eodem hæresim vel impedimentum aliquod S. Officij imposuerit. ab officio per triennium reserv. Papæ, si alius desit Superior.

17. Episcopus & alij Prælati qui procurant ut Clerici capiantur à Dominis temporalibus ut beneficio renuncient, vel ut citati ad Sedem Apostalicam ire non possint. est per triennium à perceptione fructuum suarum Ecclesiarum. Papæ reserva si alius desit superior illis.

18. Episcopus & Religiosi Prælati qui à sede ApostolicaConfirmationem recipiunt, aut ab ea promoventur, si absq; literis authenticis eiusdem Sedis Ecclesiarum suarū administrationem recipiant ab administratione fructuum Ecclesiarum, Papæ reserv. si alius desit Superior.

19. Episcopus relaxans incendiarijs pœnam positam in Cap. potissimùm 23 q. 8. reserv. Papæ.

20 Episcopus concubinarius qui à Synodo monitus non se corrigit. est suspensio totalis Papæ reservata.

21. Episcopus qui non servat Bullam. Exijt Ioan. XXII de fructibus primi aut secundi anni sui Episcopatûs. Suspenditur à Pontificalibus donec fecerit restitutionem.

22. Episcopus ordinans sine titulo sufficientis Patrimonij aut Beneficij aliquem, exceptis Religiosis, Canonicis seu Clericis qui intra claustra more Religiosorum vivunt. est suspensio per annum ab Ordinatione talium, quo elapso finitur sicut & aliæ temporales.

23. Episcopi aut etiam Cardinales qui publicant vel concedunt populo Indicem casuum, gratiarum, & Indulgentiarum quo possint vti certo pretio soluto. est à perceptione fructuum Papæ reserv.

24 Episcopus qui non visitavit limina Apostolorum iuxta Bullam Sixti V. Romanus Pontifex. est suspensio totalis, & interdictum ab ingressu Ecclesiæ Reservata soli Papæ.

25. Episcopali vel Abbatiali dignitate fulgentes qui bona Ecclesiarum, Monasteriorum & locorum piorum quorumlibet nô consulto Romano Pontifice alienant. sunt

inter-

interdicti statim per sex menses, & post illos suspenduntur à regimine Ecclesiæ vel Monasterij cui præsunt. videndũ vbi hæc est recepta.

Hæ suspensiones sicuti & aliæ non impediunt quominus absolvatur à peccatis, etsi in illis relinquantur: ad Examen tamen spectant, in quantùm peccata supponunt, pro quibus sunt latæ.

§. 3. *Aliæ suspensiones quas incurrunt Prælati &c.*

1. Capitulum Ecclesiæ vel Monasterij, & singulæ Capituli personæ, quæ Episcopum vel in Episcopum Regularem promotum in curia Romana, absq; literis eiusdem curiæ authenticis recipiunt & ei obediunt. *dubium an singulæ personæ à suis officijs, an tota communitas à communibus suspendatur.* Reserv. Papæ.

2. Capitula Collegiata & singulares personæ quæ vacante sede alicuius Ecclesiæ Cathedralis vel Regularis, vel Collegiatæ occupant bona, quæ ad Prælatum defunctum spectant, vel vacationis tempore obveniunt, & in vtilitatem Ecclesiæ expendenda, vel successori fideliter sunt reservanda. *est totalis donec fiat restitutio successori vel Ecclesiæ.*

3. Capitula & conventus qui directè exi-

gunt aut petunt pro ingressu ad Religionem quoscunque pastus, prandia, cœnas, iocalia, aut res alias etiam ad pium vsum spectantes. est contra singulas personas conventuum.

4. Capitula & singulæ personæ quæ habent facultatem admittendi resignationes beneficiorum, si has admittant extra casus & formam assignatam in Bulla Pii. V. Quanta & est suspensio, primùm à beneficiorum collatione, confirmatione, electione, præsentatione, & institutione. & si hæc violetur, Capitulum suspenditur à divinis reserv. soli Papæ.

5. Iudices Ecclesiastici qui ferunt sententiam excomm. aut interdicti, sine scriptis, vel sine causæ expressione, vel qui requisiti, intra mensem exemplum sententiæ non tradunt. Interdictum ab ingressu Ecclesiæ, & suspensio à divinis per mensem. & si Iudex interim exequatur sententiam suspensio reserv. Papæ.

6. Iudices Ecclesiastici qui per gratiam vel sordes aliquid faciunt in iudicio contra conscientiam & iustitiam in gravamen alterius partis. & suspensio per annum ab Ordine & Iurisdictione, etsi interim se ingesserint in divina fiunt irregulares.

7. Iu-

7. Iudices Eccles. Conservatores qui de aliis quàm de manifestis iniuriis scienter se intromiserint, seu ad alia ad quæ se iudicialis potestas non extendit, per annum ab Ordine & Iurisdictione.

Qui eligunt indignum ad Episcopatum vel Decanatum vel Archidiaconatum vel alias præbendas inferiores quæ curam animarum habent. Suspensio per triennium à beneficiis quæ isti Electores habent in ea Ecclesia quam per talem electionem offendunt. Episcopus vt sit dignus debet attigisse ætatis trigesimum, legitime natus, vitâ ac scientiâ commendabilis pro aliis dictis beneficiis ut 25. ætatis attingant, vitâ & scientiâ sint commendati & qui talem eligit non est suspensus.

9. Electores Episcopi qui infra dies octo postquam commodè potuerunt electionem non præsentarunt electo ex sua culpa. Suspensi per triennium ab omnibus beneficijs in illa Ecclesia pro qua eligunt.

10. Compromissarius eligens indignum per triennium à beneficio suspenditur.

11. Qui contra personam electi aliquid opponit, & postea in probatione deficit est suspensus à beneficio per triennium.

12. Qui ad Ecclesiasticam præbendam

 per-

per abuſum ſæcularis poteſtatis, contra Canonicam libertatem præſumpſerit aliquem eligere, privantur ſtatim eligendi poteſtate & ſuſpendendi per triennium ab officio & beneficio.

13 Viſitatores & eorum familiares qui non ſervant conſtitutionem Innoc. VI. in Cap. Romana, de non recipiendis pro viſitatione aut debita procuratione pecuniis aut aliis muneribus, aut ſi ea receperunt, niſi intra menſem duplum reddiderint, eſt totalis etiam contra Religioſos ſalvis tamen eorum approbatis conſuetudinibus & inſtitutis & durat quamdiu illud duplum non reddatur Eccleſiæ aut gravatis.

14 Viſitatores qui procurationem à locis non viſitatis accipiunt, niſi intra menſem duplum reddant, eſt totalis ut proxima ſupra.

15 Illi qui conferunt vel recipiunt Beneficia eorum qui pro ſuis negotiis ad Romanam curiam profecti ſunt, quique in ea Curia officia aliqua exercent, eſt totalis, reſervata Epiſcopo.

§. 4. *Examen circa peccata prædictorum.*

VTrùm beneficia Eccleſiaſtica indignis contulit? *Mortale*, Quoties, *eſt particeps peccatorum quæ illi comittunt.* Vtrum

Vtrum aliquid pretio æstimabile accepit pro visitatione suæ Diæcesis. *Mortale.* Quoties. *vide censuras paulò ante positas.*

Vtrum aliquem indignum ordinauerit. *Mortale.* Quoties *& particeps peccatorum illius*

Vtrum suæ Diæcesi providerit bonos Concionatores & Confessarios? Si non *Mortale.*

Vtrum emerit vel vendiderit aliquã Capellam Ecclesiæ. *Mortale.* Quoties. *Simonia. tenetur restituere pauperibus vel Ecclesiæ pretium.*

Vtrum vendiderit Ius Patronatùs. *Mortale, Simonia.* Quoties *restituere tenetur paupe-ribus aut Ecclesiæ.*

Vtrum Sententiam Excommunicationis, suspensionis de facili fulminet, idem de interdicto, aut sine præmissa admonitione, aut sine scripto, vel contra ordinem iuris. *Mortale.* Quoties. *Videat etiam.* Iudex Ecclesiasticus quæ adnotata sunt pro Iudice sæculari, & proportionatè iuxta illa se examinet.

Vtrum Episcopus invitum aliquem & reclamantem ordinaverit? *Mortale.* Quot. *Olim pro hoc pænitebat anno vno. cap.* 10 *d.* 74.

Vtrum Episcopus dissimulaverit corrigere venditores ministeriorum? *Mortale*

talibus gravis pœnitentia imponebatur. cap. Quidquid. 1. q. 1. & est excomm.

Vtrum Notarius Episcopi pro scribendis nominibus, Ordinandorum, vel literis Ordinationum, habens salarium ab Episcopo, aliquid accepit notabile. *Mortale & tenetur restituere quia est Simonia* Quoties. *ita S. Antoninus archiepiscopus Florentinus ex quo potissimum hunc paragraphum collegimus, in Confess. p. 3. c. 15.*

Vtrum per aliquem sæcularem vi Physica aut morali officium accepit, *est intrusus, nec in spiritualibus, nec in temporalibus illius beneficij potest aliquid procedere, & quoties aliquem actum exercet toties peccat mortaliter. S. Antoninus l. c. ut & sequentia.*

Vtrum renunciaverit Beneficium hoc pacto ut detur consanguineo. *Mortale est* ut acciperet pecuniam. *Simonia cum restit. & censuris, & cui taliter collatū beneficium non potest illud retinere.*

Vtrum mutationem Beneficij fecerit inscio superiore? *Mortale.*

Vtrum existens natus illegitimè habeat Beneficium absq; dispensatione. *est in statu peccati mortalis, nec potest absolvi nisi illud dimiserit, sed cum eo in simplici beneficio potest dispensare Episcopus, in Curato Papa. tenetur fructus reddere quos percepit.*

Vtrum

Vtrum sit electus per Simoniam. *Mortale nec valet electio, item Simoniam comisit qui emit suffragia ut alter ex officio deponeretur.*

Vtrum Ecclesiam male tractet, permittens ruere ædificia, prædia vastari. *Mortale & tenetur ad restitutionem.*

Vtrum per eius negligentiam crassam aliquid de Ecclesia perijt *Mortale & tenetur compensare.* Quoties.

Vtrum redditus sui beneficij consumpserit in turpibus? *Mortale.* Quoties.

Vtrũ plura beneficia curata teneat absq; dispensatione. *est in statu peccati mortalis, nec potest absolui priusquàm dimittat. & eò ipsò, jure vacat primum beneficium Cap. Vt multa. extrau. de præbendis, & hoc quidem, postquam posterioris accepit possessionem pacificam, vel habere potuit, & fructus percepit. estq; talis inhabilis ad Ordines, & ad quodcunq; Beneficium Ecclesiasticum.* Extrau *Ioan. XXII. Similiter vacat primum si recipit dignitatem etsi non curatam, & in utroq; casu tenetur ad restitutionem fructuum Quodsi violenter se intruserit in secundum & primum vacat, & in posterius si quod jus habuit, amisit.*

Vtrum habens beneficium etsi non sit Sacerdos horas Canonicas omiserit? *Mortale.* Quoties. *Neq; excusatur à peccato etsi restituerit Ecclesiæ quod illâ diè ex beneficio percepit*

sed si vult liber esse à Breviario, dimittat beneficiũ.

Vtrum ad curam Ecclesiæ sui loco substituerit scandalosum, rudem, indignum, *Mortale estq; eius peccatorum complex; neq; absolui potest nisi eum dimiserit, si non possit invenire dignum quem substituat, ipse per se Ecclesiæ serviat, aut si hoc nolit facere, beneficium resignet. ita S. Antoninus l. c.*

Vtrum res aliquis perpetuas emerit de fructibus Ecclesiæ. *Mortale si eas nolit Ecclesiæ relinquere.*

Vtrum dederit indulgentias quas non habet, vel finxerit esse in sua Ecclesia. *Mortale & tenetur veritatem aperire.*

Vtrum reliquias ab Episcopo non approbatas publico cultui proposuerit? *Mortale.* Quoties.

Vtrum sine causa dispensaverit in Ecclesiæ ieiuniis? *Mortale.* Quoties.

Vtrum veras Sagas & Sortilegas in sua Parochia toleraverit? *Mortale.*

Vtrum publica scelera tolerabat in sua Parochia, nec obviabat, pro posse? *Mortale.*

Vtrum aliquem excommunicatum à Papa in participationem admisit. *Mortale & excom. reserv. Papæ. Similiter si eum scienter in officijs recepit* Quoties.

Vtrum operatus sit in causa sanguinis *Mortale,* Quoties. *Irregularis.* Vtrum

Vtrum Superiori aut suo Prælato in re gravi graviter præcipienti non obediverit *Mortale.* Quoties.

Vtrum ad Confessiones audiendas ineptum approbaverit, aut tali Iurisdictionem dederit, aut tolerat cum possit removere. *Mortale, & est particeps eius peccatorum.*

Vtrum iura & privilegia suæ Ecclesiæ non servaverit non defenderit, *Mortale.*

Vtrum nimis durus fuit in concedenda dispensatione quando iustæ causæ allegabantur. *Mortale.* Quoties.

Vtrum ordines per saltum contulerit, *Mortale.* Quoties.

Vtrum sine licentia Papæ contulerit ordines extra tempora? *Mortale* Quoties.

Vtrum in collatione Ordinum aliquid notabile omisit. *Mortale* Quoties, *& si aliquid substantiale omisit debet in alijs quatuor temporibus compensare, non substantialia debet supplere, & taliter ordinatus non debet ordines exercere priusquam suppleatur, neq; hic ignorantia excusat conferentem.*

Vtrum aliquem ordinaverit absq; examine de scientia & moribus, ætate. *Mortale,* Quoties. *excipe eos qui habent privilegium ne circa hoc examinentur.*

Vtrum tale examẽ per ineptos examinatores

tores instituerit. *Mortale* Quoties. *Inepti sunt qui propter inscitiam censentur dare suffragium indignis.*

Vtrum Episcopus per multos annos ex gravi negligentia omiserit conferre Confirmationem. *Mortale.*

Vtrum die Cœnæ Domini consecrare Chrisma, neglexerit, vel non debitam ad illud materiam adhibuerit? *Mortale.*

Vtrum in benedictionibus, Altarium, Calicum, Vestium Sacrarum; ritus notabiliter variaverit? *Mortale* Quoties. *multo gravius erit, si quid horum per Simoniam fecerit, idem de Benedictione Abbatum & Abbatissarum.*

Vtrum in visitationibus debitam adhibuerit diligentiam ut illi præscribitur, inquirendo, si in re gravi fuerit graviter negligens. *Mortale* Quoties. *idem est, si aliquem valde invenit defectu sum, neq; punivit est enim eius peccatorum particeps: unde obligatur vel collaborare ut ille corrigatur, vel alium substituere Notorios concubinarios debet monere, & si non fuerit emendatio secuta, sub mortali obligatur, eos beneficio privare.*

Vtrum fructus Beneficii distribuerit inter non indigentes *Mortale*,

Vtrum iura aliarum Ecclesiarum violaverit. *Mortale*. Quoties.

Vtrum

Vtrum debita iusta ab Antecessoribus in bonum Ecclesiæ contracta, cum possit solver, negligat, *est in statu mortali*.

Vtrum exemptos iniustè molestaverit vel eorum violando privilegia, vel pro audiendis Confessionibus præsentatos idoneos non admittendo, vel sibi reservando casus indebitè, vel ad iudicium trahendo. *Mortale.* Quoties. *Videat etiam quomodo cum Monachis non exemptis & Monialibus agat.*

Vtrum in iudiciis processum iuris neglexerit? *Mortale* Quoties.

Vtrum dederit licentiam laico Clericos incarcerandi, puniendi, excepto casu quãdo ipse non habet modum puniendi. *Mortale & est excomm. cap. ut famæ. extrav. de sent. excomm. Item neminèm suâ manu debet verberare neq; Clericum per laicos.*

Vtrum testamenta & ultimas voluntates in pias causas, impleri non curaverit? *Mortale.*

Vtrum dispensaverit in votis, iuramentis irregularitatibus absque causâ rationabili, vel in quibus non potuit *Mort.* Quot.

Cæteræ obligationes Episcoporum ex Trident sess. 24. cap. 2 sunt Ordines conferre & Beneficia. Consecrare vasa sacra, loca, Moniales, interesse divinis officiis saltem diebus Dominicis Cap. Episcopus de Consecr d. 3. Prædicare per se, vel per idoneum; celebrare Synodum

dum singulis annis. & Concilium Provinciale statuto tempore accedere. Providere de idoneis Ministris, Vicario, Oeconomo, Notario, de idoneis Theologis, Canonistis quorum se consilio iuvet. Singulis annis Chrisma conficere, personaliter residere. Redditus superfluos applicare Ecclesiæ vel Pauperibus, honesto tantùm sibi victu relicto. Magistros scholis providere, visitare in urbe limina Apostolorum. Constit. Sixti V. Romanus Pontifex Si est ex Religione assumptus, tenetur ea observare quæ Episcopali muneri non repugnant, & si officio suo non potest satisfacere, tenetur id resignare. Cap. iam pridem, de renunciat.

Parochi verò & alij Curati cum sint adiutores Episcoporum tenentur eadem proportionate observare & quidem iuxta Trident. Professionem fidei emittere, residere, prædicare, docere Cathechismum, Sacramenta ministrare, Eucharistiam decenter asservare: infirmos Parochianos visitare; concionari, & alia quæ illis præscribuntur in rubricis & agendis ad quas se quilibet reflectat quomodo illis satisfaciat ut & conscientiæ suæ & Confessioni satisfaciat, insuper videat.

Vtrum tempore festivo suos Parochianos deseruit non substituendo alterum æque idoneum, qui esset cum æquali illorum solatio. Mortale. tale etiam est peccatum in gravi eos necessitate spirituali deserere.

Vtrum

Vtrum sit lapsus cum sua filia spirituali: hoc est cum ea quam de Baptismo vel confirmatione suscepit, imò iuxta multos, DD. si cum ea cuius Confessionem audivit. *Mortale* Quoties. *Olim* 12 *annorum pænitentia pro hoc crimine imponebatur.* 30 *q.* 1. *Si quis Sacerdos. Et augebatur quando pænitens in agenda pænitentia negligens apparebat. Lerdensis Synodus c.* 1. *Si qui altario vel si relupsi fuerint. Epaonensis Synodus Cap,* 23 *& in monasterio debuit esse ad mortem, & si id Episcopus admisit* 15 *annis pænitebat, Mulier verò detrudebatur ad monasterium usq; ad mortem Cap. Si quis.*

Vtrum Beneficium per Simoniam Parentum aut Amicorum acquisierit? *Mortale, & debet illud relinquere nec aliter absolui potest, Cap. ex insinuatione. Nisi in fraudem data esset pecunia ut sic Beneficio exueretur. Cap. Nobis de Simonia. Quodsi Adolescens taliter Beneficiatus ob metum reverentialem Parentum non possit resignare, non poterit absolui nisi habuerit animum quamprimum poterit resignandi, & fructus ex eo perceptos restituendi. Idem est de eo qui non habens animum ad statum Ecclesiasticum, coactus à Parentibus vel alijs accipere Beneficium.*

Vtrum gestando Eucharistiam aliquid

carnale egerit? *Mortale Sacrilegium.*

Vtrum Missam celebraverit sine sumptione Sacramenti. *Mortale olim per annum pænitebat sine communione. Cap. Relatum. de consecr. d. 2.*

Vtrum beneficium obtinuit causâ falsâ allegatâ quod aliàs non obtinuisset? *Mortale, & tenetur ad resignationem illius, & fructuum perceptorum restitutionem.*

Vtrum pro Oratione exegerit pretium? *Mortale. Simonia est in qua non est locus venali, quia res divinas pretio corruptibili æstimat, & tenetur restituere, non illi qui dedit, sed vel pauperibus vel Ecclesiæ in cuius damnum dedit, quod maximè vrget, quando antecedenter pactum fuit. Non dabo tibi hoc Beneficium, hanc rem sanctam nisi dederis hoc, vel hoc. Non dicam preces nisi mihi solveris pro illis. Incurritur Simonia, sive dederis vt pro te obtineas Beneficium, sive vt pro alio. item si aliquid acceperis pro Baptismo, Communione, Confirmatione, Benedictione nuptiali, Extrema vnctione tanquam pro rebus Sacris, idem de Iurispatronatu, electione, præsentatione ad Beneficia.*

EXAMEN IUXTA SYNODOS IN POLONIA HABITAS.

AN ad Parochiam sine examine institutus? & institutio nulla, & ea quæ ipsam seqvuntur. & ad possessionem inhabilis. Syn. Crac. Szysk.

An in Parochia non resederit? p. m. nec fructus facit suos non enim sufficit per Vicarios, laborare, alioquin satis esset per Vicarios manducare ibid.

An in Templo cantum permiserit voce diversâ. An cãtibus vsitatis aliquid immisceri. An summum Sacrum vltra meridiem protraxerit?

An pulsum ter in die consvetũ omiserit?

An habeat Antiphonarium, Psalterium, Graduale?

An in Missa Rorate, sequenti id in choro addi permiserit, quod non est in Missali.

An instrumentis iusserit cantari Credo, cum hæc professio fidei voce sit exprimẽda? post Elevationem vult esse silentium Syn. Crac. & totum Ite Missa est, debet cantari versâ ad populum facie. Item an Rorate citiùs incipiat quã vnâ aut sesqui horâ ante solis ortũ.

An Diaconus Subdiaconus, præſente Sacerdote baptiſaverit?

An in baptiſato ſine cæremoniis, cùm illas deinde ſupplet, etiam exorciſmos ſuppleverit? hi enim omitti debent. Syn. Cr.

An Parochus inſtruxerit obſtetrices modum baptiſandi: & quod citra periculum baptiſare non debent.

An in Sacriſtia, obſcuro, domo privata Confeſſiones exceperit. S. Prov.

An docuerit populū præcepta Eccleſiæ?

An Parochus Vicarium non approbatum ab Epiſcopo ad audiendas confeſſiones expoſuerit.

An Matrimonium pomeridiano tempore fieri permiſerit? eſt contra Syn. Crac.

An noverit bene Parochus impedimēta Matrimonij?

An Sacra Olea in ciborio ſervaverit? debent enim ſervari ad cornu epiſtolæ loco decenti. Et afferri debent ex Cathedrali per conſtitutos in Sacris, An illis majorem partem olei non conſecrati miſcuerit? S. Cr. vetat.

An providerit ut in hoſpitali ſeorſim ſint viri & fæminæ? Viduæ. ad illud admiſerit, robuſtos, Sanos? an eos orare docuerit? ibid. neceſſaria ſalutem docuerit?

An

An Parochus vindicaverit bona Hospitalis?

An jura Ecclesiæ, Parochus ut iuravit, defenderit, bona recuperaverit vel ipse amiserit?

An res Clerici defuncti integrè servaverit? occultaverit? talibus statuit latam excom. & ut quatruplū reddant Syn. Crac.

An summam in qua census erat constitutus, in suum usum verterit? S. Crac.

An res Ecclesiæ etiam pro reparatione Ecclesiæ oppignoraverit? S. Prov. Iubet tales Beneficio privari.

An resignati Beneficii à se, iura sibi retinuerit? vel summas Ecclesiæ consūpserit?

An Parochus unum librum habeat, alterum Vitricus. in quo summæ & expensæ scribantur?

An fructus vacantis Ecclesiæ sibi appropriaverit?

An bona in arendam dederit sine licentia Episcopi?

An leges de anno gratiæ servaverit?

An plus iustò exegerit, pro sepultura, campanis, & ante officia persoluta?

An die Dominico, uel festo ad populum aut Duplici non priùs peractis, omnibus, Missas, exequias celebraverit. Syn. Crac.

An ſignum orandi pro Defunctis dederit Veſpere?

An curaverit ut Iudæi ſe domi contineãt cùm fit proceſſio: vel SS. Euchariſtia ad ægrum defertur? Syn. Prov. An noctu pro ceſſiones inſtituerit ſine ſufficienti luce?

An plus exegerit quàm partem quartam funeralium quando non in ejus Eccleſia aliquis ſepeliebatur?

An die indulgentiarum permiſerit in cæmeterio, vel circùm, fieri propinationes potuum, & eſculentorum venditiones? quomodo huic malo occurrendum, vide Syn. Szyſzk. pag. 150. & indulgentiæ non poſſunt priùs publicari, quàm Epiſcopo præſententur Clem. VIII.

An reliquias novas cultui publico expoſuerit non reviſas ab Epiſcopo? aut permiſerit tangi etiam oſculo immediato à laicis, an eaſdem in S. Ciborio ſervaverit? an per civitatem & domos circumtulerit tempore ſtrenæ præter illas quæ Cruci ſunt incluſæ? & an eas in privatis, vel proprijs domibus reliquerit? Syn. Szyſzk. p. 152

An imagines nudas, ut ſunt Euæ & Adami, in templo propoſuerit, vel alias errorem continentes ut S. Annæ cum tribus viris. B. Virginis annunciatæ ad quam infans Chri-

Christus delabitur, nam non in corpore est delapsus, sed ex illa corpus assumpsit. Item B. Virginis habitu nimis sæculari, itē M. Magdalenæ ad crucem seminudæ & in vestibus prioris vitæ. Christus D. non debet in Agni. specie pingi, sed hominis, ita Adrian P. An ceram quæ dicitur Agnus Dei coloribus inumbrauit? est supra hoc excomm. Greg. XIII. ipso facto.

An toleraverit in tabulis sepulchrorum quæ calcantur, imagines Sacras exsculpi; idem est de pauimento? nec tolerari debent enim alia Sanctis appicta, quæ non sua in illorum historia, nec pingi debent Sancti ad effigiem hominis alicuius vivētis S. Crac.

An procuraverit in viis publicis erigi Cruces?

De Confraternitatibus vide statuta Szyszkov. cap. 48.

An in concione aliquem apertè vel tacitè monstraverit, cùm in vitia inveheretur? Qui reprehendit Episcopum, ipso facto est excomm. reserv. Papæ Leo X. Regulari qui Clerum perstringit, concio potest interdici ab Episcopo, sæcularis si id faciat, puniri ampliùs poterit. plura de hac re Synode Szyszkov. c. 52. In Missæ medio pro

mortuis poreſt dici de morte in communi; ſed laudatio mortui poſt Miſſam fiat ibid.

An ad judicium venerit cum auxilio ſæcularium ibid. c. 54.

An coram iudicio ſæculari iuraverit? eſt ſuſpenſus. Syn. Prov.

An eos in loco ſacro ſepeliverit, qui occiſi in duello, item adiutores & cōſiliarios eorum, ſi in hoc peccato deceſſerunt, nam ſunt excomm. ſive Solennia, ſive priuata fuerint duella, Greg. XIII.

An Cenſuram per annum ſuſtinuerit? contra talem poteſt procedi ut contra Hæreticum, & ſi ante annum elapſum quærat abſolvi, iuret ad S. Dei Evangelia ſe mandatis Eccleſiæ pariturum.

An Magiſtros Scholarum, Vicarios, Cantores, Campanatores receperit qui fidei profeſſionem non fecerunt.

An acceptá poſſeſſione Parochiæ ultra annum diſtulerit ipſe ſuum Sacerdotium, ipſo facto eſt privatus, & fructus perceptos debet reſtituere.

An aliquem, qui promiſſis capillis, veſte non talari, ad Miſſam celebrandam ad miſerit Syn. Crac.

An mercaturam exercuerit? aut potus extra domum vendiderit, An apud Domi-

num

num sæcularem, egerit Factorem, Villicum, Oeconomum, Pædagogum, Syn. Crac. hæc vetat.

An pro exercitio Sacramentorum & sepultura exegerit? pœnæ simoniacorum subiacet. ibid. An SS. Sacramentum sine facultate publicè exposuerit vel cùm deferretur processionaliter aliquid quod non in eius esset laudẽ, cani permiserit. ibid.

An suos docuerit Parochus dum bãnas denuntiaret, ad impedimenta matrimonij detegenda esse obligatos. ibid.

An decimarum restitutionem in aliud opus pium commutaverit?

An exorcismos exercuerit sine facultate?

Religiosi videant, Synod. Pet. Gemb. Cap. 58.

An Capellanum apud sæculares egerit sine facultate Episcopi. Syn. Crac.

An aliquos ritus in Divinis servaverit, quos non adhibet Ecclesia?

An hominibus alienæ Parochiæ Sacramenta administrârit sine consensu proprij Parochi? An absoluerit à peccatis, à quibus non potuit?

An imagines quasi miraculosas, nec approbatas, pro miraculosis exposuerit de prædicaverit? aut etiam approbatas, in-

tentione præcipuâ lucri temporalis? An attenderit ut in sua schola doceretur Catechismus.

An Parochus habeat libros quos debet habere ex præscripto Syn. & Visitatorum.

An deseruerit Provisionem ad quam ordinatus? p. m.

An ordinatus sit ad fictam provisionem vel commendationem.

An in acceptione Beneficij Professionem fidei omiserit p. m.

An Ordines acceperit sine prævia confirmatione.

An transeundo ex vno Beneficio ad aliud, abstulerit secum res clavo affixas, aut humo infixas? est contra Const. Synod.

An aliquem absolverit à Casibus Bullæ Cænæ? p. m, & est excomm. Papalis.

An bona Ecclesiæ vel fructus in Arendam dederit sine facultate Episcopi.

An bonis Ecclesiæ vsus ita acsi ille esset eorum Dominus, cùm, vt Synod. Provin. nullus bonorum Ecclesiæ sit Dominus sed dispensator.

An Confessiones excipiendo, auditis gravioribus peccatis spuerit, Crucis signum fecerit &c. sic enim violavit sigillũ.

An Ordines sumpserit in ætate debita,

cum prævio examine & alijs quæ ibi servari debent.

An existens Subdiaconus aut Diaconus, singulis Dominicis & festis solennioribus communicaverit, id enim requirit Trid. sess. 23. cap. 13.

An locum ad quem ordinatus, deserverit sine licentia Episcopi, huic iniuncta pœna suspensionis ibid. c. 16. ac ipso facto Interdictus, Synod. Provin. An provisionem primam deseruerit, non habendo vnde viveret, talis enim resignatio nulla & neque ad resignandum causa sufficiens quòd vocetur ab alio Parocho, proposito maiori salario, sed debet vel Religionem ingredi, vel Beneficinm cum institutione acquirere, Synod. Szyszkov. pag. 86.

An habitum, crines tonsos habuerit, ut præscribit Synod. Węzyk. & tempus quod supererat sacræ lectioni tribuerit. ibid. in suppellectili luxus non fuerit, in familia mores dyscoli: quod supererat an dederit pauperibus: tabernas adierit, & convivia ubi sunt fæminæ. An suam famulam vetulam in eodem hypocausto secum habeat. An sit Arendarius, præfectus sæcularium. An iudicijs capitalibus, aut supplicio interfuerit nisi serviendo. An Capellanum

 egerit,

egerit, præsertim fæminarum sine licentia Episcopi. ibid.

An pro occultis peccatis imposuerit pænitentiam publicam? sic enim revelavit.

An de vsuris statuta, explicaverit præscripto tempore? Synod. Prov. hoc iubet.

An ab Vsurarijs manifestis oblationes acceperit? vel eos ad communionem altaris, aut si in hoc peccato mortui, ad sepulturam Ecclesiasticam admiserit? ibid. & in Syn. Szyszkov. talem suspendit ab ordinū executione, ad arbitrium Episcopi. & vsuarij publici, iuxta eandem Synod. tamdiu debent denuntiari, donec restituerint.

Archidiaconi videant Synodi Szyszkov. Cracov. cap 5 & 6.

An Decanus ruralis habeat suas Synodos?

An Bullam cænæ publicaverit & explicaverit, præsertim feriâ quinta Sanctâ. Synod Prov.

An Beneficium resignaverit non ob has causas, quia senex, valetudinarius, corpore impeditus aut vitiatus, criminis obnoxius, censuris irretitus, non potest aut non debet beneficio inservire, aut quia plura Beneficia obtinet. vel quia paulò post religionem ingressus, vel quia ob capitales

inimi-

inimicitias eo loco subsistere non potest, & hoc sine fraude, pactione Simoniaca sine vllo pacto cum Patronis assumendo certos Successores S. Synod.

An ædificia templi & Beneficij negligat.

An sine facultate Episcopi coram suo Notario resignaverit? resignatio irrita. Syn. Szysz. & Notarius excommunicatus, & præsentatio inde secuta, nulla Syn. Szyszk.

An decimas colligere distulerit cum damno proximi.

An dissimulaverit actu cum Iudæis qui permixtim habitant cum Christianis, item qui in obsequio habent famulos, vel famulas, vel adhibent nutrices Christianas.

An ad Scholam vagos Scholares admitti permiserit.

An fidem professus ante susceptionem ordinum, Syn. Prov.

An de manu laici acceperit Beneficium? si non reliquerit, fit inhabilis ibid. Quod dat, vel legat Clericus Concubinæ, vel eius filijs ex fructibus Ecclesiæ irritum est. ibid.

An oraverit pro Defunctis ut statuit Synod. Prov. fol. 179.

An induxerit aliquem ut in sua Ecclesia sepeliretur? est excomm. idem est, si induxit eum qui voluit in certa Ecclesia sepeliri,

ad non mutandam hanc voluntatem, & qui ſepeliunt eum apud ſe quem ad hoc induxeruut, totum debent intra dies decem illi Eccleſiæ reſtituere, in qua alias fuiſſet ſepultus, alioqui Eccleſia eorum eſt interdicta ibid. fol. 180.

An ſine clauſura reliquias habeat & S. Olea, vel fontē Baptiſmi, debet per tres mēſes ab officio ſuſpendi. f 230 plura f 232.

An ſupplectiles profanas permiſit in templo ſuo deponi extra caſum hoſtis aut incendij.

An adſtiterit alicui Matrimonio coacto? qui cogunt, ſunt excom. f 251. Pro Sepultura nihil exigi poteſt, etſi conſvetudo eſſet exigendi, ſed accipi poteſt quod ſponte offertur fol. 257. Non licet à Iudæis carnes emere, nec illas comedere, ſaltare 204. plura ibidem de Iudæis, & iſti Parocho ſolvant omnia quæ ſolvunt alij Chriſtiani, non teneant officia publica, aut telonia, non balnent apud Chriſtianos, numerus eorum ſit circumſcriptus, Synagogas veteres non reparent, novas præſertim ex muro non erigant, neq; extra ſuas domos merces vendant, in Chriſtianos non habeant iuriſdictionem. Die feſto non laborent publice, ibid.

An

An Hæreticos, Schiſmaticos, Infideles domi ſuæ foverit.

An decimam alienam rapuerit? debet in triplo reddere.

An abſolverit excomunicatum pro contumacia ſine prævio iuramento de parendo, & ſatisfaciendo, qui pro offenſis excomm. debet priùs ſatisfacere, etſi pars læſa deſit deponat pignus aut cautionem, aut ſaltem iuret ſe intra menſem ſatisfacturum. Nam ſi hæc non fecerit Sacerdos, ipſe damna reſartiet. Syn. Prov. fol. 245.

An ſepeliuerit in loco interdicto? eſt excomm. eandem incurrit ſepulturam procurans & vtriq; ſunt reſerv. Epiſcopo, neq; abſolvi poſſunt, antequam cadaver exhument, & locus reconcilietur, & fiat ſatisfactio. ibid. fol. 346.

An baptiſterium aliquando mundaverit, aquam percolaverit? id enim debet facere.

An Parochus etiam cum periculo vitæ non recuſarit audire peſte infectos Parochianos.

An in Patrinum admiſerit, Hæreticum, aut Schiſmaticum.

An permiſerit ingredi Eccleſiam cum ſclopis, avibus, canibus venatorijs, talibus intentatur excomm. & hoc monitum debet affigi ante Eccleſiam.

An

An pro defunctis fecerit vigilias in quatuor temporibus? ibid.

An imagines Sanctorum curaverit pingi non habitu antiquo ibid.

An aliquas venditiones, locationes, donationes, concessiones, permutationes, emphytheuses, fecerit absq; scitu Episcopi?

An occisorem Clerici absolverit? is enim à solo Episcopo absolvi debet. Syn. Pr. 323.

An primam Missam post assumptos ordines vltra sex menses distulerit, vel pro illius diei convivio mendicaverit? vtrumq; est prohibitum in Syn. Prov.

An Missam vbi est opus clarâ voce legerit? ibid. 227.

An supellectilem domesticam in Ecclesia servaverit? ibid. 230.

An traxerit Clericum ad forum civile. si in causa civili id fecit, causam amisit, si in criminali, subiacet depositioni 113.

An confessionali habeat affixum, indicem Casuum reservatorum, vt præcipit Syn. Prov. Lub.

An Ecclesiam deserverit sine facultate Episcopi in scripto, ad quam ordinatus est præsertim pro Vicario, hanc enim stabilitatem ante Ordines iurare debuerat coram Actis. ita Syn. Prov. Lubien. fol. 13.

& Macieiov. prohibet id sub suspens. ab Exercit. Ord. & an talem receperit.

An gratias, Villas, decimas à mensis Episcopalibus dependentes retineat, quamvis non amplius sit Canonicus? est cont. S. Pr.

An cum sæcularibus convivia in longum traxerit? potaverit? chartas lusorias tractaverit, tesseras? S. P. Lubin. vetat.

An publicaverit, quòd sub pæna excõmun Episc. non liceat famulari Iudæo vel sub eodem tecto habitare & quòd tamdiu debeat arceri ab ingressu Ecclesiæ & Sacramentis quamdiu quis Christianus illis servit. S. Premysl. an. 1636.

An bona Ecclesiæ anticipatâ solutione locaverit, id enim tendit in præiudicium successoris? ibid.

An concesserit aut ratum habuerit, ut Græci Schysmatici baptisarent, Matrimonia benedicerent & alia Sacramenta ministrarent, est mortale, prohibet Syn: Prem. sub suspensione, ad semestre &c.

Sepultura Ecclesiasticâ iuxta SS. Canones fructantur.

1 Hæretici, aut, infantes sine baptismo mortui. 2 Manifesti vsurarii, in hoc pec- mortui. 3 Qui non confessi absq; nec communicati saltem in Pascha,

4 Religiosi proprietarij. 5 Sæculares qui decimas non soluunt, & in hoc peccato decedunt. 6 Blasphemi in Deum & Sanctos mortui sine pænitentia à Canonibus præscripta. 7 Perimente, qui seipsos occiderunt. 8 Mortui in duello, torneamento pugna cum bestiis. Mortui in excomm. etiam iniusta. 10 Qui vivens fuit Ecclesiæ ingressu prohibitus. citationes Canonum vide pro singulis in Syn. Premysl. Anni 1621 An Conciones die festo ad populum omiserit, vel illis fabulas aniles, somnia, vel parum authentica exempla, miraculorum non declaratorum publicationem inseruerit, aut ab aliis interferi passus iuerit? An scripturam S. alieno & non probato à Patribus sensu allegaverit? Premysl. anni 1641.

His addo ex Bulla Greg. XIII. An permiserit Iudæum Medicum, aut alium infidelem medicum ut accederet ad Christianum? & an de hac te Bullam publicaverit initio Qvadrag. tales admittentibus nec Sacramēta debēt dari, nec Sacra sepultura.

His addo ex Lessio de testam, dubit. 4 An de bonis quæ supersunt ex Beneficio vltra congruam sustentationem, testamento inscripserit aliquid ad causas profanas

phanè, aut consanguineis divitibus reliquerit, vel permiserit in talia bona succedere ab intestato? peccatum est mortale iuxta communem DD. quale est etiam peccatum de his disponere prophanè inter vivos Item.

An Venerabile Sacramentum sine facultate Episcopi publicè exposuerit. Est contra S. Cong. An particulas ex reliquijs templi avulserit? est excomm.

An tempore Messis festa in diem Dominicam transtulerit? id vetuit S. Congr. 1634 Ian. 21. sed concessit Episcopis, ut illis festis dispensent in labore, & Leo x Parochis 1515.

An benedictionem post partum dederit mulieribus inhonestis, Vetat id. Synod. Posnan. 1642.

An ad vicinum morientem Parochum accurrerit, ut cum disponeret, & res intestati coram dignis fide testibus retulerit in inventarium. ibid.

An in causis ad forum Ecclesiasticum spectantibus recurrerit ad Iudicem laicum? iuxta cit. Synod. sunt fori Ecclesiastici, Fides, Hæresis, Schismatici, Blasphemiæ, Apostasiæ, Sacramenta, Beneficia. Decimæ, Matrimonia, Simonia, Vsura,

Præsbytericidium, Sacrilegium, Maleficia, Incantationes, Sortilegia, censús & redditus Ecclesiæ, Legata ad pias causas, Miserabilium causæ in materia Ecclesiastica, Delicta in inpersonas Sacras. His adnectuntur, Iuspatronatùs, præeminentiæ quoad scamna & alia in templis, dos post divortium. aut vim aut raptum, invasio hominis aut rei in fundo Ecclesiastico, Typographia, & Bibliopola, Mixtifori sunt testamenta, & vltimæ voluntates non ad pias causas. Hæ mixtæ causæ possunt iudicari & in foro civili & in Sacro, sed ubi inchoatæ fuerint ibi debent finiri. Clerici pr o illatis sibi iniuriis in alterutro foro agere possunt. Greg. XIIII concessit 1577 Ap. 8. Clericis in Polonia ùt possint Hæreticos, ac malefactores etiam criminaliter & mixtim per Procuratores accusare & instare ad pænam sine pericnlo excomm. aut irreg. aut inhabilitatis, aut privationis Beneficij, aut aliis pænis.

An absolverit aliquem ante actualem restitutionem Decimarum, vel proventuum Parochialis. est contra Trid. sess. 22. de Reform. c. 10.

An pro approbatione ad confessiones aliquid exegerit? est Greg. XV Inscrutabili.

An

An electioni Abbatissæ præsedit cum impensa monialium. Ibid.

An provisionem dimiserit sine scitu Officialis ruralis? Syn. Arch. Gnez. 1643

An citationem executori eripuit, vel suppressit est excommunicatus, & pro convicto habetur ibid.

An cadavera semiputria effodit, est vetitum sub excomm. ibid.

An Eucharistiam exposuerit ita ut S. Hostia videretur, & causa non publica vel ab Episcopo non approbata, vetat id Cōg. Conc. 1613. Maj 27

An Parochus Rosarium induxerit sine licentia Episcopi Syn. Prov. 1634.

An tubas vel tympana adhibuerit in Ecclesia ibid.

An claves Sacrarii non Sacerdoti commiserit Syn. Arch. Gne. 1643 Vilnen. 1686

An emphyteusim cōcesserit præterquam in casibus à jure expressis & ab antiquo cōcedi solitis: & nisi ante tres menses recuperaverit, est suspensus ab Officio & Beneficio si sit Abbas vel Episcopus. Minores istis ipso facto privantur Beneficio absq; alia declaratione, nec iisdem rursus conferri potest. Paulus II Ambitiosæ

An quæ offeruntur permiserit poni in altari. Syn. Viln. 1586.

An in cæmeterio permiserit potus vendi ibid.

An Curatus non resederit, vel non satisfacerit piis Legatis, est reseru. Episcopo ibid.

An novi Monasterii susceperit fundationem sine licentia Episcopi: actus est nullus. Bonif. VIII ipsi verò Regulares ipso facto sunt excomm. reseru. Papæ, neq; liberi sunt ab ea priusquam in scripto exhibuerint Episcopo absolutionem Synod. Vil. ibid.

An sine consilio Episcopi prosecutus sit iura de censibus, aut decimis, aut Bonis Ecclesiæ. debent puniri sequestratione fructuum Beneficii. ibid.

An Medico Infideli vsus. Greg. XIII.

An fidei professionem omiserit in sui institutione, fructus non fecit suos, Synod. Chelm. 1624 Et hoc ad Vicarios extenditur. Chelmen. 1624.

An iuraverit cùm institueretur, se nihil pro beneficio dedisse, aut promisisse, nullum páctum illicitum fecisse. Syn Pr. 1621.

An Curatum tenuerit cum Cathedrali, sunt incompatabilia. Trid. sess. 24 cap. 17 de Reform.

An Baptismum in privatis ædibus ministraverit sine licentia Episcopi Patrinos in

illo

illo adhibuerit, Hæreticos, Schismaticos, & eos qui intra annum non sunt confessi, excommunicatos, Catechismi ignaros, extra gravem necessitatem, an aquam manu infuderit, & non vasculo ad hoc designato & defluentem non in piscinam, sed in ipsum fontem refuderit.[d] Synod. Chelmen. 1624.

An absolverit usos rebus Sacris ad superstitiones, procurantes abortum publicas usuras exercẽtes, decimas rapientes. legata in pios usus detinentes, testamentorum suppressores, sunt reserv. in Diæc Chelmen.

An adstiterit Matrimonio in quo Sponsi ignoraverunt mysteria fidei, vel altera pars fuerit Schismatica. imò cum unitis Matrimonia fiant ratissimè propter festorum celebrationem, & à Parocho Latino debent benedici. Si Popus assistat Matrimonio latinorum, est clandestinum. Synod. Chelm. Anno 1624.

An Missam statim dixerit pro defuncto Episcopo Parochus, & quotannis antequam sit Successor. ibid.

An pro sepultura nimis exegerit, & duplum non restituerit. ibid

An resignationem Beneficii fecerit non coram Episcopo est suspensus & resignans

iurare debet, quòd id fecerit, sine dolo, fraude, & Simonia. Statuta Provin. Gnes. sub Iacobo Archiep. 1520.

An ordinandus ei confessus fuerit, qui designatus fuit ad absolvendum etiam à reservat. Episcopo ibid.

An Curatus abfuerit per sex menses à suo Beneficio? suspenditur, priùs tamen ter debet moneri & si adhuc absit absq; iusta causa, privatur ibid.

An Archidiaconus acceperit pecuniam à non visitato, tanquam visitavisset, vel pro retentione concubinæ, est excomm. & circa hæc processus eius nulli. ibid.

An per metum dederit absolutionem á censuris, quibus dedit, sunt excomm.

An Clericus traxerit Clericum ad forum laicale? ipso facto amittit causam, & si hoc fecerit in criminali, deponatur. Si laicus trahat Clericum in causa personali, vel non pertinente, est excomm. Iudex si aut Clericum in his quæ ad eum non pertinent, aut condemnet, est excomm. & sententia nulla. in civilibus non iudicat Clericus causas laicorum nisi miserabilium. non trahat ad suum forum laicos subditos Ecclesiæ sub excomm: si eos incarceravit, locus est inderdictus donec eos dimiserit. ibid,

An Patronum principalem Ecclesiæ curaverit in tota Parochia celebrari ibid.

An Canonicus & Prælatus iutaverit se obseruaturum consuetudines Ecclesiæ, & moniturum de his quæ possunt obesse. & idem est de Episcopis. ibid.

An Clericus fecit iuramentum apud laicos sine licentia Episcopi. si hoc fecit Præsbyter, incarceretur, alius excommunicetur ibid.

An notarius laicus vel Clericus antequam se præsentavit Episcopo vel Capitulo instrumenta fecit, & hæc sunt nulla, & ipse excommunicatꝰ. Si dedit chartas, quas vocant, blancas, & illæ sunt nullæ, & ipse est excomm. qui eius instrumentis utitur, est excomm. ibid.

An Prælatus, ut debuit, maiorem coronam gesserit, quam inferiores? ibid.

An è Religione in Episcopum assumptus habitum Religionis deferat? ibid.

An suspensus ab officio celebravit, & privetur Beneficio, & deponatur, à solo Papa absolvendus ibid.

An detulerit annulum non habens ius ad illum, & annulo privandus per Episcopum, & ad valorem annuli cogatur ad dandam pauperibus eleemosinam, & donec

 dede-

dederit interdictus est ab ingressu Ecclesiæ. & idem est de illis qui gladios extra iter deferunt. ibid.

An monitus non deseruerit concubinam, debet per mensem incarcerari. & si non desistit, ipso facto privatur Beneficiis; si ea non habet per annum incarceretur, & fiat inhabilis ad exercitium Præsbyterii & & ad Beneficium, ac tandem ex diæcesi expellatur. ibid.

An Curatus, etiam non Sacerdos, sine licentia Ordinarii extra diæcesim abierit: si per semestre ibi moratus, à fructibus Beneficii est suspensus, & si per aliud semestre absuerit, est privatus, & debet alter institui. ibid.

An quodcunque Beneficium de manu laici acceperit, est ad illud inhabilis, nisi Papa, vel Archiepiscopus dispenset: & ipso facto est illo privatus, præcipitur etiam laicis in virtute S. Obedientiæ & sub excom. ipso facto ne tali faveant, communitati verè sub interdicto. Quem autem Laici per potentiam contra alium promoverunt sunt excomm. ibid.

An Clericus, vel laicus rapùerit bona viventis vel mortui Clerici est excomm. ibid.

An Episcopus bona Ecclesiæ alienaverit. tot. suspensus à Pontificalibus. ibid.

An sculcetiam vnam in plures diviserit. ibid.

An iuspatronatum oppignaverit, vendiderit, est simonia. ibid.

An quid testamento inscripserit concubinæ, vel spurio de anno gratiæ, vel bonis Ecclesiæ acquisitis. est irritum, & debet reddi Ecclesiæ ibid.

An de bonis intestati Clerici, primò solverit debita, & familiæ & exequias, tùm residum in tres partes diviserit, ex quibus prima spectabit ad fabricam eius Ecclesiæ, altera danda pro anima defuncti, tertia successori. Si aliquid ex his Executor pro se retinuit, de suo duplum reddat in prædictos vsus. id verò si fecit Successor, pars illius spectabit ad Ecclesiam. Sed executio non fiat ante confectum inventarium, & si illi non est præscriptum tempus, non differetur ultra annum. Qui impediunt quorumvis vltimas voluntates, sunt excomm. & loca interdicta. ibid.

An pro anima defuncti Episcopi, vel Archiepiscopi existens Prælatus vel Canonicus Cathedralis sex Missas & totidem vigilias quamprimùm dixerit. pro æquali

verò eadem trina, per se vel álium ib.

An induxit aliquem ut in sua sepeliretur Ecclesia? non in ea sepeliri debet, sed in ea in qua alias de iure: alias debebit restitui corpus, si id petatur. & omnia cum illo intra dies decem, & donec fiat integra restitutio Ecclesia & cæmeterium sunt interdicta. Plebanus vel Vicarius, si ex aliena Parochia sepeliat sine licentia, marcam solvet fabricæ Cathedralis. & puniatur per Episcopum, nisi fuisset sepultus Præsbyter, vel Patronus, vel Peregrinus qui ad suam Ecclesiam commedè transferri non potuit, aut notabilis huius Ecclesiæ Benefactor. ibid.

An satisfecit iuramento quod fecit coram Episcopo post sumptos ordines nulli se ministraturum sine licentia Eucharistiam aut Pænitentiam, qui sit de aliena Parochia ibid. & si hoc non publicavit, suspendetur. ab officio & Beneficio ibid:

An impedierit decimas, etiam laicus, est excomm. & nisi intra mensem satisfecerit, locus est interdict. ibid.

An statim post messem collegerit decimas? si differt. denuntietur ipsi primo. deinde post biduum secundò, & rursus post biduum tertiò, & elapsis tribus diebus,

libere

liberè devehentur ad horreum fruges, relictâ in campis decima ibid.

An Abbas vel Abbatissa creata sit post factam dudum professionem, alias amoveri debebit ib.

An Prælatus Apostatas à Religione capi & in carcerari curaverit? sponte verò redeuntes benignè receperit. ib.

An sub eadem professione manentes simili vestitu usi? Monachorum Prælati si absq; habitu incedant, ipso facto prælaturam amittunt ibid.

An Parochus in Capellania vltra dies octo retinuerit Monachum? est suspensus Episcopo reseru. ib.

An defuncti Parochi bona rapuerit Patronus? est pro illa vice suspensus à præsentatione, ut libere cui vult possit conferre Episcopus aliàs & præsentans & præsentatus excommunicentur, ibid.

An Patronus factâ pactione simoniacâ præsentaverit; pro illa vice amittit ius præsentandi, & Episcopus cui vult conferat, præsentatus verò ad Sacros Ordines & quævis Beneficia, est inhabilis, ibid.

An in maiori Altari Cathedralis celebraverit, cùm non esset eius Canonicus, ib.

An factus, Abbas, Præpositus, Benefi-

ciatus, susceperit intra annum Præsbyteratum, & infra sex menses post susceptum celebraverit, & postea saltem in festis solennioribus, alias Episcopus quovis anno solvat marcas 100. Abbas non exemptus 25 alij Beneficiarij decimam partem fructuū, cuius dimidium fabricæ illorum Ecclesiæ cedat, reliqvum huius pœnæ Executori, ib.

An laicus in necessitate baptisans nomē imposuerit infanti hoc enim spectabit ad Sacerdotem quando cæremonias omissas supplebit. Sed exorcismum supplere non debet, ibid.

An incautè servaverit fontem Baptismi, vel SS. Olea vel Eucharistiam, talis tribus mensibus debet ab officio suspendi. ibid.

An vestes Sacras immundas habeat, talis marcam luat. ibid.

An Vigiliam S. Mathiæ in aliam diem transtulerit in Bachanalibus? ib.

An templum ædificaverit, vel transtulerit, non posito priùs lapide ab Episcopo, debet dirui. Suffraganei hunc lapidem non ponant, neq; consecrent Ecclesiam sine licentia Episcopi, qui priùs videat dotem & supellectilem. Pro lapide Collegiatæ speciali opus licentia. Dos sit in scripto sub sigillo Prælati & Patroni, decimæ certæ, & earum valor.

An

An vitricos Ecclesiæ elegerit infra Oct. Nativit. D. adhibito ad hoc Patrono, vel si hic desit. duobus primarijs Parochianis, vitrici præsente Parocho dispensabunt pecuniam in vsus Ecclesiæ & contra & perceptas inscribent & à quo infinæ verò anni tradent successoribus & Parocho, ac rationes reddent, quarum vnus liber sit apud Parochum, alter apud vitricos, ib.

An confugientē ad Ecclesiam extradidit non præcavendo ne puniretur pæna sanguinis? ibid.

An iudicia Ecclesiastica impediverit, est excomm. neque absolvi potest priusquam satisfecerit, cap. Quoniam ut intelleximus, in 6.

An clandestino Matrimonio astiterit, debet suspendi per triennium. Ibid in statutis, iam contracto Matrimonio si quis impedimenta afferat, non audiatur nisi clarè probet vel iuret se de bannis non audivisse. Qui contrahit in Affinitate consanguinitate, vel Clericus in sacris, vel Monachus est excomm. ibid.

An aliquid præter Procvisionem acceperit in consecratione, vel reconciliatione Ecclesiæ, est Simonia, sed mulctam imponat violatori Ecclesiæ, cuius dimidium

cedat Ecclesiæ violatæ, & reliqvum fabricæ Ecclesiæ Cathedralis. Sed si Episcopus non accepit procurationem, totum illi cedit. nihil accipiatur pro Formatis, Examine, si in his notarius excessit, duplum solvat, & si Episcopus ad hoc illum intra Mensē non coëgerit, suspenditur ab ingressu Ecclesiæ donec id peregerit. simonia est si promittat Episcopo ordinatus quòd ab eo non petet Beneficium. ibid.

An Christianus à Iudæi emerit victualia; id sub excomm prohibitum, & Iudæi debēt in parte sinistra vestis deferre circulum rubeum quando prodeunt in publicū, alias Christiani cum illis prohibentur commercio. Cum inter Christianos habitant, diuident se ab illis muro, vel fossa. Cogantur iuxta taxam merces vendere. Cùm defertur Eucharistia penes illos, intra domos se contineant clausis portis & fenestris. Vnicam in civitate habeant Synagogam. Peccans Iudæus cum Chistiana decē solvat marcas, & donec solveeit in carcere teneatur rigido: mulier verò per civitatem fustigetur, & perpetuò expellatur. ib.

An ab Vsurario publico recepit oblationes, vel eum ad communionem admisit, est suspensus ad arbitrium Episcopi & ipse

Vsura-

Vſurarius tamdiu publicetur excommunicatus, donec reſipuerit arbitrio Parochi: ſed ſi duos aureos vſura exceſſit, ſpectabit ad arbitrium Epiſcopi, & idem eſt de rebus ablatis. Qui Vſurarius tandem in agone reſipicit, negatur illi extrema vnctio & ſepultura, Si Hæredes eius reſtituere noluerunt. Si vſurarij manifeſti in excō. hæſerint, vxori & familiæ ſolùm Baptiſmus & Pænitentia concedantur. Si talem quis in loco Sacro, ſepelivit eſt excomm. nec abſolvi poteſt priùſquam Epiſcopo ſatisfacerit, Manifeſti Vſurarii ſunt, qui publicè exercent, qui pignoris fructus in ſortem non computant, qui continuati, qui proclamati, tales ſinguils Dominicis excommunicentur donec reſipiſcant. Illi qui ſolverunt, nec intra menſem id Epiſcopo detulerunt, ſimilibus pænis ſubiaceant, & qui illos ſepeliverit, vel ad communionem admiſerit, ab officio eſt ſuſpenſus, & ſi non reſipiſcat, tamdiu excōmunicetur donec ſatisfaceirt.

An ſortilegum abſolverit? talis eſt reſeru Epiſcopo. qui inuocavit dæmonem. qui res Sacras adhibuit ad maleficia, & tales ſunt excommunicati, & hoc ſtatutum debet publicari Dom. 1. Adv. & Quadrag. ib.

An in excomm. vel ſuſpenſione celebraverit

verit, deponatur, & sit infamis & ad Beneficia inhabilis, donec à Papa absolvatur ib.

An Regularis decimas debitas non dederit? est excomm. cum suis assectis ibid.

An contumelia aliquem Confratrem affecerit? Prælatus Prælatum aut Canonicum vel Canonicus Canonicum in Capitulo affecit, per trimestre maneat extra Capitulū, nec distributiones quotidianas percipiat, sed illæ accrescant aliis, & hoc intra 15 dies debet exequi Capitulum sub interdicto ab ingressu Ecclesiæ. Si manus in alterum iniecit, duplicetur pæna. si uulneravit, quatruplicetur. Si mutilavit, Beneficio in hac Ecclesia privatur. salvis aliis pænis. Qui Episcopum percutit, bannit, captivat &c. est excomm. & si Archiepiscopum tota Provincia interdicatur, sicut si Episcopum, tota Diæcesis, si occiderit. omnia eius bona ad Ecclesiam transeant, Si Prælatum vel Canonicum Cathedralem, Diæcesis interdicitur. Si Collegiatum, totus Archidiaconatus: si Præsbyterum, Decanatus: si Clericum in Minoribus, tota Parochia, si tantùm vulneravit, iudicet Episcopus nec interdictum relaxatur nisi ab Archiepiscopo, Episcopo, iuxta gradus modò dictos, Talis nec in agone absolvatur nisi det

cautio-

concionem de satisfaciendo intra mensem, idq; ad reincidentiam. & vocato ad Ecclesiam populo in Dominicis & Festis talis solenniter excommunicetur causâ explicatâ, & qui ad hoc convenient, illumq; deinceps vitabunt, 40 dierum indulgentiam lucrabũtur. ibid.

An Regularis asperserit populum per Ecclesiam gyrando. ibid.

An Episcopus habeat penes se unum Pœnitentiarium, & alium in Cathedra, qui à reservatis Episcopo absolvant. Sed hoc illi non possunt aliis committere. Reservati sunt in Provincia Gnesnensi præter alius simoniaci./Literarum, Pecuniarũ, Sigillorum, Ponderum, Mensurarum, Falsificatores, Bis, Volentes, Baptisati, aut Confirmati. qui sine prima tonsura ordinem Sacrum acceperunt, vel per saltum. ibid.

An publicaverit indulgentias ab Episcopo non approbatas? ib.

An ab habente facultatem eligendi Confessarium, electus, etiam à reseruatis absolverit, nec valet cõsuetudo eligendi, sed debet peti à superiore. ib.

An à vicino Episcopo excommunicatũ, de hoc monitus, etiam in sua Diæcesi Episcopus publicaverit. debet à Cathedral.

Canonicis vitari donec id fecerit. Dum absolvitur excommunicatus, debet iurare, quòd excommunicantis parebit mandatis impensas restituet, & nisi hoc Sacerdos exegerit, est suspensus reserv. vel saltem talis det pignus, vel fideiussores, alias ipse Sacerdos tenebitur ad impensas. Si per annum sorduerit in excomm. omnia eius bona illius Dominus pro se accipiat. ib.

An interdicti tempore sepelierit in loco sacro: est excomm. Episcopo reserv. nec absolvi debet priusquam cadaver exhumetur, locus reconcilietur, Ecclesiæ satisfiat pro iniuria.

Ex Statutis Provinc. Gnesnensis sub Ioanne de Lasko 1523.

An permiserit fieri perfusiones in Pasc.

An singulis triennijs Archidiaconus Ecclesias visitavit; si in hoc plus extorsit, cogatur restituere, & aureos 20 solvat, & si hoc neglexerit Episcopus urgere, ipse marcas 20 solvat pro fabrica Cathedralis, & sint constituti qui hoc Synodo deferant.

An appellaverit a correctione: hoc non licet nisi Iudex in pœnis excedat.

An cornutum pileum detulerit.

An Abbas in vniversitate habuerit Scholares. mulcta 12 marcarum.

An Bona Ecclesiæ sine forma iuris etiã ad breve tempus alienaverit, privetur Beneficio, & tamdiu excommunicetur donec satisfaciat.

An in bonis redemptionalibus fundaverit Beneficium.

An in execrata Ecclesia celebraverit? execratur crimine in ea facto & sufficienter probato.

An in Hæresim lapsus: Clericus Hæreticus degradetur, & bona illi9 Ecclesiæ tradãtur, laici confiscentur. Suspecti excommunicentur. & si per annum in excomm. perstiterint, pro Hæreticis habeantur.

An falsaverit instrumenta iuris, privetur Beneficio, alij sint in carcere annuo.

An Clericus ultra annum in excom. manserit, debet deponi.

An Clericus violaverit Processus Episcoporum, aut Laicos in auxilium causarum Spiritualium vocaverit, tamdiu in carcere tenendus donec satisfaciat. Idem de violantibus bona Ecclesiæ

An Clericus vitiosè egerit? hoc est contentiosus, ebriosus, potator, percussor, Sacrilegus, concubinarius continuus, adulter, incarceretur, Percussor Clerici vitari non debet nisi denuntiatus.

CAPVT III.

Examen Religiosorum & respectivè Religiosarum.

§. 1. *Excommunicationes Papæ reseruatæ.*

1 COntra Religiosos omnes, qui inducunt aliquem ad vouendum, vel promittendum, quòd eliget sepulturam in sua Ecclesia, vel electam nonmutabit.

2 Qui extremam unctionem vel Eucharistiam ministrant, aut Matrimonia solennisant sine expressa licentia Parochi, aut absolvunt à culpa & pæna, vel absolvunt excommunicatos à Casibus sibi non concessis.

3 Qui eunt ultra mare sine licentia suorũ Superiorum in scriptis obtenta.

4 Qui exigunt quoscunq; pastus, prandia, cænas, pecunias, iocalia, aut alias res pro ingressu Monasterij Eadem excommunicatione involuuntur dantes prædicta.

5 Contra Religiosos Mendicantes qui trãseunt ad Ordinem non Mendicantium excepto Carthusianorum, & contra Religiosos non Mendicantes qui in suum Ordinem prædictos recipiunt sine licentia Papæ.

6 Qui detinent in ſuis Eccleſijs vel Monaſterijs Apoſtatas Fratrum Prædicatorum, niſi eiecerint eos poſtquam à prædictis Fratribus moniti ſunt. extenditur ad alios Ordines qui communicant in privilegijs cum PP. Dominicanis.

7 Contra Minores & Eremitas qui præſumunt in ſuum Ordinem recipere Fratres Prædicatores. extenditur ad eos qui cõmunicant in privilegijs.

8 Contra omnes Religioſos exceptis Carthuſianis qui recipiunt aliquem Societatis IESU Religioſum ſine licentia ſui Superioris. Extenditur contra ipſos ex Societate id facientes, & contra dantes illis ad hoc auxilium &c. Poteſt ab ea abſolvere Generalis Societatis.

9 Minores qui tempore interdicti admittunt in ſuis Eccleſijs Fratres tertij Ordinis ad audienda divina officia, ſed ab hac poſſunt abſolui per Epiſcopum ſatisfactione præmiſsâ, alias Papæ reſerv.

10 Religioſi Superiores, qui Religioſos ſuſpectos de Hæreſi, quales ſunt qui ſollicitant Mulieres in Confeſſione, impediunt ne inquiſitoribus denuncientur, ita ut pro ipſorum Suſpectorum Superioribus non ſit ampliùs præventioni locus.

11 Abbates, Priores & alios quoſcunq; Superiores Regulares quibus cura & Regimen Monaſteriorum monialium quovis modo in cumbit, ſi eadem Monaſteria ingrediantur in caſibus neceſſarijs, & non comitati à paucis ijsq; ſenioribus ac Religioſis perſonis. Extenditur contra Epiſcopos, Cardinales, ſi tertiâ vice ingrediantur. Excomm. non reſervata. Sed ſi alij præter prædictos ingrediantur, eſt reſervat Papæ.

§ 2. *Excommunicationes nulli reſeruatæ.*

1 Contra Religioſos omnes qui habitum ſuæ Religionis temerè dimittunt.

2 Qui ad aliqua ſtudia accedunt ſine licentia ſui Prælati & conſilio maioris partis conventûs.

3 Qui exeunt è Monaſterio ad audiendas leges vel diſciplinam, niſi intra duos menſes redeant.

4 Qui non ſervant interdictum aut ceſſationem à divinis quam ſervat Eccleſia Cathedralis, vel Matrix vel Parochialis oppidi.

5 Qui non habentes Beneficium aut adminiſtrationem, ſibi appropriare novalium, aut alias decimas Eccleſijs debitas

præſu-

præſumunt, vel eas prohibent ſolui Eccleſijs.
6 Monachos & Canonicos Regulares qui non habentes adminiſtrationem proficiſcuntur ad aulas Principum animo nocẽdi ſuis Superioribus aut monaſterijs.
7 Qui aliquid dicunt ea intentione ut avertant audientes à ſolutione decimarum.
8 Qui contrahunt de facto Matrimonium.
9 Mendicantes qui ſine licentia Papæ accipiunt nova loca ad hibitãdum, aut commutant, aut alienant acquiſita ante Concil. Lugdunenſe ſed multi excipiuntur propter ſua privilegia.
10 Monachos qui ſine licentia Abbatis habent arma intra ſepta Monaſterij.
11 Religioſos Sacerdotes habentes officiũ vicecomitis aut alterius Præfecti ſæcularis.

§. 3. *Excommunicationes contra Moniales & Fæminas Papæ reſeruatæ.*

1 Que inducunt aliquem ad uovendum quod eliget ſepulturam in ſua Eccleſia, vel electam non mutabit, incurrunt eam quæ contra Religioſos eſt lata.
2 Exeuntes ex ſuis Monaſterijs quacunq; de cauſa, etiam infirmitatis exceptis ſolis tribus his caſibus. Magni incendij, Epi-

demiæ, lepræ. Est etiam contra concedintes Monialibus facultatem egrediendi, & qui comitantur eas, recipiunt.

3 Quæ intromittunt vel ingredi permittunt sua Monasteria viros vel fæminas.

4 Contra fæminas quascunq; ingredientes Monasteria quorumcunq; Regularium.

5 Contra fæminas sæculares ingredientes Monasteria Monialium. Contra fæminas etiam sunt illæ excommunicationes quas attulimus tractatu primo, contra omnes.

6 Moniales de facto contrahentes Matrimonium.

§ 4. *Examen circa Peccata.*

Religiosi si sunt Sacerdotes adeant præter Decalogum examen Sacerdotum: si Prælati, Prælatorum: insuper hæc respiciant.

Vtrum pro ingressu ad Religionem aliquid dederit. *Simonia. Mortale. potest tamen Episcopus dispensare, ne talis ex Monasterio expellatur & qui acceperunt pro ingressu, comiserunt Simoniam. & tam ille quàm hi sunt excomm. reseru. Papæ Extrau. 1. cum de Simonia*

Vtrum ingressus malo vel vano fine Religionem. *Est in statu mortali nec absolui potest nisi mutet intentionem.*

Vtrum

Vtrum ingrediens Religionem scienter reticuit impedimenta quæ prohibebant ingredi. *Mortale & ex Monasterio debet expelli, si sunt essentialia; in aliis verò dispensationem quærat;*

Vtrum habens votum ingrediendi Religionem strictiorem, ingressus laxiorem? *Mortale, sed postquam in laxiore professus, debet remanere, verumtamen de hoc consulat suos Prælatos.*

Vtrum ad Religionem per fraudem induxerit aliquem, austeritates ocultando, mentiendo. *Mortale.*

Vtrum volentem aliam ingredi Religionem ad suam per fraudem attraxit *Mortale maximè si id fecit detrahendo alteri Religioni.*

Vtrum graviter violavit votum Paupertatis, quod quisq; iuxta suas Regulas observare debet. *Mortale* Quoties *nec potest retinere id quod est contra votum nisi petat licentiam*

Vtrum res vel pecuniam quam habuit cū licentia, in turpia expenderit? *Mortale* Quoties.

Vtrum violaverit votum castitatis *Mortale* Quoties? *Olim lapso Monacho aut Moniali decem annorum pænitentia imponebatur. d. 23. q. 1. devotam. Lapsæ verò Virgini Sacræ Eliber. tensis Synodus cap. 13. perpetuam decreuit pænitentiam.*

Vtrum regulam non obligantem sub mortali violaverit ex contemptu? *Mortale* Quoties.

Vtrum Prælatum elegerit per Simoniam? *Mortale ut supra dictum de simonia.*

Vtrum gravia secreta sui ordinis violaverit? *Mortale* Quoties.

Vtrum Prælatum elegerit indignum aut minus dignum? *Mortale* Quoties.

Vtrum in re gravi sperando profectum prætermiserit Fratrem corrigere, & in rebus valde noxiis communitati, denunciare? *Mortale* Quoties.

Vtrum perfectionis nullum studium adhibeat maxime ex contemptu, *est in statu damnationis, audiat quid dicat S. Cæsarius admonit. 27. Venire ad eremum Summa perfectio est, non perfectè in eremo vivere, summa damnatio est.* Religiosus Prælatus an plenum numerum habeat Religiosorum.

An Religiosus invito Parocho se in administrationem Sacramentorum immiserit.

An baptisaverit, vel de Sacro fonte levaverit? vetuit hoc Eugen. Pont.

An Patrinum in Confirmatione egerit, est contra S. Greg.

An Confessiones sæcularium exceperit sine approbatione Episcopi? est contra Trid.

An

An contra voluntatem Parochi in eius Ecclesia concionatus? Syn Prov. Pol. vet.

An solitas decimas dederit. omnes qui ad hoc concurrerunt, sunt excomm. ibid.

An Beneficia, ad quæ habet ius præsentandi, sibi retinuerit.

An in Sabbato majoris hebdomadæ citiùs campanas pulsaverit quàm in matrice Ecclesia? Leo x. id vetuit sub pæna centū ducatorum, Plura vide in Syn. Szyszkov. & in Syn. Prov, fol. 316 & alibi præsertim in Gembic.

An Monialis ad portam sit collocata cum aliquo.

An Monialis extra clausuram etiam ad breve tempus egressa præter casus à iure expressos? Si est Superior, amittit dignitatem & ad omnes fit inhabilis, & est excomm. si inferior, est excomm. reserv. Papæ Syn Crac. similiter excomm. quæ egredientem Superiorem comitantur.

Clemens v. excommunicat ipso facto Papæ reserv. Religiosos qui sine licentia speciali Parochi, Clericis aut laicis dant extremam vnctionem vel Eucharistiam, vel Matrimonia solennisant, vel qui excommunicatione à Canone absolvunt, idem in Virtute Obedientiæ præcipit ne populum

ab Ecclesiis sæcularium abstrahant: ne in concionibus Prælatis detrahant, ne indulgentias pronuntient indiscretas &c. ut est in Synod. Tylic. Crac.

An novitium vel novitiam, annò elapso nolentem profiteri, detinuerit in monasterio, debet enim expelli Syn. Prov. f. 205.

An suum apostatam requisiverit? & an sponte redeuntem benigne exceperit. ibid.

An eodem panno omnes suos Fratres vestiverit? ibid. an sine cucullo etiam domi incesserit? perdit administrationem. fol. 207. Qui in Parochiali Ecclesia Religiosos vltra dies octo retinet, ipso facto incurrit suspensionem reserv. Ep. f. 210.

An non inter Hæreticos, clam ad ægrotum detulerit SS. Eucharistiam? Capellanum, Musicum, aut Penarium alicuius egerit, non approbatus ab Episcopo Confessiones secularium exceperit? est contra Syn. P. Lubien.

An Capellam sine facultate Episcopi erexerit, benedixerit? ibid.

CAPVT

CAPUT IV.

Tria Breuia examina pro his qui frequenter confitentur

§ 1. *Examen pro ijs qui singulis mensibus confitentur.*

VTrum in rebus fidei dubium habuerit, curiosè illas scrutatus, crediderit somnijs, vanis observationibus, superstitiones adhibuerit?

Vtrum in suis sollicitudinibus, conquestus de Deo. An illi gratias pro beneficijs egerit, in illo maiorem fiduciam quam in re alia habuerit.

Vtrum distinctè oraverit præsertim ad hoc obligatus.

Vtrum ob morbum adhibuerit superstitiones. Nomen Dei vel Sanctorum in vanum assumpserit, non satis honestè de rebus sacris locutus.

Vtrum iuraverit sine necessitate, reverentia, falsum.

Vtrum Dei honorem defenderit quando potuit & debuit. Vtrum votum aut iuramentum non impleverit.

Vtrum dies festos observaverit, Missam ipse & sui, an Concionem audiverit: vel in ijs laboraverit, vel laborare iusserit.

Vtrum ſufficienter ſe ad Confeſſionem, Communionem, præparaverit, vel alicu-ius peccati in Confeſſione oblitus fuerit, aut dolere omiſerit.

Vtrum ieiunia obſervaverit.

Vtrum de proximo ſuſpicatus, vel temerè iudicaverit. Vtrum perſonam Eccleſiaſticam tractaverit contumeliosè, contra illam locutus, vel Eccleſiam oppreſſerit.

Vtrum male alicui imprecatus, vel de eius infortunio gaviſus, noluit condonare, reconciliari, doluit de alterius bono.

Vtrum carnali amore verſùs aliquem ferebatur, cogitationes turpes non reiecit, illis volens immoratus, conſenſit in factum, fecit.

Vtrum impediverit volentem facere teſtamentum, vel mortem teſtatoris averterit, mutaverit ne benefaceret quibus uoluit.

Vtrum aliquem diffamaverit falſa aut vera de illo dicendo, præſertim in dignitate conſtitutos, vel Eccleſiaſticos,

Vtrum audierit, non compeſcuerit cùm potuit detractores, imò in citarit.

Vtrum mentitus, promiſſa non ſervârit, contumeliis aliquem affecerit, irriſerit præcipuè afflictos?

Vtrum

Vtrum familiam, proles peccantes corrigere neglexerit. Vtrum ad malum incitaverit, laudando, vel à bono avocaverit.

Vtrum obſcæne locutus, iocos adhibuerit carnales, cecinerit cum ſcandalo.

Vtrum familiam, vxorem crudeliter tractaverit. Superioribus, Parentibus inobediens fuerit, in ira alicui nocuerit.

Vtrum rem alienam detineat, famulis, operariis non ſolverit, vel eos in ſolvendo deceperit, in emendo aut vendendo fraude vſus fuerit, eleemoſinas neglexerit, ob reſpectum humanum rem ad gloriam Dei vel ſuam ſalutem ſpectantes omiſerir.

Vtrum voluerit laudari, præferri aliis aut ſe prætulerit, in cogitationibus ſuperbis, dignitate, & ſe delectaverit, ſuas res nimis laudaverit. vanè ſe veſtiverit, vel intentione male placendi.

Vtrum tactu deſideria carnalia in ſe excitaverit, vel alio modo, vel aliquid contra honeſtatem egerit.

Vtrum in cibo vel potu exceſſerit, cibos potus exquiſitos deſideravit tempus in ludis veritis conſumpſerit, nimis curiosè in aliena facta inquiſiverit.

Vtrum cum malis converſatus cum periculo peccandi, idem de locis ſuſpectis, vel

libros

libros turpes, prohibitos legerit, aut pasquillos.
De his ſumendum iudicium ex regulis quas dedimus pro Decalogo.

§. 2 *Examen pro ijs qui ſingulis ſeptimanis Confitentur.*

Vtrum cogitationes vanæ gloriæ, ſuperbiæ, negligenter reiecerit: item turpes, an ijs delectatus.

Vtrum temerè aliquem iudicaverit, vindictam deſideraverit, vel alia deſideria inordinata habuerit.

Vtrum diſtractiones in oratione negligenter reiecerit'

Vtrum cogitationibut otioſis ſe ocupaverit, vel ſcrupuloſis, & quomodò ſe in illis geſſerit.

Vtrum mentitus ſe, vel ſua nimis laudaverit, aliorum detractiones audierit, non compreſſerit, cum aliis abſq; cauſa contenderit, iratus fuerit, convitio affecerit, alicui imprecatus fuerit.

Vtrum S. Scripturam ad iocos ad hibuerit, vtrum verbis aliquem offenderit, vel ocioſis, vel illis quæ ſignificare poterant turpia, ſe occupaverit,

Vtrum pænitentiam datam in Confeſſione

one neglexerit, & diem Communionis absq; devotione transegerit, vota male impleverit.

Vtrum laudibus suis fuerit delectatus, & contemni se non passus.

Vtrum in cibo aut potu excesserit. Vtrũ curiosè inquisiverit illa quæ ad se non spectant, vel aliquem afflixerit.

Vtrum superioribus exactè obediverit. Vtrum somnium turpe habuerit, & quomodo se in illo gesserit.

Vtrum aliquid ad quod obligabatur omiserit, ut ieiunium, disciplinam.

Vtrum consilia Confessarij neglexerit, & negligenter profectũ in Spiritu curaverit, pro amicis, pro defunctis non oraverit.

§. 3. *Examen pro ijs qui frequentissimè confitentur.*

Vtrum cum debita devotione Deo servierit. De Deo rarò cogitaverit, proximum tepidè dilexerit, nec illi bono exemplo fuerit, illi afflicto compassus non fuerit.

Vtrum Deo & Benefactoribus gratus fuerit. Tentationes carnis non satis ferventer reiecerit, nec de illis fructum Spiritualem fecerit?

Vtrum sensibus internis & externis debitam adhibuerit custodiam.

Vtrũ occasiones peccãdi fugerit, defectus eradicaverit, tempus otiose consumpserit.

Vtrum in orando, & alijs spiritualibus exercitijs tepidè se gesserit.

Vtrum divinis instinctibus obediverit, proposita bona impleverit.

Vtrum in afflictione fuerit patiens, alienos defectus ita supportaverit ut vellet suos supportari.

Vtrum cum debita præparatione ad S. Sacramenta accesserit, præsertim cum humilitate.

EXAMEN DOMINORVM IN REGNO POLONIÆ

Juxta illorũ juramenta & leges Regni.

Examen Senatoris in Communi.

AN fidelis fuit Regi? An pro eius Maiestate, & bono Regni fideliter consuluerit?

An iustè in iudicio sententiam tulerit? An secreta, per Regem, vel eius Consiliarios sibi dicta, contingentia vel Regem vel Regnum aut utrũq; alicui in iacturam Regis aut Regni aperuerit? An pro posse suo utilitates Regis & Regni augmẽtaverit?

An

An quidquid sciverit, intellexerit, senserit, Regi, aut Regno, nocibile, damnosum, præcustodierit, & ne fieret se opposuerit, & averterit? Hæc omnia sunt contra iuramentum. Præter ista, obligantur, sed non iuramento: adesse Conventibus particularibus, & in ijs postulata Districtuum vna cum nobilitate connotare atq; ad Conventus Generales, in qualibet parte Regni celebrari solitos referre, ut ibidem à nobilitate porrecta tandem in Commitiis Regni ritè proponant. Constit. 1565. & 1611 fol. 16, pænæ eorum qui non adessēt, videri possunt, apud Herbur. fol 25. Debent apud Regem residere, prout à Comitiis designabuntur. An 1576. fol. 143. & statim post quatuor septimanas à Comitiis debent se ad Regem cōferre A. 1607. fol. 4 pæna id negligentium, descripta est An. 1609. f. 4.

Examen Senatorum in Specie & Regni Officialium.

Palatinus an iudicia intermitti permiserit Herb. 176 An pretia rerum sit moderatus, mensuras reviderit, idq; singulis annis ibid. 175. An se eligi permiserit in Capitaneum præterquam Cracoviensem? ibid.

175. plura de hoc anno 1565. & 1581. modus pannorum pretia statuendi describitur, apud Herb. 176. An indictâ expeditione Generali, pretia rerum reviderit? distri-ctus ordinaverit.

Castellanus. An tenuerit Capitaneatum loci cuius est Castellanus, excepto Crac. Constit. An. 1562. fol. 14. An curaverit sibi præsentari eos qui propter morbum non poterant ire ad bellum Herb, 14. An curaverit, ducendo exercitum, ne damna inferret? tenetur ipse compensare. An exercitum in certo loco expectaverit quatriduo An ipse infirmus substituerit loco sui Ductorem? H. 16. An cum exercitu procedens stativa in villis habuerit, aut victualia à Rusticis accepta, non inter omnes divise-rit, quando accepit à negantibus dare pro pretio.

Marschalcus dignitates & officia an simul tenuerit? Herb. 171. An AulicosCuriæ conscripserit, salaria soluerit? malos punierit? hospites exceperit? pretia rebus præsente Rege imposuerit? Contra iuramentum verò insequentibus peccavit Si Regi in suo officio est infidelis, si officium suum in aula Regis non summâ fide & diligentiâ administravit; & hoc non sui

Que-

Questûs privati causâ, ſed tantùm Regiæ & Regni dignitatis ac utilitatis. Si conſilium non dedit fidele Regi & Regno. Si communicata ſibi à Rege vel Senatoribus conſilia, præter voluntatem, vel in præiudicium Regis ac Regni reuelavit. Si pericula aliqua, quæ ſciuit aut opinatus imminere Regno vel Regi non indicavit, aut pro poſſe non avertit. Si Perſonarum cuiuſcunq; dignitatis rationem pro loco & tempore non habuit. Si ſeditiones, contentiones, rixas, ſcandala, exceſſus, maleficia, ne fierent in aula Regia, & in conuentibus publicis non omni operâ & diligentiâ providit, aut ubi acciderunt, non ſedauit, non puniuit, idq; conſenſu, iuſſu, & authoritate Regia, Si alia ſui officij munera & onera iuxta Regni ſtatutum non fideliter obſeruauerit. (& ſunt paulò antè indicata) idq; ſine mutuo conſenſu & conſilio aliorum Regni Conſiliariorum & Officialium qui præſentes in Aula fuerunt.

Cancellarius & Procancellarius, contra iuramentum peccat. Si Regi aut Regno non fuerit in ſuo officio fidelis. Si literas aliquas pergamenas ſine ſcitu & expreſſa voluntate Regis alicui tradiderit. vel papiraceas tam in Regno quàm extra Regnum,

quæ vel Regiæ dignitati aut honestati derogant, vel ex quibus damnum aliquod ad Regem aut Regnum pervenire potest, & quæ iuri communi, & libertatibus adversantur, aut literis ex Cancellaria datis contrarias esse scivit. Si Membranas aliquando tradidit præterquam papireas præter scientiam & iussum Regis tantùm, si consilium fidele Regi & Regno non præstitit. Si aliqua secreta quæ sibi communicata fuerunt præter Regis voluntatem, & mandatum revelavit. Si non omnia pericula, quæ imminere Regi vel Regno videntur scivit aut cognovit, Regi detulit, & pro posse suo avertit.

Legibus obligatur spiritualis ut obtento Archiepiscopatu Gnesnensi: vel Episcopatu Cracovien Vladislavien. Posnan. Varmien. Plocensi, cedat Cancellariatu. Sæcularis verò obtento Palatinatu, vel Castellanatu. Herb. 31. Idem est de Procancellario. Ad eosdem spectat non extradere literas alienationis bonorum Regalium. An 1562. f. 132. nec dare literas Iuri contrarias, quales sunt inhibitiones absq; necessitate Reipub. Commissiones, nisi granitierum, diuisionis inter Fratres, vel de consensu partium. Liberationes ab expe-

ditione

ditione bellica. H. 31. Debet acta Cancellariæ Regiæ ſub ſua habere cuſtodia. Debet habere unum aut duos Notarios iuratos, qui omnia privilegia, decreta, & recognitiones, & alia quæ ad neceſſitatem, & aſſecurationem hominum, coram Rege fiunt, & ſub Sigillo Regio extradi ſolent fideliter actis ſiue Regeſtris inſcribant. 131. Item dare privilegium ſimile, ſi quis amiſerit illud oblatum & approbatum H. 31. Item providere ne Cancellaria ſupra taxam exigat.

Theſaurarius. contra iuramentum peccat, Si Regi & Regno non fuerit in ſuo fidelis officio. Si non ſummâ fide & diligentiâ in ſuo agat munere, nec privati ſui queſtus causâ, ſed dignitatis tantùm ac utilitatis Regiæ & Regni. Si Coronam, & alia inſignia Regni. privilegia, & theſauros omnes Regni non diligenter ſervet. Si non redditus omnes & ſingulos Regni, & omnia quæ ad fiſcum Regni pertinent, ſummâ curâ & fidelitate exigit ac diſpenſat. Si non curam habeat monetæ cudendæ quando eſt cudenda Rationes ærarij, expeditiones militum, Aulicorum, Legatorum, & omnium eorum negotiorum, quæ ad vſus publicos & privatos Regis, & Regni pertinent,

cæteraq; omnia ſui officij munera, fideliter, & ſecundùm præſcriptum Statutorum Regni exequitur idq; non ſine mandato Regis, & conſilioConſiliariorum & Officialium Regni. Si in conſilio Regio & Regni non dat fidele conſilium. Si aperit conſilia à Rege vel Senatoribus ſibi communicata, idq; in præjudicium Regis & Regni. Si pericula quæ imminere ſcit vel putat Regno aut Regi, non aperiat Regi & Senatoribus, eaq; pro poſſe non auertat.

Statuta verò Regni, hoc illi præſcribunt Theſaurarius Officia & Dignitates non gerat. An 1565. f. 441. Coronam, & theſauros Regni ſervet, Sententiam dicat, Accepti & expenſi rationes teneat. Magiſter Monetarum ſit. Expeditiones, & rationes ſtipendiariorum Curienſium, aliorũq; Regi ſervientium, & debita Regia notet. Cùm abeſt Theſaurarius, munus eius obeat Vicetheſaurarius H. 278. Regia diademata Cracoviæ aſſervet, ſub clavibus Caſtellani Cracovien. Poſnan. Vilnen. Sendomirien. Caliſſ. Trocen. Abſens ex juſta cauſa, clavem mittat. A. 1576. fol. 149. Aſſideredebet judicijs aſſeſſorialibus fiſci; vel in abſentia ſua, notarium juratum ſubſtituat. 1607. f. 16. Poſt mortem Tenu-

tarij

tarij bona Regalia revideat, rationes exi-
gat juxta inventarium à Revisoribus fa-
ctum. Ipse in Conventu rationem reddat.
1561. fol. 13. Thesaurarius defuncto tenu-
tario ex mandato Regio possessionem ap-
prehendat, donec illa bona alicui dentur,
ne quarta pereat 1569. fol. 105. Ex quar-
ta in Conventu coram Rege, Senatu, &
Ordinibus, rationem reddat, idq; quieta-
tionibus non nisi stipendiariorum nomine
factis. ibid. Damnum quartæ partis In-
stigatori deferat. 1590. f. 22. Si absit ex
justa causa, non impeditur perceptio quar-
tæ modo loco sui substituar. &c. 1659.
fol. 105.

Dux Exercituum. jurat in hoc tempore Interregni. Exercitui mihi tradito præero fideliter, Opera illius tantum ad reprimẽdas inuasiones extraneas hostiles utar. Fines Regni tutos pro viribus præstabo. Dignitatem & Securitatem Reipub. quantùm potero defendam. Si orta fuerit in Regno seditio nulli parti adhærebo. Militem & me in finibus continebo. Damna incolis Russiæ, Podoliæ, Volhiniæ nulla inferam, & ne milites inferant cavebo: Pensiones tam ab Ecclesiasticis personis, quã ab alijs quibusvis nullas omninò exigam & ne milites exigant, efficiam,

Ex

Ex legibus verò debet hæc præstare: Attendat ut Rotmagistri Quarten. possessionati, & in arte militari exercitati. A. 1591. Debet punire milites facinorosos. 1591 & 1601. f. 10. Bene meritos Regi commendare 1607. f. 38. In Rotmagistros non assumat Tartaros Litvanicos, 1613 f. 2. Curet ut Stationes habeat miles in campo 1613 f 3. Exercitu ad suum, aut Amicorum privatum vsum non vtatur. 1591. f. 13. Non det militibus assecurationes super stipendia sine consensu Regio 1613. fol. 3.

Secretarius Major. Iuramento obligatur ad fidelitatem Regi. Ad secreta quæ ipsi à Rege, vel Consiliariis dicentur, contingentia vel Regem vel Rempub. vel utrūq; nemini in jacturam Regis, vel Reipublicæ pandenda. Ad omne, quod sciverit intellexerit, aut senserit, Regi aut Regno, nocibilè, damnosum, præcustodiendum.

Referendarius. Iurat fidelitatem Regi. De Secretis eodem modo ut Secretarius: Quòd justè secundùm Deum, jus scriptum, æquitatem, partium controversias, postulata juridica Regi referet. Divitis & pauperis. Amici & inimici, Civis & peregrini, sine discrimine, favore vel odio, nec

amore

amore odio nec timore pœnæ, movebitur, sed in judicando, consulendo, referendo partium controversias, solum Deum & justitiam, iuxta conscientiæ iudicium sequetur, & quòd alia negotia incumbentia sibi fideliter pro posse peraget.
Exlege debet querelas & preces supplicum audire, & iudicio Cancellariæ iuxta arbitrium Regis, iuxta leges referre. Herb. 228 judicum officia non invadere, sed tantùm circa Regem causas audire. ibid & Theutonicas ibid.

Instigator. Post Curiam citare non debet nisi in causis ad præeminentiam proventûs, & bona Regalia pertinentibus H. 25. Pro bonis in Revisione non cognitis non agatur in Comitijs.

Examen Officialium Terrestrium.

Succamerarius. Iurat, quia iustè; secundùm Deum, jus scriptum, æquitatem, & partium controversias, iudicabit, easdēq; controversias diligenter audiet, & aduocabit. Signa granicierum & similitudines earum considerabit, & fideliter circumscribet. Libros suos, & Antecessorum fideliter servabit. In judiciis nullum habebit, respectum, nulli favorem aut odium monstrabit,

ſtrabit, nec donum ab ullo reſpectu huius judicij acccipiet.

Ex Iure ſpectare debet, in graniticbus conſtituendis naturalē limitem ut rivū, flumen eiusq; alveum novum vel antiquum, ſi rivus ſponte averſus, antiqvus alveus pro limitibus eſt: ſi verò per induſtriam, novus alveus limites faciat, antiqvus verò totus ad illum pertineat, in cuius hæreditate ſitus eſt. Partibus terminum non prorogeт niſi conſentiant, H. 268. Eum qui ad minus tres ſcopulos, vel ligna cruce ſignata oſtenderit, ad probationem admittat, ubi nulla ſunt ſigna actori probatio deferatur. Ibid. Decretum ſuum in conſtituendis graniciebus, totamq; proceſſus ſeriem ſub ſigillo ſuo ad terminos terreſtes remittat, ut ibidem Actibus inferatur, H. 268. videat etiam ne plus exigat quàm lex illi permittat, vide H. 269

Iudex & Subjudex ad hæc iuramento obligantur, ut iuſtè ſecundùm Deum, jus ſcriptum, æquitatem, partium controuerſias iudicet, recognitionesq; ſuſcipiat, nullo diſcrimine habito, ut nec metu nec amore, nec muneribus ſit ceſſurus, iuxta ſolam conſcientiā & ſupradicta. Et quòd alia negotia ſui officii fideliter & pro poſſe faciet.

Lex

Lex illis addit. Vt in suis terris resideant & personaliter sint in judiciis. H. 125. Antequam proferat sententiam, partes interroget, ansit aliquid quod illorum causæ seruiat, & permittat documenta omnia ad causam necessaria proferre. H. 240. Non nisi per Ministerialem citet, sed in causa judicii violati potest citare per quemq; suum familiarem. H. 114. Statuto tempore celebret iudicia. H. in fine. Præsideat à manè usq; ad horam nonam vel meridiem. H. 129 Controversias ultra quatruplicationem non permittat. Herb in fin. Interrogatus de dubio circa sententiam, statim respondeat, vel ad manè differat H 27 Castrensia officia iudex non gerat. H. 125 non est in fame iudici sententiam revocare. H. 140. Defendat simplices à captionibus, H. 207. In una causa non nisi vnam pænam in mulctam recipiat quæ est 6 marcarum.

Notarius terrestris in hæc iurat. Quòd iustè, secundùm Deum, ius scriptum æquitatem, & partium controversiam iudicabis, fideliterq; partium recognitiones controversias affectationes, seu protestationes iuridicas, vel in iudiciis decreta, in librum Actorum Terrestrium inscribet, sine ullo respectu personæ, munerum, aut minarum

sed

ſed in iudicando iuxta ſupradicta aget & alia negotia ſui officii fideliter peraget.

Lex addit, ut perſonaliter iudiciis adſit, neque cauſam procuret in iudicio cui præeſt. Exceptionem bonorum iudicet. Qui priùs ad cauſam provocavit, priùs expediatur. H. 128. Salaria pro ſcripturis non extendat.

Examen Officialium Caſtrenſium & Reliquorum.

Capitaneus. Cum Iuriſdictione, ſuper his iurat. Regi fidelis ero, ſuperioritatem eius & præeminentiam in omnibus ſervando. Pacem publicam, & ſecuritatem viarum in meo Capitaneatu ſervabo. Iuſtitiam uniformiter iuxta præſcriptum iuris publici faciam, orphanos & homines iniuriâ affectos à quacunq; iniuria ſecundùm officium meum defendam

Ex Legibus ad hæc obligatur ne duos Capitaneatus cum iuriſdictione habeat. A. 1563 f 20 Videat ne equi extra Regnū educantur. H. 90. Conſtitutiones Palatini exequatur. H. 175 In nundinis & emporiis de extraneis mercatoribus ius dicat 1593. f 48. De vagabundis ſervet, ſtatuta 3564 f. 25. Advertat ne ullus ad equos

cóemen.

cōëmendos, aut vina, eat in Vngariam 1578. f. 290. Navigationem liberam defendat. H. 67. Telonia temere non exigat H. 237. Videat ne moneta efferatur. H. 162. Decreta Tribunalis Regni exequatur. 1578. Ad limites bonorum Regalium vocatus veniat. H. 24. In causis criminalibus in absentia Actoris non cognoscat, neq; ullum condemnet nisi iure victum & confessum, H. 4. Vltra causas stupri, deprædationis viæ, incendii, invasionis domûs, non iudicet. H. 33. nec in alio loco quàm consveto H. ibid. Nec iudicet extra forum comparentem, vel per errorem agnoscentē Iurisdictionem ibid nec sub termino peremptorio. H. 220. Nec ad querelam nisi pro expulsione dominæ dotalitialis, & pro crimine intra annum & sex septimanas. ibid. &c. Impossessionati in quavis causa ad illum spectant. 1588. f. 25. Iurevictos ad pænam compellat. H. 22 infames capiat & puniat 1563. Capiat violatores iudiciorum. H. 127. Nobilem non capiat nisi iure victum, aut in recenti crimine aut famulos fures manifestos, Patriæ proditores. 1588. f. 30. Pro raptu Virginis iudicet 1609 f. 27. item pro eliberatione captivi nobilis 1588. H. 30.

Emptio-

Emptionem eqnorum nobilibus non impediat. H. 90. Districtum moueat contra internos hostes, & declaratos perduelles, etsi opus, advocent viciniores Capitaneatus. 1576 f. 153. In Conventibus particularibus hospitia distribuat 1565. f. 25. Ante iudicia publicet vnâ septimana locum iudiciorum H. 33.

Capitaneus. Sine Iurisdictione ad hæc suo iuramento obligatur. Vt sit in sua arce fidelis, eamq; custodiat fideliter Regi iuxta leges electa. Vt pacem, securitatē, & iustitiam tueatur, & alia ad se aut officium suum pertinentia sine dolo & fraude. Lex illi addit, ut pro articulis castrensibus in iudiciis castrēsibus respondeat. 1560 f. 21.

Burgravij & Tenutarij. Castrenses, eorumque homines obligantur lege ad respōdendum in iudiciis Terrestribus & Castrensibus, exceptis causis sanguinis Herb. 20. Nihil accipere pro introcomissionibus. H. 29 Itinerantes, defendere. ibid. Cracoviensis non absit Burgrauius à sua arce plusquàm tribus septimanis quolibet trimestri, idque cum scitu Capitanei, & quopiam in locum suum substituto. 1565 f. 27.

Vicecapitaneus, & Notarius Castrensis. non sit idem qui Iudex & Notarius terrestris. Herb.

Herb. 125. Notarius talis iurare debet coram Capitaneo vel Vicecapitaneo 1689. f. 18. Literas castrenses aut Capitaneus, aut Notarius subscribat. H. 150 Nec plus tale iudicium salarii exigat quàm terrestre. H. 228. Officium castrense paratum esse debet ad ministrandam iustitiam in recenti crimine, & executionem rei iudicatæ, non tamen die Festo, non expectatis terminis terrestribus. H 173.

Iudices Tribunalitij ad eadem iuramento obligantur ad quæ iudices terrestres, & insuper, quòd in causis non sint consulturi, munera non accepturi; quòd citra omne studium iudices sint electi. Obligantur præterea legibus, ut ordine iuxta Regestrum per Palatinatus iudicent. Sententiam per duos vel tres ex illis subscriptam, in scripto ferant. Quando paritas est sententiarum, iterum, ex tertio dicant, & tandem maior pars concludat. Salaria ultra præscriptum non exigant, nec Iudices isti, nec illorum Mareschalcus debet se ingerere in ullum officium illius loci in quo iudicia celebrantur, unde nec hospitia distribuant, nec pretia rebus imponant, nec telonia, aut foralia exigant, nec ulla sibi commoda usurpent, neque privatâ

 autho-

authoritate in hoſpitiis iudicent, aut carceres habeant. Cives, Scotos, Artifices, Revēditores, & alios qui inter ſe commercia habent, ad iudicia ſua non evocent. Famulo illorum ſi deliquerit, exceptio non ſerviat. C. 1601. f. 52. Marſhalcus in Iuriſdictionem Capitanei ſe non immiſceat Omnes obligantur iuramento, ad non revelanda ſecreta. 1611. f. 7.

Nuntij ad Comitia Regni ex Herb. 171. Sint quibus lites iudiciariæ in conventu non intercedant, vrgeant ut vacantia distribuantur 1588. f. 41. Inter nuncios locum non habeat, qui litem Iudiciariam in Commitijs non ſimulatam, neque brevi tempore ante Comitia intentam, & cum contradictione fuerit in Conventu electus, locum non habet inter nuntios 1605. f. 47. Sed caſus Bullæ cænæ Domini bene præ oculis habeant, ne in aliquē incurrant. Memores ſint fidelitatis quam ſuæ terræ promiſerunt &c.

*Advocatis & Sculteti*s, id lex præſcribit, ne ſuas advocatias absq; conſenſu Dominorum alienent. H. f. 249.

Milites ad hæc obligat ius Regni. Stationes in bonis nobilium non habeant, ſed ex foro emant. An 1588, f. 56. Confœderationes

tiones inter se non habeant, nec bona Regalia, nobilium statûs sæcularis & Spiritualis invadant. 1607. Sed vniversim de Bonis Spiritualiũ v. B. Cænæ, ne accepto stipendio se absentent à bello. idem de voluntariis qui acceptâ pecuniâ non veniunt. 1607. f. 7. Articulos bellicos ut potè approbatos servent. 1609 f. 3/ Rotmagistri cavere debent, ne miles quidquam violenter accipiat, sed quisq; ex stipendio viuet. 1613. f. 3.

Consules & Cives. Videant sua iuramenta, lex addit, neminem in foro prohibeant quominus tardiùs vendat aut emat. H. lat. 95. Bona terrestria, neque hæreditario neque obligatorio modo possideant. ibid. 46. Qui ius Civile in civitatibus non habẽt, & juri civili patere nolunt, expellantur: & mercaturæ illis atq́. artificia interdicantur. ibid 27 Cives & plebeij excepto Magistratu non utantur vestibus sericeis, neq; pellibus pretiosis. 1613 f. 14. Merces vendant eo pretio, quo statuerit Palatinus 1613. f. 28. Civitates suas muniant. 1565. f. 53. Mercatores extranei nisi sint possessionati & ius civitatis habeant, non mercentur. 1562. f. 16. sint iurati, onera ferant, bona in Regno parta non efferant. 1565.

 f. 25.

f. 25. Mercatores viis ſolitis ad emporia eant. 1565. f. 59. telonia non declinent Herb. l. 288.

Ruſtici non exeant extra Regnum tempore meſſis H. L. 286 De villa Domini non tranſeant niſi quando per exceſſum Domini deprædantur, vel ſi Dominus filiam vxoremuè eorum oppreſſerit, vel excõmunicationem per annum ſuſtinuerit, H. L. 141. &c.

Sic omnes ſtatûs ad Confeſſionem acceſſurus, iuramenta, ſi quibus eſt ligatus: tum obligationes legum, diſcutiat: ex quibus hic pro Confeſſariis aliquas poſuimus, Pænitens enim debet ſcire omnes ſui ſtatûs. Omiſimus etiam aliquorum altioris Ordinis, ſi quidem illi vel Confeſſarios habent ſpeciales, qui ea quæ ad ſuorum Pænitentium conſcientiam ſpectant, ex officio ſuo noſſe debent: vel ipſi Pænitentes tam ſunt in rebus ſuis verſati, ut eos commonere non ſit neceſſe.

His addimus ex Synodis.

Domini ſæculares, an in adminiſtrationem bonorum Eccleſiæ ſe quocunque modo aut causâ immiſerint, mortui parochi res mobiles acceperint, ſi Patroni ſunt, eo ipſo ius præſentandi amittunt, & quicunq; ſunt

ſunt, excommunicati ſunt. Syn. Crac. Szyſzk. pag. 5.

An Patroni quam debent, reparationẽ Eccleſiæ negligant?

An præſentaverit pro Beneficio Apoſtatam, vagum extra clauſtra, præſentatio irrita. & pro hac vice ius ad illam amittitur Pius IV.

An Patronus acceperit in cuſtodiam ornamenta Eccleſiæ. eſt contra Trid.

An ſæcularis intra quatuor menſes præſentationẽ; Spiritualis, intra ſex ad effectũ deduxerit? ſi hoc non factum, tum non Canonicè inſtituetur Beneficiatus, Syn. Cr.

An permiſerit aliquem ſe iuramento purgare cùm de oppoſito publicè conſtiterit ? S. Prov.

An iudæos ad convivia admiſerit vel cũ eis cõmercitia habuerit hæc ſub pæna excomm. prohibet Synod. Prov. f. 264. Præterea ſciant quòd eorum Coloni non ſunt mancipia, nec Dominus habet ius ullum in eorum bona, unde etiam libere teſtamẽta condere poſſunt, & hæredes in bona ſuccedere. Nam licet de fundo Domini ditati ſunt, ſolverunt tamen eius uſum, ut fit in locatione. patet ex conſtit Regni Anni 1368. Si decedant ſine prolè detur Paro-

chiali ex eorum bonis calix argenteus marcæ vnius & dimidiæ, reliqua bona spectant non ad Dominum, sed ad Consanguineos vel pauperes, si illi desunt. Non obligantur quotidie laborare, nec onera illis nova imponi possunt nisi publicâ authoritate obligantur tamen in conscientia ad Dominos redire, si abierint. præterquam in causis in Const. An. 1368. Vide plura in Smiglecio. De Vsura.

APPENDIX I.

Loco appendicis apponimus quædam æque Confessariis ac Pænitentibus in Regno Poloniæ utilia, quæ Illustrissimus ac Reverendissimus DD. Stanislaus Hiacynthus in Swięcice Swięcicki *Episcopus Chelmensis pro sua Diæcesi imprimi mandauit.*

Anno 1682.

Circa Milites.

SI habet Legionem, cohortem, vexillum, vtrum tot habeat milites pro quot à Reipub. accipit stipendia? si enim non tot habet, p. m. & restituere tenetur Reipub. restituere poterit, si pro aliis quartualibus tantum ex salario non

reci-

recipiat, quantum pro præteritis recipiebat pro iis militibus quos non habebat, & reliqvum depercepτis solvat. Item si militibus non dedit integrè quod debuit, restituere tenetur quibus substraxit, si interea quispiam militum ex hoc defectu mortuus est, ille reus est homicidii.

Vtrum acceperit post mortem sui militis bona ipsius? p. m. tenetur restituere Consangvineis aut Affinibus propinquioribus idem est de stipendio. Quodsi Affines defuerint, totum debet expendi in pia opera.

Vtrum pugnæ tempus effugerit? p. m. & stipendium tenetur restituere, vel si id facere non potest, petat illius à Repub. condonationem.

Vtrum militibus Reipub. in suum privatum commodum, comitatum, usus: & illis stationes, victualia &c. exegerit ab his per quos transibant? p. m. & debet fieri restitutio his quibus damna sunt illata.

An hybernos (ut vocant) panes, ad eos non habendo ius acceperit? p. m. & restitutio; nec illos iuvat in hoc consuetudo, quia hæc fuit iniustæ, & cum oppressione pauperum.

An ex thesauro Reip. aliquid acceperit in defensionem & necessitates eiusdem Rei-

pub. & non in eas expenderit? p. m. & restitutio, ac damnorum compensatio ex his secutorum.

Circa varios Status.

An pecuniam dederit alicui mutuò, & ab illa bona acceperit, ut interea fructibus eorum utatur? est usura. Quodsi quis titulo censûs dederit pecuniam supra alicuius bona, plus ex illis bonis fructuum perciperet deductis expensis, si eadem pecuniâ mercaretur, vel illam daret ad censum, residuum reddat bonorum Domino. Si ex fructibus intra aliquot annos tantum percepit quantum dedit, reddat bona Domino neque suam datam summam repetat, nec aliter absolvendus est. Sed si bona emit cum pacto retrovenditionis, liberiori conscientiâ potest eorum fructus percipere.

Domini qui subditis imponunt labores ultra consvetudinem & iura, vel aliorum sibi subiectorum iura violant, rapiunt, per se, vel suos Factores opprimunt. tributa augent, tenentur ad restit. & damna cōpensare. Restitutio hæc fieri poterit, si deinde pro subditis publica tributa solvant, labores alias debitos remittant, sed ut integrè damna compensentur.

Domini qui bona committunt Iudæorum dispo-

dispositioni, qui modis illicitis tam supra Christianos, quam etiam alios Iudæos in gratiam Dominorum insolita inducunt onera. tales Domini p. m. & certè indignum est membra Christi, tradere potestati inimicorum Christi, ut denuò in illis patiatur, & Domini tenentur integrè damna compensare subditis, aut illis tantundem minuere de oneribus, nam rei sunt omnium iniuriarum quas Iudæus intulit, & si recusent restituere, vel in hoc peccato volunt persistere, non sunt absolvendi.

Domini qui in bonis suis dies mercatus vel fori permittunt diebus festis fieri peccant mort. & aliquoties de hac re moniti, si non resipuerint, non sunt absolvendi.

Qui falsum testimonium perhibent in iudicio p. m. & si propter illorum testimonium aliquis damnum patitur, tenentur compensare. Similiter Domini qui ad hæc falsa testimonia, cogunt, vel inducunt aliquē, p. m. & damnorum sunt rei. Idem est de Iudicibus qui per favorē vel respectū, & non iuxta leges ac iustitiā ferunt sentētiam.

Peccant & illi graviter, qui cùm ignorent leges, Officium Iudicis ambiunt vel suscipiunt, vel ferunt sententiam controversiâ non satis perspectâ. Item peccant

illi qui ex officio tenentur administrare iustitiam, nec administrant iustitiam, vel differunt sine causa iusta, & restituere damna tenentur.

Item Advocati qui promovent causas iniustas cum damno alicuius vel ad ciusmodi causas consilia suggerunt, vel illas per fas & nefas conantur iustas ostendere, & peccant graviter, & compensare tenentur damna, neque aliter absolvi possunt.

Item peccant qui Ecclesiarum decimas aut census detinent, vel non integrè persolvunt, vnde nec gloria Dei æquè procedere potest, nec subsidium animabus ferri. tenentur restituere, nec aliter absolvēdi.

Domini, Iurispatronatum habentes, qui Sacerdotes ad officia Pastorum, Parochorum, & similia, scandalosos & rudes, præsentant, p. m. & quidquid detrimenti ex hoc patiuntur animæ, redundat in conscientias Collatorum, hoc peccatum difficilius remitti quàm alia, patet ex revelatione facta S. Leoni Papæ.

Collatores & alii, qui iura, fundos, fundationes Ecclesiæ detinent, aut fructus ex illis percipiunt. absolvi non debent nisi restituerint Parocho vel Superioribus Ecclesiæ, & sunt in excomm. Papali. Item qui in ista cōsentiunt, iuvant, cooperātur. Qui

Qui detinent aliena bona, res, pecunias, neq; reddunt ijs ad quos ſpectant ad qualemcunq; requiſitionem, mortaliter peccant, & ſi cogunt Creditorem ut iure repetat, vel ſi ob ſuam detentionem damnum patitur, tenentur ad compenſationem damnorum.

Subditi qui non fideliter, ut debent ex iuſtitia, laborant pro Dominis. tenentur laborem alio indebito labore compenſare.

Famuli non ſervientes Dominis fideliter iuxta ſuum poſſe, peccant, ſi ex eorum negligentia, ebrietate, damna ſunt facta Domino, tenentur compenſare, neq; poſſunt hoc caſu ſolutionem laborum à Domino accipere, idq; ad proportionem damni, niſi fuiſſent pro delicto caſtigati.

De Nuntijs ad Regni Comitia.

Si Nuncius procuravit, aut conſenſit, ut lex ferretur contraria bono publico, gloriæ Dei, Fidei, Eccleſiæ, vel iniuſtè alicui privato: tenetur etiam cum damno ſuo procurare ne lex illa ſuum vigorem obtineat, & compenſare damna ſecuta ex illa lege. Idem eſt, ſi per nuntium ſtetit ne lex vtilis bono Reipub. aut Fidei, aut Eccleſiæ, vel alicui ſtatui, vel alicui perſonæ privatæ, ſtatueretur.

Si Nuntius propter ſuum, vel alicuius commodum privatum, absq; neceſſitate protraxit Comitia, vel in eorum protractionem conſenſit cum notabili aliorum incommodo & damno: ſimiliter ſi propter effugiendum circa ſe vel alium iuſtum iudicium rupit Comitia, pec. mort. & tenetur damna tam Reipub. quàm perſonis privatis, præcipuè illis quorum cauſæ in Comitiis decernendæ erant, & Nuntius de induſtria in Camera Nuntiali moras traxit, quo tempus iudiciis ſubtraheret. Reipub. compenſare poterit ſi propriis impenſis cohortem aliquam ad eius obſequia ſtiterit, vel functionem publicam pro bono communi ſuis ſumptibus obierit, quodſi ad hoc non ſit ſufficiens, petat à Repub. damnorum à ſe illi illatorum condonationem.

Si Nuntius in gratiam ſui, vel alterius, receſſit ab iuſta ſibi data inſtructione ex Comitiolis, peccat iuxta quantitatem damnorum, aut incommodorum inde ſecutorum.

Si Nuncius ab aliquo, ſine Regni incola, ſiue alieno accepit munera ut Comitia abrumperet, vel ut promoveret legem iniuſtam, aut ei non contradiceret, tene-

tur hæc quæ accepit restituere, imò licet Comitia propter iustam aliquam causam abruperit, legi contradixerit iniquæ iustam promoverit, si tamen accepit munera pro factione, non potest illa retinere.

Si Nuntius absq; causa iusta non adfuit consiliis, vel cùm adesset non attendit, ne aliquid nocivum in legum volumen intraret, peccavit, si verò interim lex nociva est lata quam ille potuit impedire, vel omissa est necessaria quam ille potuit promovere, tenetur curare etiam cum suo damno, ne lex iniqua suum vigorem sortiatur, & æquam promovere, & si aliquid damni ex his est illatum, tenetur compensare Eodem modo peccant, & obligantur ad restitutionem damnorum, qui ad prædictas iniquitates quocunq; modo inducunt & facturos illas eligunt. Et in his consiliarij paria committunt peccata atq; Nuncij.

De Exactoribus Tributorum.

Si exactor tributorum plenè ac integrè non intulerit ad thesaurum Reip. vel eo quò Resp. ordinavit, quidquid à quacunque persona accepit, & falsa regestra producit, peccat mortaliter: neq; absolvi potest priusquàm Reip. restituerit, siquidem

abunde

abunde habet sui laboris salarium. Hoc ipsum est de ijs, qui teloniis præsident, si totum quod acceperunt, ad thesaurum Reip. non detulerunt: vel si in fraudem fisci, ut interea sibi honorarium lucrarentur, contractus & tributa publica diminuerunt tales damna ex fraude secuta tenentur compensare Reipub. nam malâ conscientiâ eiusmodi donaria recipiunt.

Qui procurant electionem Exactorum, ut illi propterea ab eis non exigant tributa sunt in statu peccati mortalis, neq; absolvi possunt, donec ista tributa persolverint, si quidem lex Dei est. *Reddite quæ sunt Cæsaris Cæsari.* Item qui vel assignationes pro percipienda pecunia, vel ipsas pecunias dare militibus abnuunt. priusquam illis ex sibi debita pecunia partem donent. Vel quomodocunq; differunt dum eis alter plus obtulerit, mort. pec. & tenentur ad restitututionem militibus, vel ijs à quibus hæc donativa exigebant.

De Executoribus Testamenti.

Executores qui non satisfaciunt Testatorum voluntati, cuius executionem susciipiunt, peccant. Similiter & qui res demortuorum quocunq; modo accipiunt, pec-

peccant, & restituere tenentur ijs ad quos de iure pertinent, vel executoribus, vel hæredibus, aliter absolvi non possunt.

Vniversim verò sciant Confessarij, si scienter à peccato secum trahente restitutionem, & onere restituendi, absolverint aliquem, invalidam esse absolutionem, & ipsos in peccati statu remansuros, quare adhibere debent modos à Theologis præscriptos, quibus, salvo Sigillo confessionis, si quem ita invalidè absolverunt, corrigere possint errorem, & pænitenti invaliditatem absolutionis insinuare, cumque de restitutione commonefacere, alias & ipse & Pænitens rei damnationis æternæ efficientur.

Denique sciant tam Confessarij quàm Pænitentes, publica delicta, qualia sunt homicidia, periuria, rapinæ bonorum Ecclesiasticorum, publicam requirere absolutionē, quæ tribui solet die Cænæ Dñi.

APPENDIX II.

De Casibus Bullæ Cænæ.

BVlla Cœnæ injungit. *Vt ad audiendas peccatorum confessiones deputati, quicunq; illi sunt, transumptum literarum* Bullæ Cœnæ *penes se habeant, eamque diligenterlegere & percipere studeant.* *Nota.*

Nota. Huic obligationi non satisfacere, qui solos casus frequentiores in compendium redactos penes se habet: obligatio tamen ista, neque habet annexam censuram neque continet præceptum graue ex vi legis in Bulla expressæ.

I. Excommunicamus & Anathematizamus &c. quoscunque Husitas, Viclefistas, Luteranos, Zwinglianos, Caluinistas, Vgonotos, Anabaptistas, Trinitarios, & à Christiana Fide Apostatas, ac omnes & singulos alios Hæreticos, quocunque nomine censeantur & cujuscunque sectæ existant. Eorum credentes, receptatores, fautores & generaliter quoslibet eorum defensores Ac eorundem libros, Hæresim continentes, vel de religione tractantes, sine auctoritate nostra & Sedis Apostolicæ scienter legentes aut retinentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes ex quauis causa, publicè vel occultè, quouis ingenio vel colore Nec non Schismaticos & eos, qui se à nostra & Romani Pontificis pro tempore existentis obedientiâ, pertinaciter substrahunt vel recedunt.

Nota 1. Schismaticos in nostris partibus existentes esse insuper Hæreticos formales. Vnde de illorum libris, idem debet esse judicium quod de libris Hæreticorum. 2. Credentes Hæreticorum vocari, qui profitentur se credere & credunt ita sicut Hæretici, licet in particulari nullum errorem exprimant. Tales sunt plerumque subditi

Hære-

Hæreticorum dominorum, quando eorum religioni adhærent pertinaciter. Item illi qui pertinaciter tenent Hæreticorum religionem esse bonam, vel Hæreticos posse salvari in sua fide. 3. Fautores, defensores Receptatores illi tantum intelliguntur qui fauorem & similia præstant Hæreticis in causa Hæreseos, non verò in aliis materiis. Porrò tunc propriè dicuntur ista præstare in causa Hæreseos, quando fovent, defendunt, recipiunt, ut tuti sint à Magistratu, pœnasque evitent pro Hæresi jure infligendas, ut communiùs docent Doctores. 4. Non extenditur hæc excommunicatio ad libros Hæreticorum, Medicos, Iuridicos Philosophicos, Rhetoricos, Poëticos, quãdo Hæreses non continent.

II. Item excommunicamus & anathematizamus, omnes & singulos, qui Christianorum quorumcunque navibus tempestate iactatis; vel quoquo modo naufragium passis, siue ex ijsdem eiecta; in mari vel littore inuenta: cuiuscunque generis bona; tam in nostris Tyrrheni & Adriatici, quàm in cæteris cuiuscunque maris regionibus, & littoribus, surripuerint &c.

Nota 1. Non extendi hanc Excommunicationem ad naufragia in fluviis contingentia; imò neque in sinu maris Curonico & Pruthenico; quia hi sinus non sunt ma-

ria, ſed potiùs lacus quidam. 2 Bona nau-fragium in mari paſſorum, verè derelicta: vel quæ præſumuntur prudenter pro dere-lictis: item bona latronum, aut hoſtium, aut eorum Hæreticorum, qui hoſtiliter armis Catholicam Religionem inſectantur: item bona earum navium, quæ in navali pugna incenſæ aut tormentis perforatæ pe-reunt; non continentur hac Excommuni-catione.

III Item excommunicamus & Anathematizamus omnes qui in terris ſuis pedagia ſeu gabellas, præter-quam in caſibus ſibi à iure ſeu ex ſpeciali Sedis Apoſtoli-cæ licentia permiſſis: imponunt vel augent, ſeu imponi vel augeri prohibita, exigunt.

Nota 1. Nomine pedagiorum & gabel-larum, comprehendi hic quaſcunque exa-ctiones, tributa, vectigalia, portoria, ra-tione perſonarum vel rerum, vel poſſeſſio-num, iniuſtè impoſita vel aucta vel exa-cta. 2 Quanquam exactiones & contri-butiones poſſint eſſe ex variis capitibus injuſtæ: probabiliùs tamen eſt hac excom-municatione ſolas illas comprehendi, quæ ſunt iniuſtæ ex defectu poteſtatis ſeu aucto-ritatis legitimæ, de iure vel conſvetudine recepta, vel licentia Sedis Apoſtolicæ ali-cui competentis. 3. In noſtris partibus

Nobi-

Nobiles & Dominos non habere potestatem in suis possessioibus imponendi contributiones novas subditis, vel eas augendi.

IV. Item excommunicamus & anathematizamus omnes illos, qui ad Saracenos, Turcas, & alios Christiani nominis hostes & inimicos: vel hæreticos per nostras sive hujus S. Sedis sentenias expressè & nominatim declaratos; deferunt seu transmittunt equos, arma, ferrum, filium ferri, stannum, chalybem omniaque alia metallorum genera, atque bellica instrumenta, lignamina, canabem, funes tam ex ipso canabe, quàm alia quacunque materiâ, & ipsam materiam aliaque huiusmodi; quibus Christianos & Catholicos impugnant. Necnon illos, qui per se vel alios, de rebus statum Christianæ Reip. concernentibus in Christianorum perniciem & damnum: ipsos Turcas & Christianæ Religionis inimicos; nec non Hæreticos, in damnum Catholicæ religionis certiores faciunt, illisque ad id auxilium, consilium vel favorem qvomodolibet præstant. Non obstantibus &c.

Nota 1. Nomine rerum hic prohibitarum comprehendi quascunque alias res eiusmodi quæ infidelibus usui esse possunt ad bellum terrâ mariuè contra Christianos gerendum. 2. Nunc non esse ullos Hæreticos declaratos nominatim: quare nomine Hereticorum, de quibus hæc clausula Bullæ, non comprehenduntur ij cum quibus commercia à nostratibus mercatoribus, celebrantur, ut sunt Sveci, Angli, Scoti, Dani,

Prussi, Livones &c. 3. Non ligari eos hac excommunicatione, qui prædictis Christiani nominis hostibus, alia manifestant, & non ea quæ pertinent ad statum Politicum Christianorum Dominorum: vel quando aliquarum rerum manifestatio nõ vergit in damnum Christianæ religionis. 4. Nomine auxilij, consilij, favoris infidelibus præstiti, ut huic censuræ subjaceat, intellige ea, quæ in quacunq; re fiunt ita ut in damnum Christianæ religionis vergant: quod præcipuè contingit quando auxilium, consilium, favor exhiberetur, vel remotè circa delationem vel transmissionem prohibitorum, & manifestationem secretorum; vel proximè circa ipsam impugnationem Christianorum. 5 Non extenditur hæc excommunicatio ad fautores nostratium Schismaticorum Cosacorum: quia quanquam hi revera gerant se ut hostes Catholicæ religionis, & sint verè Hæretici: non sunt tamen hostes Christiani nominis, neq; sunt Hæretici expresse à Sede Apostolica declarati.

V. Item excommunicamus & Anathematizamus omnes interficientes, mutilantes, vulnerantes, percutientes, capientes, carcerantes, detinentes vel hostiliter insequentes S. R. E. Cardinales, ac Patriarchas, Archiepi-

chiepiscopos, Episcopos, Sedisque Apostolicæ Legatos, vel Nuncios, aut eos à suis Diœcesibus, territorijs, terris, seu dominijs ejicientes: nec non ea mandantes, vel rata habentes, seu præstantes, eis auxilium, consilium vel favorem.

Nota 1. Nomine hostilis insecutionis in hac clausula non intelligi actiones iniuriosas in solis verbis consistentes, sed debere esse corporalem insecutionem, animo nocendi, per actiones in clausula expressas, vel eis similes. 2. Comprehendi hac excommunicatione insecutionem prædictarum personarum etiam solo animo deprædandi, factam.

VI. Item excommunicamus & Anathematizamus omnes & singulos qui per se vel alios authoritate propria ac de facto quarumcunque exemptionum vel aliarum gratiarum Apostolicarum prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias causas Spirituales & Spiritualibus annexas, ab Auditoribus & Commissarijs nostris, alijsque Iudicibus Ecclesiasticis avocant, illorumue cursum & audientiam; ac Personas, Capitula, Conventus, Collegia, causas ipsas prosequi volentes impediunt, ac se de illarum cognitione, tanquam judices interponunt. Quique partes actrices, quæ illas committi fecerunt & faciunt, ad revocandum, & revocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias Literas in eis decretas, & ad faciendum vel consentiendum, eos, contra quos tales inhibitiones emanârunt, à censuris & pœnis in illis

contentis absolvi per statutum vel aliàs, compellunt: vel executionem literarum vel Apostolicarum, seu executorialium processuum ac decretorum prædictorum quomodolibet impediunt. Vel suum ad id favorem, consilium, aut assensum præstant, etiam prætextu violentiæ prohibendæ, vel aliarum prætensionum, seu etiam donec ipsi ad nos informandos, ut dicunt, supplicaverint, aut supplicari fecerint, nisi supplicationes huiusmodi coram nobis & Sede Apostolica legitimè prosequantur. Etiamsi talia committentes fuerint Præsidentes Cancellariarum Consiliorum, Parlamentorum, Cancellarij, Vicecancellarij, Confessarij, Ordinarij, vel extraordinarij, quorumcunque Principum secularium, etiamsi Imperiali, Regali, Ducali vel alia quacunque præfulgeant dignitate, aut Archiepiscopi, Episcopi, Abbates, Commendarij seu Vicarij fuerint.

Nota 1. Per causas spirituales & spiritualibus annexas comprehendi Causas Sacramentorum ac præsertim matrimonij, decimarum, beneficiorum, Iuris conferendi beneficia, & ad ipsa eligendi, præsentandi, instituendi; Iuris patronatûs, Graduum affinitatis, aut consanguinitatis, juris sepulturæ &c. verbo; omnes quæstiones & causas contingentes inter Christianos circa res quæ specialiter ad Ecclesiasticam legem fidemuè Christianam pertinent aut ex ijs ortum habent. 2. Frequenter hunc casum posse inter nostros continge-

re, cùm vel ſæculares Laici; vel quicunq; Eccleſiaſtici, aliâ quàm Eccleſiaſtica poteſtate, cauſas beneficiorum, decimarum, &c. à Iudicibus Eccleſiaſticis evocant: ipſi judicare præſumunt: curſum earum in foro Eccleſiaſtico impediunt, compellendo ut revocentur citationes, inhibitiones, & decreta, vel remittantur cenſuræ &c. item cùm aliqui, executioni literarum & proceſſuum Papalium in ijſdem materijs obſiſtunt.

VII. Quive ex eorum prætenſo officio, vel ad inſtantiam partis aut aliorum quorumcunque, Perſonas Eccleſiaſticas, Capitula, Conventus, Collegia, Eccleſiarum quarumcunque, coram ſe ad ſuum Tribunal, Audientiam, Cancellariam, conſilium vel Parlamentum; præter Iuris Canonici diſpoſitionem trahunt vel trahi faciunt, vel procurant directè vel indirectè, quovis quæſito colore.

Necnon qui ſtatuta, ordinationes, conſtitutiones pragmaticas, ſeu quævis alia decreta, in genere vel in ſpecie ex quavis cauſa, & quovis quæſito colore, ac etiam prætextu, cuiuſvis conſuetudinis aut Privilegij, vel alias quomodolibet, fecerint, ordinaverint & publicaverint: vel factis & ordinatis uſi fuerint, unde libertas Eccleſiaſtica tollitur, ſeu in aliquo læditur, vel deprimitur; aut aliâs quovis modo reſtingitur; ſeu noſtris & dictæ Sedis, ac quarumcunque Eccleſiarum juribus quomodolibet directè vel indirectè, tacitè vel expreſſè præjudicatur.

Nota 1. Prima excommunicationis pars tantùm comprehendit quoscunque (etiam Ecclesiasticos) iurisdictione iudiciali Laicali utentes in personas, & communitates Ecclesiasticas, gaudentes immunitate Fori; trahendo eas, ad suum iudicium, etiam in causis ciuilibus, extra casus iure Canonico permissos. 2. Nomine Ecclesiasticæ libertatis de qua hic agitur, intelliguntur quæcunque immunitates, seu privilegia, seu exemptiones, seu iura Ecclesiæ, id est personis & rebus, ac locis Ecclesiasticis competentia generaliter: nam qui læderet immunitatem alicui soli particulari Ecclesiæ competentem, aliquid contra eam statuendo, non subjaceret huic censuræ ut communiùs tenent DD. 3. Comprehenduntur hac excommunicatione statuta, quæ auferunt Ecclesiæ aut Ecclesiasticis, eam libertatem, quæ eis alias de iure Divino aut naturali, aut humano, æquè competebat ac sæcularibus. 4. In nostris partibus plura sunt statuta, tàm in corpore Iuris Regni quàm in constitutionibus, contraria libertati Ecclesiæ: videre igitur oportet, quæ sunt facta de consensu Papæ, nam alia quæ prædicant in judiciis, sive sint actores, sive judices, incurrunt

hac

hanc excommunicationem. 6. Notanda est excommunicatio reservata à Martino V. Constit. Ad reprimendas, lata contra sæculares, his verbis.

Omnes & singulos judices, executores &c. Laicos & Laicales personas, postquam exceptum fuerit de non jurisdictione eorum; aut evidenter appareat hujusmodi cognitionem ad eos de jure non spectare, talia (id est trahere ad suum forum personas Ecclesiasticas ad instantiam Ecclesiasticorum) *præsumentes & ea fieri mandantes, seu eorum nomine & mandato facta rata habentes, vel eis faciendis dantes auxilium, consilium vel favorem, &c. Excommunicationis sententiam incurrere volumus ipso facto, nullusque per alium, quàm per Rom. Pontificem, absolvi valeat.*

Ibidem fertur excommunicatio contra Ecclesiasticos Ecclesiasticum ad forum Laicale in actione, quæ de iure vel consvetudine in foro Ecclesiastico possit vel debeat cognosci, trahentes. Dubium autem est an ea excommunicatio sit reservata.

VIII. Qui vè jurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouentus, ad nos & Sedem Apostolicam & quascunque Ecclesiasticas personas ratione Ecclesiarum, monasteriorum & aliorum beneficiorum Ecclesiasticorum pertinentes usurpant: vel etiam quavis occasione vel causâ, sine Romani Pontificis vel aliorum ad id legitimam facultatem habentium expreßâ licentiâ sequestrant.

Nota 1. Fures & Latrones rapientes res Ecclesiasticas, juxta communiorem DD. non comprehenduntur hac Excommunicatione. 2. Neque Hæredes aut Executores; qui res legatas, Ecclesijs non consignant. 3. Comprehenduntur Magnates & Nobiles, qui prætextu Iurispatronatûs, à morte Parochorum, de fructibus, pecunijs vel alijs rebus quomodolibet auctoritatiuè disponunt; aut ad suam dispositionem ea sequestrant.

IX. Quivè collectas, decimas, talleas, præstantias & alia onera, Clericis Prælatis, & alijs personis Ecclesiasticis ac eorum & Ecclesiarum, monasteriorum, beneficiorum Ecclesiasticorum, bonis illorumque fructibus, redditibus & proventibus huiusmodi, absque simili Pont. Rom. speciali & expreßa licentiâ imponunt, & diuersis etiam exquisitis modis exigunt; aut sic imposita, etiam à sponte, dantibus & concedentibus recipiunt. Necnon qui per se vel alios, directè vel indirectè prædicta facere, exequi vel procurare, aut in ijsdem auxilium, consilium, vel favorem præstare non verentur: cujuscunque sint præeminentiæ, dignitatis ordinis &c. Innovantes decreta super his per Sacros Canones, &c.

Nota 1. Nomine bonorum Ecclesiasticorum debent intelligi etiam Rustici, coloni subditi iurisdictioni Ecclesiarum aut Ecclesiasticorum ratione Ecclesiarnm.

Nota 2. Comprehenduntur hac excommuni-

municatione illi qui in nostris partibus, militares contributiones imponunt, exigunt, recipiunt, etiam à sponte dantibus, in possessionibus Ecclesiasticorum: aut ad id aliis accessoriis actionibus in Bulla expressis, ut consilio, procuratione &c. concurrunt. Nam eiusmodi contributiones vulgò stationes. sunt verè onera; à quibus etiam per iura Regni huius & M. Duc. sunt exempta bona Ecclesiastica.

X. Item excommunicamus & anathematizamus omnes & quoscunque Magistratus & iudices, Notarios, scribas, executores, & subexecutores, quomodolibet se, interponentes, in causis capitalibus, seu criminalibus, contra personas Ecclesiasticas illas processando, banniendo, capiendo, seu sententias contra illas proferendo, vel exequendo sine speciali, specificâ, & expreßâ huius S. Sedis Apostolicæ licentiâ. Quive ejusmodi licentiam ad personas & casus non expressos extendunt, vel alias illâ perperam abutuntur, etiamsi talia committentes fuerint Consiliarij, Senatores, Præsidentes, Cancellarij, Vicecancellarij, aut quovis alio nomine nuncupati.

Nota 1. Contingere, ut hæc excommunicatio in nostris partibus incurratur tempore Interregni, cùm Iudices Extraordinarij (Vulgò Kaptur) extendunt suam potestatem ad personas Ecclesiasticas, in caussis prætensis invasionum, spoliationum

&c.

&c. 2. Non incurrunt hanc excommunicationem Magistratus laici inquisitionem de delicto, cuius sunt auctores, aut complices præter Ecclesiasticum Laici; si non habeant animum post inquisitionem procedendi contra Ecclesiasticum extra forum competens. 3. Nomine processationis non intelligitur protestatio; quia iuxta Canones, processus incipit à Citatione.

Casus Bullæ Cœnæ Domini versibus Comprehensi.

Hæresis, & fautor, cum schismate, apostata, lector,
Concilium appellans, Papæ agros, Sacraq; jura
Frangens, naufragium rapiens, pelagiq; latrones,
Romipetas vexans, & iniqua gravamina cōdens
Si Turcis fruges, ferrum, vel tela ministret.
Impediens victum, & visentes Præsulis aulam.
Falsificans bullas, laicorum jura sequutus.
Si causas Cleri laicus cognoscere tentas,
Aut oneras Mystas, aut criminis arguis illos.
Purpureos lædens Patres, sacrumq; Senatum.
Si libertatem violes templiq; tribunal.

Reduci autem possunt prædictæ excommunicationes ad quinq; capita, ut sic facilius memoriâ teneri posint, cùm illas Confessarij scire passim debeant, aut saltem dubitare, si quidem ab illis non possunt

ſunt abſolvere, Nam ſcire illas non eſt neceſſe clarè à quibus abſolvere quis poteſt dummodò habeat intentionem generalem abſolvendi ab omnibus à quibus poteſt, ſcire autem, à quibus non poſſit, eſt neceſſe.

Primum Caput ad quod reduci poſſunt, eſt *Fides*. Vnde excommunicantur omnes Hæretici, Schiſmatici, & libros eorum legentes.

2um. Caput eſt *Eccleſiæ*, quatenus poteſt offendi, vel ut *Princeps in ſpiritualibus*, quomodo peccant appellantes à Papa ad Concilium futurum, vel ut *Princeps in temporalibus* certæ partis mundi, quomodo peccant qui uſurpant bona & iuriſdictionem ad ipſam pertinentem.

3um Caput eadem Eccleſia quæ offendi poteſt tum *in ſuis perſonis*, vt faciunt qui bona naufragantium Chriſtianorum rapiunt, qui latrocinia exercent in mari Eccleſiaſtico qui imponunt onera perſonis Eccleſiaſticis, qui perturbant euntes Romam. Eadem Eccleſia offendi poteſt *in ſuo Principatu*, & hoc modò excommunicatur illi qui deferunt arma ad inimicos nominis Chriſtiani, aut illis ſecreta Chriſtiana produnt.

4um *Sedes Apostolica*, quæ potest offendi tum *quoad personas quæ sunt sub eius protectione*, quales sunt. 1. Quæ deferunt victualia ad curiam Papæ. 2. Quæ veniunt ad illam pro negotiis. 3. Quæ morantur apud illam. 4. Quæ ab illa discedunt. 5. Quæ ad illam recurrunt. Tum potest offendi *quoad suam authoritatem* qualiter offenditur per falsificationem literarum Apostolicarum, per appellationem ab illa ad laicam, potestatem. Per usurpationem Bonorum & reddituum Ecclesiasticorum.

5um *Hierarchia Ecclesiastica*, tum ratione *Principalium membrorum*, quales sunt, Cardinales, Episcopi, Nuncij, Legati, tum ratione læsæ *suæ authoritatis*, quod fit per cognitionem causarum Ecclesiasticarum à Laicis per violatam immunitatem fori, per recursum a iurisdictione Ecclesiastica ad laicam. Tum deniq; ratione, *derogatæ libertatis*, quod fit per impositionem onerũ bonis & personis Ecclesiasticis, per cognitionem causarum criminalium circa Clericos.

Per Bullam Cœnæ, ut Synod. Szyskov Crac. explicat fol. 69. sunt excomm. Qui libros Hæreticorum de fide tractantes defendunt. Rutheni qui non obediunt suis Episco-

Episcopis unitis. Qui in terris ſuis noua telonia, pontalia, aggeralia & ſimilia ſine facultate Regis & Regni conſtituerint, vel augent non augenda. Qui Turcis, Tartaris vendunt, res ad bellũ ſervientes, vt equos arma, ferrum, fila ferrea, ſtannum, chalybem, & alia metalla, legumina, canabes, funes. Qui Scythas vel Turcas informant de ſtatu Regni ad illius perniciem, & qui ad hoc illis dant conſilium, auxilium, favorem quomodocunq; Qui euntes Romã peregrinos, item alios ad Sedem Apoſtolicam euntes, interficiunt, mutilant, vulnerant, detinent, capiunt, deprædantur, & omnes qui talibus deferunt, conſilium, auxilium, favorem. Qui hoſtiliter inſeqvũtur Archiepiſcopos, Epiſcopos, etiam Ruthenos unitos, Legatos Apoſtolicos, vel eijciunt à ſuis Diæceſibus, territorijs, terris, dominijs, & qui iubent, vel ratum habent & qui ad hoc præſtant conſilium, auxilium, ut favorem, vel qui prædictorum Iudices, Commiſſarios, Procuratores, ſimili modo vexant. Qui procurant, vel qui impediunt, ne literæ Apoſtolicæ ſortiantur effectum, citationes, inhibitiones, monitoria, proceſſus, executoriales aliaque decreta. idem eſt de iſtis ſi ſint à

Nuntio

Nuntio Apost. Item qui prohibent per se, vel alium tabelliones, ut conficiant actus, vel instrumenta super executione literarũ Apostolicarum vel processuum, vel si impediant per se vel alios ne ista instrumenta tradantur ijs ad quos spectant. Item qui notarios, Executores, Subexecutores dictorum instrumentorum, citationum captivant, incarcerant, detinent. Qui prohibent ne aliquis in suis negotijs accedat Sedem Apost pro gratiis, literis; vel quomodocunque impediunt ne dictis gratiis quis uti possit, vel dictas gratias retinent, aut earum notarium, vel tabellionem. Item qui causas decimarum, Beneficiorum vel alias Spirituales, aut his adnexas avocant à foro Ecclesiastico, vel cursum illarum impediunt, vel ipsas personas quæ ipsas causas proseqvuntur, & non tantùm qui personas, sed & qui communitates, vel qui dictas causas judicare volunt, vel qui has Personas inducunt ut dictas causas revocent, citationem, inhibitiones &c. Item qui statuunt & compellunt ad faciendum & consentiendum, ut absolvantur à Censuris & pænis in processu contentis, illi, contra quos inhibitiones emanarunt. Qui quomodocunque executionem

nem, literarum, Apost. vel executoralium processuum & decretorum supradicto-rum, & qui hæc patrantibus dant consili-um, auxilium, favorem.

Item laici qui trahunt ad iudicium lai-corum Ecclesiasticos. Qui aliquid statue-runt vnde Ecclesiastica libertas, tollitur, stringitur, deprimitur, & Iuribus Papæ vel Ecclesiæ præiudicatur, talis lex esset, non posse in testamento pro anima sua nisi tan-tum vel tantum inscribere, & qui talibus legibus vtuntur sunt similiter excomm. talem legem, ait hæc Synod. ut esse de cō-positionibus supra fundos & proventus Ec-clesiæ. Item qui judicem quemcunq; Eccle-siasticum impedit ne suâ iurisdictione v-tatur ut qui illam tenent directè vel indi-rectè ut ita decernat sicut illi volunt.

Item Casum Bullæ Cœnæ incurrunt qui fructus, jurisdictiones Ecclesiasticas sibi sequestrant, ut census, decimas. Item qui personis Ecclesiasticis aut bonis, aut fru-ctibus imponunt tributa, aut onera; ut rusticis eorum, ut suos agros, arent &c Item qui his imposita onera etiam à spontè dantibus recipiunt, ut vectigalia à navibus, frumentis, remis, portu, cùm Ecclesiastici vehunt frumenta in suis agris

 nata,

nata, vel de decimis collecta & omnes qui prædicta iuvant quomodocunq; aut exeqvuntur, ut faciunt aliquando in Comitiolis.

Item omnes Officiales, & Notarii, & Executores & quicunq; concurrunt in caussis capitalibus contra Personas Ecclesiasticas, eas banniendo, capiendo, processando, sententiam contra illas ferendo, exequendo, (Ista explicatio Bullæ est Romæ approbata.) Tales tamen à quolibet in solo articulo mortis absolvi possunt, sed priùs iurare debent quod Ecclesiæ & illius qui excommunicavit mandatis parebunt, & satisfacient, & si desit cui satisfaciendum, pecunia interim in templo deponatur, vel apud probos viros, quodsi pecunia desit, fideiussores statuantur, quodsi neq; hoc facere possit, iuret quòd intra mensem ubi convalverit satisfaciet: alioqui ipse absolvens ad damna tenetur tefudenda. ita Synod. Provinc. Pol. constit. Et Szyszkoviana cap. 59. addo, cadere sub hanc excomm. Qui Personis Ecclesiasticis prohibent, quod illis ius communiter permittit. Tales sunt qui vetant subditos suos, ne Personis Ecclesiasticis quidpiam vendant: nevè ab ijs Decimas & alias res

emant.

emant. Ne Ecclesiastico in bonis suis panes coquant. Qui cogunt subditos Ecclesiasticos, ne apud suos Dominos, sed in molendinis sæcularium frumenta molant. Qui aquam ex flumine publico ut iura & consvetudo permittunt, derivare prohibent. Qui ligna cùm ex suis sylvis devevehunt Eccllesiastici per flumen, aut non ex suis, sed pro suo usu empta, devehi non permittunt, nec in littus exponi, nec in domos absq; telonio convehi, sinunt, contra privilegia. Qui subditos suos inhibent ne labores suos Ecclesiasticis elocent, quos aliis solent elocare, ut sunt vecturæ, triturationes &c. Qui pascua communia prohibent. Qui prohibent ne Decimæ in horreum Parochorum invehantur. Qui vetant ne Ecclesiastici in hospitiis publicis pernoctent, Qui oblationes inhibent. Qui se in administrationem bonorum Ecclesiæ, vel perceptionem decimarum, aut aliorum fructuum, aliquo prætextu immiscent. Qui sine facultate eorum ad quos spectat decimas manipulares in pecuniarias commutant. Qui iurisdictionem in bonis Ecclesiæ quocunq; modo impediunt, aut interrumpunt, isti omnes & similes, propter violatam immunitatem Eccle-

siasticam, incurrunt excommBullæ Cœnæ.

Huius censuræ protectione gaudet Clericus etsi duxerit vxorem, dummodò Virginem, & habitum deferat & tonsuram, serviatque alicui Ecclesiæ, neq; in secundo sit Matrimonio. Gaudet etiam excommunicatus, suspensus, interdictus, degradatus verbaliter tantùm. Monachi nomine veniunt laici etiam non professi, novitii, ac tertianæ S. Dominici, aut S. Francisci, si tamen gestant habitum ac in communitate vivunt. Gaudent Eremitæ subiecti alicui Regulæ, aut Superiori.

Percussionis ac violentarum manuum nomine intelligitur, quæcunque mortaliter mala actio exterior contumeliosa, quæ immediatè aut mediatè Clericum attingit, & ita hanc Censuram incurreret, qui non Clericum sed ei adhærentes conspueret, aquâ perfunderet, luto conspergeret, qui crinem evelleret, laceraret vestem Clerici, eriperet pallium, aut aliquid eiusmodi; qui concluderet in carcere, aut alio loco cum dedecore; qui vincula inijceret, impelleret in flumen, aut fossam; eqvum cui Clericus insidet arriperet, sisteret per fræenos, cæderet, vulneraret. in his omnibus incurritur excommunicatio etiamsi Clericus in

eus in has contumelias consentiret, etiamsi condonaret, etiamsi illas meritus esset.

Incurrit eandem Censuram Prælatus qui Clericum castigat iustè, sed per laicum. Incurrit Clericus qui seipsum ex malitia aut passione coniuncta cum peccato mortali percuteret: sed qui ex devotione, aut odio suorum peccatorum se castigaret, sanctè ageret.

Clerici percussor nec ab Episcopo absolvi potest, sed Clericus in Minoribus ut hoc canone gaudeat, debet vel Beneficium habere. vel cum habitu aut tonsura ex mandato Episcopi servire Ecclesiæ, aut de eius licentia in schola versari. Amittunt Canonem Clerici etiam in sacris, si habitu dimisso & tonsura immisceant se negotiis sæcularibus, & ter moniti ab Episcopo non desistunt; si autem habitu dimisso bellis iniquis, seditioni, latrociniis se immiscent, amittunt etiam non moniti, idem de exercentibus officium lanienis aut cauponis publici, si ter moniti non desistant, & idem est si retinent in his habitum sed coniugati sint. Qui iussit Clericum occidi, sed ante cædem revocavit mandatum, etiamsi postea occidatur, non incurrit excom. Idem de consulente si adhibuit omnia ut

ſuum mandatum impediret. Si volens percutere Petrum Clericum, caſu percutit Paulum etiam Clericum non incurrit excomm. ſecus, ſi percutias ſcient eſſe Clericum Paulum quem putabas eſſe Petrum. Puer tunc incurrit excomm. quando percutiendo peccat mortaliter. Defendendo ſuum aut alienum corpus, famam, bona, pudicitiam, contra invaſorem Clericum non incurritur excomm. ſimiliter ſi depreheuſum cum uxore &c. in primo fervore percutit, non incurrit ſed peccat; qui verò dato dolore, incurrit. Præceptor, Prælatus, aut exceſſive percutiens, incurrit. Pater laicus non poteſt caſtigare Clericum in ſacris, nec laicus Præceptor quando id facere non poſſunt abſque mortali. Poteſt Epiſcopus per laicum Clericos ubi eſt conſuetudo. Abbas per ſeipſum percutere debet indiſciplinatos, aut ſaltem per Reigioſum laicum. Pueri, Novitii, Clerici in Minoribus etiam per laicum ſæcularem caſtigari poſſunt. Clerici & Monachi ſcelerati ex mandato Prælati poſſunt à laicis capi, & in quibuſdam locis etiam torqueri, & damnatus ad triremes ſolet percuti ab habente poteſtatem. A levi percuſſione abſolvet Epiſcopus, à gravi etiam ſed non

enormi

enormi, item & Prælatus Ordinis, & qui antea propter hoc contraxit excomm. potest à Prælato Ordinis absolvi si non est percusio enormis, item absolvi in Religione qui ante illam percussit non enormiter.

Casus Papæ Reseruati

Non comprehensi in Bullâ Cœnæ.

DE his notandũ, quòd quando censura annexa casui non incurritur; aut aufertur: etiam ipse casus non manet reservatus. Ex ijs qui frequentiùs occurrere possunt, & propterea à Sacerdotibus ad confessiones deputatis, specialiter intelligendi, ac memoriâ retinendi, sunt hi omissis illis, qui cum Casibus Bullæ Cœnæ concidunt.

Casus Communes omnibus.

I. *Si quis suadente diabolo hujus sacrilegij reatum incurrerit, quòd in Clericum vel Monachum violentas manus injecerit, anathematis vinculo subjaceat: & nullus Episcoporum illum præsumat absoluere.*

Nota 1. Nomine Clerici vel Monachi intelligi etiam religiosos utriusque sexûs,

etiam Conversos, etiam Novitios. 2 Non autem illos in Minoribus Clericos, qui neque deferunt habitum, neque serviunt Ecclesiæ. 3. Comprehendi hac Excommunicatione Mandantes, Ratumhabentes, Consentientes, Consilium auxilium, favorem præstantes, non impedientes cùm tenentur & possunt. 4. Non gaudere hoc privilegio Clericos, miscentes se turpibus & enormibus, aut inventos cum vxore filiâ, matre, aut requirentes inhonestè mulierem eamque tangentes.

II. *Si excommunicatus à Delegato Papæ perseueret per annum in excommunicatione.* Sic DD. argumento c. Quærenti. De officio & potest: jud: deleg:

III. *Incendiarij ex quo sunt per Eclecsiæ sententiam publicati, pro absolutionis beneficio ad Apostolicam Sedem sunt mittendi. Cap. Turcios. De sent. excomm.*

IV. *Ecclesias effrigentes & spoliantes.* juxta c. Conquesti. de sent. excommunic.

Nota. Vtramque hanc actionem effractionis & spoliationis debere copulativè accipi: nam quæuis earum seorsim accepta, non sufficit, ad incurrendam censurã ipso facto, hoc canone expressam: Non comprehenditur hâc excommunicatione

ipso

ipso jure, Ecclesiam malitiose incendens.

V. *Quicunque pro eo quòd sententia excommunicationis, suspensionis, aut interdicti lata fuerit, dant licentiam, occidendi, capiendi, vel in personis aut bonis suis, vel suorum grauandi eos, qui sententiam tulerunt, vel occasio sententiæ fuerunt, vel eam obseruant, vel excommunicatis communicare volunt. Item quicunque uterentur eâ licentiâ, item quicunque similia facerent proprio motu: eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt, & si permaneant duobus mensibus in ea sententia; non possunt nisi per sedem Apostolicam beneficium absolutionis obtinere.*

Nota. Dantes licentiam prædictam non incurrere hanc excommunicationē effectu non secuto: aut si revocarunt licentiam, re integra.

6. *Qui à sententia Canonis vel hominis, Papæ reseruata in necessitate absoluti, cum commodè poterunt, contemnunt se Papæ præsentare. Item qui a Sede Apostolica, vel ejus legatis absoluti sub conditione præsentandi se Ordinarijs, vel alijs, vel satisfaciendi parti: si hæc quamprimum commodè poterunt, non curaverint adimplere: ipso jure incidunt in eandem sententiam reservatam.*

Nota. Obligationem comparendi posse impleri per procuratorem, quando in mandato Papæ committentis absolutionem vel absolventis, non ponitur expresse obligatio comparendi personaliter.

7, *Praesumptores qui in locis interdicto suppositis, quemquam de cætero divina celebrare officia quomodolibet cogere: aut ad officia eadem audienda aliquos, excummunicationis præsertim, vel interdicti sententiâ ligatos ita (supple, per campanarum pulsationem vel voce præconis) euocare: seu qui, ne publice excommunicati, aut interdicti, de Ecclesiis ut exeant à celebrantibus moniti, prohibere: qui excommunicati publicè & interdicti in ipsis Ecclesijs nominatim à celebrantibus moniti remanere; præsumpserint: excommunicationis sententiâ, à qua per sedem duntaxat Apostolicam possint absolui, innodamus. Clement, cap. Grauis. De bone excomm.*

Nota. Violationem interdicti à Papa lati, specialiter esse Papæ reservatam, per Extrau. Etsi Dominici. De pœninitent. & remiss.

8. *Vniuersi & singuli, qui quomodolibet dando vel recipiendo, Simoniam commiserint; aut quòd illa fiat mediatores extiterint, seu procurauerint; sententiam Excommunicationis incurrant, à qua, nisi à Rom. Pont. non possint absolui. Extrau Cuius detestab. De Sim.*

Nota. Hanc censuram incurri solùm ob Simoniam in ordine vel beneficio, siue sit ea occulta siue publica, modò tamen sit realis & consummata. 2. Censuram itidem reservatam, novo jure latam esse à Pio V. Anno 1569. per constitut. Intolerabilis: quæ comprehendit simoniam

am, etiam confidentialem in beneficio cedente vel resignante, quæ committitur duobus præcipuè modis. Primus est quando beneficium recipitur ab altero cum confidentia, quòd postea vel eidem vel alteri dabitur, vel eius fructus, vel pars, vel pensio; vel ipsum beneficium: atque tum recipiens excommunicationem ipso facto incurrit, modò intentio dimittentis quomodocunque ab eodem indicata recipienti innotescat: & effectu secuto. Secundus est, quando collator confert, vel Laicus præsentat, vel elector eligit, sub conditione expressa aut tacita, ut beneficiatus postea conferat fructus in utilitatem conferentis beneficium, vel ut alterius arbitrio disponat de beneficio contra Iuris dispositionem.

9. *Qui præsumpserint in sermonibus ad populum seu alias quomodolibet, affirmare; quod assertiones, sententiam affirmantem Beatissimæ Virg. Immaculatam conceptionem, erroris aut Hæresis damnantes & Officium Immaculatæ Conceptionis celebrantes alicuius peccati arguentes sint veræ, aut libri id continentes, legi, teneri vel haberi ut veri debeant, excommunicationis sententiam eo ipso incurrant, à qua ab alio quàm Rom. Pont. nequeant absolutionis beneficium obtinere.*

Nota. Similem censuram eos incurrere; qui contrarium tenentes, nempe quòd B.

Virgo sit in Originali concepta, asserunt Hæresis crimen, vel peccatum mortale committere. 2. Per Constit. Pij. V. editam 1570. Super speculam, prohibetur in concionibus popularibus de alterutra huius quæstionis parte disputare, suam firmando, & contrariam impugnando: aut de ea vulgari sermone scribere seu dictare. In transgressores verò huius prohibitionis nulla est lata excommunicatio, sed suspensio à Divinis ipso facto & ipso iure privatio gradus, dignitatis, administrationis ac inhabilitas ad eadem ipso facto Pontifici reservata.

10. *Excommunicamus & Anathematisamus omnes &c. qui aliquod pactum fecerint: seu aliquod parvum vel magnum promiserint, vel promissionem receperint: aut ex pacto sive promissione occultâ vel manifestâ generali vel speciali & expressâ quidquam dederint aut receperint magnum vel parvum: vel promissionem de quacunque re vel utilitate propter hoc consequenda fecerint vel receperint: pro aliqua justitia, sive gratia pro se vel pro alio in causis vel judicijs, seu alias per literas Apostolicas, & quibuscunque modis apud Sedem Apostolicam obtinenda, Decernimus etiam ut nullus hanc incurrens excommunicationis sententiam absque speciali mandato nostro, absolutionis beneficium valeat obtinere.*

Nota Simili censura reservata innodantur

nantur scienter utentes gratiâ aut iustitiâ apud Sedem Apostolicam tali modo obtentis. Ibidem, in fine. 2. à Gregorio 13. Constit. Anni 1574. Ab ipso Pontificatûs, eadem censurâ reservata extenditur ad plures actiones: nempe has; Nundinari sordidè in conquirendis expeditionibus negotiorum, id est, quærere onera impetrandi gratiam vel justitiam propterea quod habeas favorem potentiorum, atque de ea re pacisci: Ambire donis & sollicitationibus eos, qui putantur præstare favore apud eum, apud quem quæritur gratia vel justitia: Fingere se dedisse pretium; vel promisisse ei, qui valet gratiâ. Deniq; dare auxilium, consilium, favorem à supra dictis, id est tam à Gregorio quã Bonifac. VIII. cit. Extra prohibitis. 3. Hæc censura non extenditur ad eos, qui similibus modis obtinent aliquid à Legatis vel Nuncijs Papæ; quia hi non sunt sedes Apostolica. Præsertim quia extensio Clem. VIII. Constit. Pro commissa, ad quæcunque judicia etiam Laica; limitatur pro solis ditionibus Papæ subjectis. 4. Præter excommnnicationem sunt plures pœnæ; videndæ tum dicto Etrau, tum Constit. Gregor. XIII.

11: *Pugiles* (id est duellantes) *& eos ad id tentantes, provocantes, aut locum seu campum ad pugnandum dantes seu concedentes, ac in illis adstantes & interessentes, ac certantes, comitantes & comitivam praestantes, nec non consulentes, ac adhaerentes & fautore: nec non chartas certaminis seu duelli subscribentes, vel affigentes, aut publicantes &c. excommunicationis maioris latae sententiae poenam, à qua nonnisi à Romano Pontif. absolvi possint, eo ipso incurrant.* Pius IV. eaq;

Nota. I. Hæc censura tantùm incurritur ob duellum cum iis circumstantiis, quas exprimit constitutio Iul. II. pro statu Ecclesiastico, quia illius solùm ordinationem à Clemen. VII. approbatam adjectâ excommunicatione reservatâ, Pius IV. extendit hic extra statum Ecclesiasticum. Porrò Duellum de quo Iul. II. agit debet esse publicum, quod fit cum patrinis, designato per magistratum loco, armis &c.

Nota. II. Excommunicatio Tridentini circa eandem materiam expressa ses. 25. c. 19. de ref. non est reservata. 3. Gregorius XIII. constit. Anni 1582. Ad tollendam. Tridentini pœnas, ac proinde etiam excommunicationem extendit ad omne duellum sine his circumstantiis commissū.

Ex condicto, statuto tempore, & in loco convento, etiamsi nulli Patrini, aut socij vocati fuerint, etiamsi non sit securitas loci habita, nullaenè provocatoriae literae,

aut

aut denuntiantes chartulæ præcesserint. Item ad locorum Dominos eiusmodi duellum permittentes: quantum in se fuerit non prohibentes. omnesque illud fieri mandantes, instigantes, auxilium, consilium vel fauorem dantes: equos, arma, pecuniam, commeatum & alia subsidia scienter subministrantes: ex composito spectantes: socios sese quouis modo præbentes. Greg XII. ad tollendam.

Hanc excommunicationem esse reservatam conveniunt DD. 4. Clemens VIII Anno 1592. constit. Illius vices, Innovatis & confirmatis pœnis Prædecessorum & Trident. contra duellantes, de novo excommunicavit.

Omnes & quoscunque publicè vel privatim, palam vel occultè, in quibuscunque locis, modis & formis ac casibus (in eius Bulla vel præmissis constitutionibus ac decreto comprehensis singulare certamen seu duellum] *ex composito ineuntes nec non id scelus suadentes aut provocantes; opem, consilium, vel favorem præstantes: equos, arma, & commeatus præbentes, aut comitantes, vel circa chartulas seu libellos, literas, nuncios, aut quacunq; alia scripta eiusmodi quomodolibet peccantes, huiusq; delicti Socios, de industria spectatores, patrinos, fautores, defensores quoscunq;: ita vt eius excommunicationis absolutionem, ab alio quàm à Rom. Pontif. pœnitentia & satisfactione congruè peracta nequeunt obtinere, etiam prætextu quarumvis facultatum & indultorum &c. Clemens VIII. Illius vices.*

12. *Si quis alicuius Ecclesiæ, seu cuiusvis secularis vel regularis beneficij, Montium Pietatis, aliorumque piorum locorum jurisdictiones, bona, census, ac jura, etiam feudalia & emphiteutica, fructus emolumenta, seu quascunque obventiones, quæ in ministrorum & pauperum necessitates converti debent; per se vel alios vi vel timore incusso seu etiam per suppositas personas Clericorum aut Laicorum, seu quacunque arte, aut quocunque quæsito colore, in proprios usus convertere illosque usurpare præsumpserit, seu impedire ne ab ijs, ad quos jure pertinent percipiantur: is anathemati tam diu subjaceat, quamdiu iurisdictiones, bona, res, jura, fructus, & redditus, quos occupaverit, vel qui ad eum quomodocunque, etiam ex donatione suppositæ personæ pervenerint: Ecclesiæ eiusque administratori, sive beneficiato integrè restituerit: ac deinde à Romano Pontif. absolutionem obtinuerit.*

Trident. ses. 22. c. 11. vbi plures etiam pænæ adijciuntur.

XIII. Contra ingredientes Monasteria Monialium tàm viros quàm fæminas, & contra fæminas, ingredientes Monasteria virorum cassatis licentiis quibuscunque ingrediendi, sic Pontifex loquitur.

Inhibentes eisdem sub excommunicationis pæna ipso facto incurrenda, super qua à nemine nisi à Rom. Pontif. absolutionis beneficium possit impertiri, ne ipsorum licentiarum prætextu Monasteria einsmodi quovis modo ingredi audeant. Greg. VII. Vbi gratia.

Nota 1.

Nota 1. Hæc excommunicatio comprehendit Religiosos vtriusque sexûs, facientes vel permittentes ingredi prætextu huiusmodi licentiarum. Gregorius 13 ib. Vbi in eos adiunguntur aliæ quoque pænæ. 2. Similem excommunicationem incurrit, qui obtenta ab Episcopo licentia, quam in casibus necessariis concedere Tridentinum permittit, extra necessitatem ea vtitur ad ingressum Monasterii Monialium: & Moniales admittere eum præsumentes. 3. Regulares superiores ingredientes Monasteria Monalium sibi subiectarum extra casus descriptos à Gregorio 13 Constit. Dubiis quæ emergunt, incurrunt (præter alias pænas) excommunicationem, sed non reservatam. 4 Dubium est inter Doctores an excommunicatio lata per Gregorium 13 dicta Constit. Vbi gratiæ extendatur ad ingredientes sine prætextu licentiæ: licet affirmativa dicatur esse in praxi Romanæ Pœnitentiariæ. 5 Nihilominus certum est mulieres quascunq; etiam non prætextu licentiarum ingredientes Monasteria virorum, esse ipso facto excōmunicatas. Ita declaravit Pius V Const. Decet Rom. Pontif. & ante statuerat Tridentinum sess. 25. C. 5. 6. Hæc excom-

municatio contra fæminas ingredientes Monasteria Monialium, videtur hîc non vigere. ita Synodus Plocensis.

14 *Si quis auxilium, consilium, favorem, præstet.*

Apostatis Ord, Minor. in Privil. Minor. cõcess. 147. Eam excommunicationem reservatam extendit Pius V. constit. Æquũ repetamus, ad Apostatas Soc. Iesu.

Nota. Apostasiæ veræ & pœnarum in eam latarum reos esse, etiam illos, qui post tria simplicia vota, â Societate sine authoritate Superiorum discedunt. Habetur in Constit. Greg. 13. Ascendente Domino.

15. *Si quis libellos aut alia scripta conficiat, contra FF. Ordin. Prædicat. & Minor. incurrit excommunicationem Papæ reseruatam.* In Privil. eorundem Ord. Extenditur ad alios in privilegiis communicantes.

16. *Præcipimus in virtute S. Obed. ac sub pœnis excommunicationis latæ sententiæ, nec non inhabilitatis ad quæuis officia & beneficia secularia & quorumvis ordinum regularia eo ipso, absque alia declaratione incurrendis quarum absolutionem nobis & successoribus nostris reservamus, ne quis cuiuscunque status, gradus, & præeminentiæ existat, Societatis IESV institutum constitutiones &c. aut quemvis earum articulum &c. quovis disputandi vel etiam veritatis indigandæ quæ-*

sito colore directè vel indirectè impugnare vel eis contradicere audeat. Greg VIII. Ascendente.

17. *Omnes & singulos [id est eos Laicos, qui Clericos & personas Ecclesiasticas bannire, seu relegare aut proscribere non verentur] talia præsumentes & ea fieri mandates, seu eorum nomine vel mandato facta, rata habentes: vel in eis faciendis dantes auxilium, consilium, vel favorem, singulares personas &c. & communitatum & universitatum omnes & singulas potestates, capitaneos, scabinos &c. & officiales quocunque nomine censeantur & privatas personas huiusmodi sacrilegij principaliores excommunicationis sententias incurrere &c. volumus ipso facto: nullusque ab eisdem sententiis per alium quàm per Romanum Pontificem possit absolui. Vrb. Constit. quia sicut. Anno* 1383.

Nota. 1. Quòd quanquam in nostris partibus sint aliqui casus in quibus liceat Laico convenire Ecclesiasticum, coram Laico Magistratu ratione bonorum terrestrium; nihilominus Laico Magistratui nunquam licet procedere ad pœnas super personam contra Ecclesiasticum: at bannitio numerari debet inter pænas personales. Vnde per constitutionem Vrb. VI. tali occasione bannientes Ecclesiasticum incurrunt excommunicationem reservatam. Specialiter etiam lata est excommunicatio reservata contra eos, qui banniunt Episcopum, & contra id mandates, ratum habentes,

bentes, socios se exhibentes, auxilium, consilium, favorem præbentes, defendente bannientem. Clem. de pænis I. 2 Neq; potest in ea re acquiri Laicis ulla potestas supra Ecclesiasticos, per quamcunque consvetudinem. Nam præterquam quòd libertas Ecclesiasticorum sit Iuris Divini, cõtra quòd nihil valet consuetudo: insuper omnis consvetudo contraria libertati Ecclesiasticæ generaliter reprobatur, c. noverint de sent excommunic. Et specialiter, consuetudo trahendi Ecclesiasticos ad forum Laicale, in Bulla Cænæ reprobatur.

XVIII. *Si quis quouis prætextu, quidquam præter aut contra huius nostræ constitutionis tenorem attentare præsumpserit, declaramus eum ipso facto, censuras & pænas easdem incurrere, quæ contra libertatis iuris & immunitatis Ecclesiasticæ violatores &c. sunt promulgatæ. Gregorius XIV. Constitutione. cum alias.* Porrò inter pænas alias contra huiusmodi violatores lata est etiam excommunicatio reservata. Extrau.. Etsi Dominici, de pænit. & remiss.

Nota 1. Quòd quidquid juris circa hanc materiam extitit ante constitutionem Greg. XIV. totum id redactum est ad terminos prædictæ constitutionis, servatis in suo vigore pænis. 2 In prædicta autem consti-

constitutione statuitur: Primò ut *Laicis ad Ecclesias locaque sacra & religiosa confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores &c. depopulatores agrorum, quiuè homicidia aut mutilationes in ipsis Ecclesiis, vel Cæmiteriis, committere non verentur, qui proditione proximum occiderit, qui rei fuerint Assasinatûs, vel Hæresis, vel læsæ Majestatis in personam Principis, immunitas Ecclesiastica non suffragetur*: Præcipiturque Prælatis ut eiusmodi homines à Magistratu civili requisiti eidem sine metu irregularitatis aut censuræ extradant. Deinde ne Laicos eiusmodi delinquentes in prædictis casibus sine expressa licentia Episcopi vel eius Officialis (ad quos solos prædictam licentiam dandi facultas pertinet) quisquam capere, extradere, ac incarcerare possit, nisi casu quo personæ Ecclesiasticæ negligerent se interponere. Tertio ut non priùs curiæ sæculari consignentur, quã Episcopus, vel ab eo Deputatus cognoverit verè illum delinquentem esse reum criminis alicuius ex numeratis, quibus non suffragatur immunitas Ecclesiæ. 3. Nomine locorum immunitate Ecclesiastica gaudentium comprehenduntur templa etiam non benedicta, modò sint solenniter deputata Divino officio. Item fabrica,

seu habitatio adjuncta, & totum Cæmiterium. Item hospitalia auctoritate Episcopali dedicata. Item oratoria publica non autem privata.

Non incurritur item, si violentia sit casualis, quia, intendēdo nō percutere percussit. Item si sit joco facta qualis percussio censetur esse Clericorum Puerorum se pugnis tundentium.

Qui literas Apostolicas habuerit falsas, neque illas intra viginti dies destruxerit, talis si excommunicetur à Iudice, est Papæ reservatus.

Incendiarius qualiscunq; si ab Episcopo excommunicetur, est Papæ reserv.

Excommunicationem Papæ reservatam incurrunt, interdicti vel excommunicati, qui ut exirent tempore Missæ moniti à celebrante, non exeunt ex templo.

Item reservata Papæ contra eos, qui Fidelium cadavera exenterant, concidunt in frusta, coqvunt, ab ossibus carnes separant, aut hæc fieri faciunt in terris Fidelium, ut ea alibi sepeliant.

Similiter reservata Papæ contra eos, qui dant, vel recipiunt aliquid Simoniacè, pro ingressu Monasterij sivè ea sint pastus, prãdia, cænæ, pecuniæ, iocalia.

Similiter reſervata Papæ contra omnes dantes vel recipientes aliquid Simoniacè pro ordine recipiendo, aut Beneficio conſequendo.

Item contra eos, qui ſe Cardinalium, Nepotes, Germanos, Familiares, continuos commenſales appellârint falsò in literis Apoſtolicis ut eas gratis expedirent.

Item contra eos, qui lapides, ornamenta Eccleſiis, & locis ſacris ſurripuerint, aut ſurripientibus fauerint, ea ſervando, auxilium præſtando, aut ſi ea retineant, niſi poſt quam eis innotuit excommunicatio his adnexa, reddiderint.

Qui libros aut ſcripta Cameræ Apoſtolicæ, ſurripuit, detinet, vel ſciens raptorem, & detentorem non patefacit.

Item contra eos qui Papatum ambiunt.

Item qui pro alio ſe in Examine ſubſtituunt ut Beneficium impetrent.

Item qui alumina ex partibus infidelium, ad partes fidelium deferunt.

Qui ad eos qui in Conclaui ſede vacante manent, literas, ſcriptum, aut nuntium, ſignum miſerit: vel è conclavi ad eos qui foris. Item contta eos qui iſta ex altera parte receperint.

Si conſpiratio, vel coniuratio facta in

Personam Cardinalis, omnes qui eius conscii, vel consciorum eius, si existentes in curia non revelaverint Papæ: aut non existentes in Curia viciniori ordinario, authorem, administratorem, conscium, reservatam Papæ incurrunt.

Et qui capiūt Christianos incolentes terras à Turcis occupatas, & datâ mercede cogunt remigare: taleam imponunt: bona eorum diripiunt, libere cum prolibus, vxore, bonis abire non sinunt.

Qui cum Schismate eum recipiunt in Papam & suæ consentiunt electioni, qui tantùm à tertia parte Cardinalium electus.

Item qui per se vel alium suadet Papæ ut loca ad Romanam Ecclesiam spectantia alienet, vel feudo subjciat.

Qui pro gratia aut iustitia obtinenda apud sedem Apostolicam aliquid promittunt, dant, recipiunt, & qui sic obtentis utuntur & qui ad hoc dant consilium, auxilium, fauorem: & qui scientes hoc, intra triduum non revelant.

Omnes Notorii & diflamati qui per Italiam furantur animalia, blada & alia quævis bona, & omnes qui de his sic acceptis scienter aliquem faciunt contractum, emendo, permutando, recipiendo.

Item

Item Omnes nemine excepto, qui promissiones, stipulationes, conventiones, aut pacta (quæ Vulgò Italis scomesse dicuntur) aut contractum aliquem faciunt, super vita aut morte, aut super futura creatione Cardinalium: aut qui hæc fieri permittuut tacitè vel expresè in sibi subiectis locis, vel in illis dant ad hoc consilium, auxilium, favorem.

Omnes qui extrahunt Reos à locis sacris, exceptis casibus quos exprimit Greg. XIV. *Cum altas*, & in his ipsis casibus si extrahant sine licentia Ordinarii, hanc excommunicationem incurrunt.

Qui institutum, Constitutiones, Societatis Iesu, colore etiam indagandæ veritatis, ac disputandi, directè vel indirectè impugnant vel ei contradicunt.

Qui in duello publico aut privato pugnant, provocant, acceptant, aliquid ad pugnam spectans tentant; & qui locum dant duello, & qui illi ex proposito adstant, comitantur, consulunt, adhærent, favent, qui, chartas duelli scribunt, affigunt, publicant, illi se intromittunt, etiamsi pugna non fuerit secuta.

Qui ex statu Ecclesiastico extrahunt frumentum, legumen, bladum, vel extrahi faciunt.

Qui Cardinalium aut eorum quicunque in Conclavi cum eis sede vacante existunt, aut ipsius Electi, Pontificis, domos, res, bona, violenter invasit, recepit, occupavit, asportavit.

Qui in proprium vsum convertit per vim, vel per personas suppositas, bona Ecclesiæ.

Qui per vim, metum, fraudem, aut aliâs artes; bona, fructus, iura Ecclesiarum aut locorum piorum occupant.

Qui captiuos Christianos postquam liberarunt à Turcis, non permittunt cum vxore, liberis, & rebus suis omnibus libere abire.

Qui prohibent personas non impeditas, aut molestant, volentes ingredi Religionem S. Benedicti.

Qui inferunt molestiam Ordini Prædicatorum aut Minorum, his modis. Libellos famosos, aut rythmos, aut cantilenas, scribendo, retinendo, publicando, ad infamiam eorum. 2. Qui dicunt, & defendunt quòd Ordines isti non sunt in statu perfectionis: quòd non liceat illis de Eleemosyna vivere, prædicare, Confessiones audire non requisito censensu Episcopi, aut Ordinariorum inferiorum quàm sit Papa. 3.

Qui

Concubinarij ter moniti ab Epiſcopo ſi non deſierint, excommunicabuntur.

Qui furtivè ad Ordines accedunt, profertur ante ordines in illos excomm.

Qui in electionibus, ſeu negotiis Monaſteriorum faciunt conſpirationes excommunicantur.

Ne Iudæos ad convivium accipiant, vel Iudæas, vel cum ijs manducent, bibant, vel eorum interſint nuptiis, neomeniis, ſaltent. prohibetur ſub excomm. prohibetur tam Clericis quàm laicis ne decimas mutent in pecuniam.

Quicunque decimas occupant, vel occupari mandant, vel decimarum venditionem impediunt, idem de maldris, ſunt excomm.

Qui res bello aptas, vel concernentia ſtatum Reip. ad Turcas deferunt ſunt excomm. Bulla Cœnæ.

Qui prohibent ſubditos ne ab Eccleſiaſticis emant, aut illis vendant, ne fiant liberæ oblationes ſunt excomm.

Qui contra electionem ad dignitatem Eccleſiaſticam, quomodocunq; induxerit ſæculares, turbandam, ut illos eligant, ſunt excomm.

Prælati qui ſub annuo cenſu vices ſuas conce-

concedunt, id est, iurisdictionis exercitium, si est Episcopus, à Divinis suspenditur: inferior Prælatus, est excomm. similiter qui eam iurisdictionem conducit, & antequam absolvatur, debet summa restitui, cuius medietas dabitur pauperibus studiosis circa Cathedralem, altera pars fabricæ eiusdem Cathedralis.

Qui per vim extorquent absolvi à Censuris, vel eas revocari, & actus est nullus, & sunt excomm.

Qui falsificaverit literas Apostolicas, aut supplicationes, à quocunque authoritatē habente signatas ex authoritate Papali, sunt excomm. per Bullam Cœnæ.

Qui impediunt ne Prælati suâ iurisdictione utantur, sunt excomm. per B. C. similiter, imponentes decimas, & onera Ecclesiasticis, similiter qui ijsdem gabellas, nova pedagia imponunt, vel augent.

Qui bona aliqua Ecclesiasticorum, vel pauperum in Ecclesiæ bonis degentium invaserit, occupaverit, vel ad hoc mandatum dederit, vel hoc approbaverit, vel hæc oblata conservaverit, defenderit, nisi intra triduum satisfacerit, est excomm. vide latiùs ibid. f. 305. in constit.

Si laicus trahat Clericum ad forum sæculare,

culare, est excomm. Bul. Cænæ ibi, vide.

Qui in foro spirituali impediunt a causæ prosecutione, sunt excomm.

Domini vel Magistratus qui adigunt ad matrimonium sunt excomm.

Religiosi ne se immisceant in ea quæ sunt Parochorum, vel è contra, prohibentur sub excomm, Item qui alia Sacramenta præter Pœnitentiæ sine licentia Parochi cuicunque ministraverint, vide 316, ibid.

Ne sub specie hospitalitatis bona Ecclesiæ aggravent sæculares prohibentur sub excomm.

Notarij Suffraganeorum qui vltra taxã pro literis formatis plus exigunt sunt excomm.

Patroni qui spoliant domum defuncti Parochi, eâ vice à præsentatione sunt suspensi, & si præsentent, & illi, & præsentatus, sunt excomm.

Qui imponunt telonia Ecclesiasticis in rebus quos ad usus suos compararunt debent excomm. publicari.

Perturbantes & impedientes eos qui deferunt citationes, vel processus iudicarios sunt excomm,

Qui percutit Episcopum, capit, bannit, vel hoc iubet, est excomm. Qui

Qui recentur accipit ex villis Ecclesiæ est excomm.

Qui promulgant statuta contra immunitatem Ecclesiæ, vel iuxta illa iudicant, sunt excom.

Qui manifestos vsurarios in loco sacro sepeliunt, sunt excomm.

Qui ut beneficium acquirat aliquid promittit laicis, est excomm. & inhabilis.

Qui bona defuncti Ecclesiastici occupat. est excomm. Item qui rapit aut invadit bona Ecclesiæ

Clericus qui inducit ad pactum de Sepultura quicunque est excomm.

Religiosus Professus qui mutat habitum est excomm.

Sacerdotes qui nuptias contrahunt, & qui eos tolerant sunt excomm.

Regulares qui Parochos in decimis defraudant, cum cooperantibus, statuta ex.

Qui per invocationem dæmonum, vel res sacras exercent sortilegia sunt excomm.

Suffraganei ne pro consecratione, quocunque modo aliquid exigerent præter procurationem â jure concessam, prohibentur, sub excomm.

Qui stationes faciunt in bonis Ecclesiæ cum turba. exercitu. Si moniti non desistant.

ſtant, ſunt excomm. principales; & bona eorum ſub interdicto ponuntur.

Caſus Papæ reſervati ut eos recenſet Synod. Præmysl. anni 1621.

PRo ſingulis caſibu citationis Canonum in hac eadem Synodo videri poſſunt. 1. Bullæ Cænæ. 2. Qui perſonam Eccleſiaſticam vulnerant, aut percutiunt, vel ad hoc quomodocunque iuvant, aut defendunt factum ſuo nomine. 3. Qui à commiſſarijs Pontificis excommunicantur, ſi annum durent in excomm.. 4. Qui ab Epiſcopo excomm. pro falſis Papæ literis, niſi intra die 20. paruerint Epiſcopo. 5. Eccleſiaſtici qui ſcienter admittunt ad Sacra miniſteria nominatim excommunicatos denuntiatos. 6. Qui cum prædictis communicant in illo præcipuè actu propter quem illi ſunt excomm.. 7. Qui malitiosè incendunt templa, monaſteria, loca, præſertim invaſores, ſpoliatores templorum, cùm fuerint ab Epiſcopo denuntiati. 8. Abſoluti in articulo mortis ab excomm. Papali ſi ab illa non curant abſolvi facti ſani vel non faciunt quod in abſolutione ab illa ſpoponderunt. 9 Religioſi etiam non Profeſſi qui adminiſtrant Euchariſtiam,

vnctionem Extremam, Matrimonium benedicunt. vel qui absolvunt ab excommunicata à Canone aut à statutis Provincialibus, exceptis casibus à iure, vel privilegio concessis. 10. Quicunque Ecclesiastici inducunt ad sepulturam in certo loco suo aliquē eligendam, vel si elegerit non mutandam. 11. Quicunque vrgent Sacerdotem ad Missam habendam in loco interdicto & quomodocunque convocant excommunicatos, interdictos ad Missam. Item excommunicati, aut interdicti, qui nolunt exire de templo cùm iubentur, & qui prohibent exitum illorum. 12 Qui dispensant in voto peregrinandi ad terram sanctam, vel Romam, vel ad S. Iacobum, vel in voto ingrediendi Religionem, castitatē seruandi. vel à casibus expressis in Extrauag *Etsi Dominici*. 2. de pænit & remiss. 13 Qui dant vel recipiunt aliquid propter ingressum ad Religionem. 14. Qui committunt simoniam reipsâ propter Ordinationem ad Sacerdotium, vel Beneficium & hi qui in tali negotio mediant. 15. Qui conferunt Beneficium ut illis aliquid detur vel promittatur. 16. Qui Beneficium accipiunt, ut illud detineant pro eo qui interim inhabilis. 17. Qui sine licentia & causa iusta

intrant

intrant monialium monasteria. 18. Qui sibi bona, redditus ad loco pia spectantes, usurpant, vel impediunt ne perveniant ad eos ad quos debent. 19. Qui duellum faciunt, & qui ad hoc concurrunt, & qui locum ad hoc concedunt. Sunt & alii Casus sed rariùs in Polonia contingunt.

Casus Episcopo reseruati à Iure, & illis annexa excommunicatio.

1. OMnes mulieres in hunc Casum incidunt, quæ personam Ecclesiasticam percutiunt. 2. Qui talem personam non graviter percutiunt. 3. Quos ipse Episcopus excommunicat & sibi reservat. 4 Qui communicat in eo crimine cum excomm. ob quod sunt excomm. 5. Excommunicati reservati Papæ, dum conceditur ut ab alio possint absolvi. 6 Absolutus à Nuncio Apostolico, sed remissus ad Episcopum pro satisfaciendo, nam talis si id negligat cùm possit, recidit in excomm. iam Episcopo reservatam. 7. A Papali excomm. possunt absolvi ab Episcopo, qui accedere non possunt Papam. 10. Qui exurunt maliciosè domos, fruges, per se vel alium 11. Qui faciunt crimina pro quibus debet assignari solennis pænitentia. 12. Publi-

ca blaſphemia contra Deum vel Sanctos.

Reſervantur Epiſcopo ex antiqua conſuetudine, Eadem Synod. ut ſupra.

1. VOluntarium homicidium vel mutilatio, & qui ad hæc concurrunt. 2. Falſificatio inſtrumenti ad ius ſpectantis. 3. Falſum teſtimonium, vel occultatio veritatis coram Iudice, idem eſt de Scrutinio vel oſtenſione ſcripturarũ iurium ſibi creditarum, parti contrariæ ſi id faciat Advocatus, vel notarius 4. Violatio loci ſacri eius libertatum. Furtum S S. Sacramenti, Reliquiarum notabilium, argenti & ſupellectilis templi. 5. Sanguinis vel ſeminis maligna effuſio in Eccleſia.

Reſervat Epiſcopo Synod. Prov. Polon. Blaſphemos, Homicidas, & eorum adiutores, Filiorum oppreſſores, Parentum percuſſores, vel Clericorum, violatores Eccleſiæ aut Cæmeterii, Simoniacos, Hæreticos, Schiſmaticos, Apoſtatas, Divinatores, & qui ad hos recurrunt. Qui Sacramentis abuſi ad maleficia, & eorum cõplices. Falſarios ſigillorum, aut monetæ, aut menſurarum. Periuros ſolenniter, inceſtuoſos. Qui habuerunt rem cum ea quæ vovit caſtitatem, Sodomitas, Beſtiales.

Addi-

Adulteros. Matrimonium maleficio inficientes. Bis baptiſatos ſcienter, & eos qui huic actui interſunt. Ordines Sacros per ſaltum accipientes, vēl ſine prima tonſura. Concurrentes ad mortem vel mutilationē iniuſtam. Qui exiſtentes in excomm, aut ſuſpenſi acceperunt Ordines. Qui exercuerunt officium ad quod non promoti. Quorum negligentiâ aliquid mali accidit circa S. Euchariſtiam. Et delegatus ut ab his abſolvat, non poteſt ſubdelegare.

Item Epiſcopo reſervat conſuetudo Pol. Adulterium pluribus notum. Raptum, ſeu violationem Virginis. Sodomiam. Beſtialitatem. Matrimonium clandeſtinum. Vſuras & contractus prohibitos. Detentores aut defraudatores Decimarum vel piorum legatorum. Parentum percuſſores. Sortilegos, qui faciunt divinationes de rebus amiſſis, qui per verba curant morbos, & reliquas maleficij artes & qui tales accedunt. Abortus à muliere procurati. vel impeditio ne fætus ſequatur. Mulieres quæ infantem in lecto ſuffocârunt, nam & ſi non fuerit ſuffocatio, ſi tamen ad lectum aſſumpti, debet graviter puniri. Deniq; communiter omnia quibus eſt annexa Excomm. reſervata Epiſcopo. Ab his tamen

ab omnibus alijs potest in articulo mortis absolvi à quovis Sacerdote sed si convaluerit, debet cũ ijsdem accedere eum qui habet facultatem absolvendi. ita Syn. Prem. anni 1621.

Qui vellet habere pro dictis Excommunicationibus, Interdictis, suspensionibus iuris textus, quos hîc causâ brevitatis omittimus, adeat Cathalogum earum iussu Alexandri Ludovisij Archiepiscopi Bononiensis editum & alibi sæpius recusum.

Videat denique an in sua Diæcesi omnes & in quo rigore sunt receptæ nam loca particularia habent sua privata iura, nos autem sola ea adducimus quæ sunt iuris communis, & eas sciat nos adduxisse quæ non sunt revocatæ, ac idcirco notæ Sacerdotibus debent esse. Excommunicationes particulares statibus infra dabimus.

Hos omnes casus pro Diæcesi Posnaniensi recepit Andreas Szoldrski Episcopus Posnanien. in sua Synodo anno 1642. & illis addit illos Qui proles suas mittunt ad Scholas Hæreticorum, qui impediunt ne quis testamentum pro suo placito faciat.

Suspensiones Communes omnibus.
Clericis.

PArticulares dedimus in examine supposito, hîc tantùm communes apponimus, De illis tamen & de his notandum.

Qui suspensus est à iure ob peccatum nõ reservata suspensione Papæ, Potest per Episcopum absolvi. Qui suspensus ab homine ab illo potest absolvi qui suspendit, vel ab eius superiore. Iam sequuntur suspensiones communes à iure.

1. Qui recepit Ordinem Sacrum ab eo qui illum conferre non potuit suspenditur ab ordine. talis est qui non potuit conferre, Episcopus qui renunciavit Episcopatui est reservata Papæ suspensio. Sed si ignorantia probabilis intervenit, potest absolvere Episcopus.

2. Qui recipit ordines ab Episcopo, suspenso, interdicto, vitando, deposito, degradato, Hæretico, Schismatico, intelligo nominatim denunciato, est suspensio ab ordine suscepto reservata Papæ. nisi factum fuerit ignoranter, & tunc Episcopo reservata.

3. Qui recipit Ordinem Sacrum sine legitima facultate, seu literis dimissorijs eius qui eas dare potuit, est suspensus ab

ordine

ordine sic suscepto, & reservatur Episcopo proprio.

4. Qui recepit Ordinem Saccrum ante legitimã ætatem, suspenditur ab ordine sic suscepto, quod durat etiamsi legitima ætas supervenerit donec absolvatur ab Episcopo.

5. Qui recepit Ordinem Sacrum extra tempora à iure statuta, suspenditur, ab ordine sic suscepto, & reservatur Episcopo.

6. Qui recepit plures ordines Sacros eodem die naturali, vel die vno fictione canonicâ: recipiendo videlicet vnum ordinem Sacrum die Sabbati & alium manè diei Dominici continuato ieiunio, est suspensus ab ordine sic suscepto, & reservatur soli Papæ.

7. Qùi recepit Ordinem sive Maiorem sive minorem sine testimonio proprij ordinarij de sua probitate, suspenditur ab ordine sic suscepto. Reservatur proprio Episcopo.

8. Qui recepit Ordinem Sacrum ficto titulo, seu varijs artibus ac fallaciis, confingendo beneficium Ecclesiasticum, aut etiam ideneas facultates obtinere, est suspensus ab ordine sic suscepto. Hæc suspensio ligat etiam Religiosos, seu Canonicos

vel

vel Clericos intra claustra more Religiosorum viventes nondum Professos, sed ab hoc sunt exempti Religiosi Societatis Iesu per Bullam Greg. XIII.

9. Qui promotus per saltum, hoc est; recepit ordinem Superiorem, non recepto prius inferiore, est suspensus ab illo ordine Superiore, quousq; recipiatur intermissus, si talis non ministraverit, ab Episcopo potest dispensari ex legitima causa, aliàs est reservatus Papæ.

10. Qui post contractum Matrimoniū suscepit Ordinem Sacrum aliter quàm à Sacris Canonibus conceditur, est suspensio totalis, & reservata Episcopo.

11. Qui Simoniacè ordinem aliquem suscepit, & est suspensus non tantùm ab Ordine sic suscepto, sed etiam, quod probabilius est ab omnibus Ordinibus, Reservatur Episcopo.

12. Qui existens in excommunicatione ordinem suscepit. & quidem si hoc fecit sciens se esse excommunicatum & est sæcularis à suscepto ordine in perpetuum est deponendus, id est, est suspensus absq; spe dispensationis. Si vero est Religiosus ab executione suscepti Ordinis & Officii manet suspensus donec dispensetur ab Episcopo.

po. Quodsi intervenerit ignorantia, cùm sæculari solus Papa dispensat: Cum Regulari, post iniunctam Regularem Pænitentiam, & peractam, Superior ipsius. Nota nihilominùs quòd ignorantia invincibilis excuset. Incurritur etiam hæc suspensio ab eo qui suspensus ab ordine, vel interdictus ordinatur.

13. Clericus qui ab vsurario publico, accepit oblationem sive in Missa, sive extra Missam. est suspensus ab officio, quæ tamdiu durat, quamdiu iuxta arbitrium Episcopi fuerit satisfactum, sed est opus in iste Vsurarius fuerit nominatim denunciatus.

14. Clericus, qui proximè dictum Vsurarium, sepeliverit.

15. Illi qui spontè iuramentum de tenendo Schismate præstiterunt suspenduntur à Sacris Ordinibus, & dignitatibus. reservati Episcopo.

16. Qui habent dignitatem, personatum, vel Beneficium curatum, si utantur veste partitâ, vel virgatâ, id est diversi coloris. estq; suspensio à perceptione fructum per annum.

27. Qui habent Beneficium, vel curam alicuius Ecclesiæ, & eam debitis alienis

gra-

gravarunt, aut literas seu sigilla alicui concesserunt quibus Ecclesia possit obligari. Sunt suspensi ab Administratione spiritualium, & temporalium rerum.

18. Præsbyteri, Diaconi, Subdiaconi, concubinarii, vel fornicatorii Notorii, id est noti per confessionem in iudicio factam aut per sententiam, aut per facti evidentiam, quæ tergiversatione aliquâ celari non possit. Suspensi totaliter, quod extenditur ad Clericos in Minoribus constitutos.

19. Parochi vel Sacerdotes sive sæculares, sive Regulares qui alterius Parochiæ sponsos sine illorum Parochi licentia Matrimonio coniungere, vel benedicere ausi fuerint, etiamsi prætextu privilegij, vel immemorabilis consvetudinis id fecerint, aliqui putant talem suspendi totaliter. Soarez ab officio Sacerdotali. est reservata Episcopo illi cuius Parochus debuit Matrimonio assistere.

In has tamen Suspensiones neq; Episcopi, neq; Religiosi incidunt nisi ubi eorum facta est specialis mentio. Aliæ suspensiones præter has vel non sunt in usu, vel tantum sunt pro certis locis, vel non sunt latæ sententiæ, vti sunt numeratæ, vel sunt in terdicta potiùs & excommunicationes.

De

De Interdicto.

1. CLericus qui tempore interdicti custodit portam templi, & admittit eos quos non debet, peccat graviter saltem si est in Sacris, Henriq. lib. 13. c. 43. n. 1. Similiter peccat sæcularis qui non habendo ius intrandi per vim intrat, vel qui inducit Clericum ut faciat contra interdictum, & admittat, vel si interdictus sit nominatim, quanquam talis si modestè se in Missa contineat sine scandalo, & contemptu interdicti, probabile quod venialiter peccet ibid. cap. 46 n. 3.

2. Interdictum *locale* est quando prohibetur ne quis tali loco exerceat officia divina. *personale* quando in nullo loco persona potest exercere prædicta officia Henriq. l. 13. c. 42. Mixtum utriusq; effectus complectitur ibid.

3. In interdicto generali locali nec ordo neq; extrema unctio neq; Matrimonium datur cum solenni benedictione, sine hac potest, uti etiam potest dari Communio existentibus in mortis articulo, & quibuscunq; Clericis ac Religiosis, & qui habent privilegium. Henriq lib. 13. c. 45.

4. Interdicto Clero & populo, non censetur interdici Ecclesia, & è contra.

5. Interdicto populo non censentur interdici alienigenæ qui ibi habitant, nec pueri doli incapaces.

Interdicta latæ Sententiæ.

INterdictum incurritur quando temporalis Dominus alicuius loci præsumit impedire Legatum Apostolicum, ne possit suum exequi officium. est locale generale.

2. Cùm Dominus temporalis Episcopū aliquem capit, percutit, bannit, vel hæc mandat, consulit, rata habet. est locale generale.

3. Cùm Dominus tempotalis, seu Rector, vel Officiales terræ, in qua moritur Papa non servant quæ præscribuntur in cap *Vbi periculum* in 6. est locale generale.

4. Cum Episcopus vel Clerus sustinnerit per mensem censuram quam incurrunt concedentes, domos Vsurariis alienigenis. Est locale generale.

5. Cùm populus vel civitas exegit gabellas ab Ecclesiis, vel Ecclesiasticis personis pro ipsis vel pro rebus, quas non causâ negotiationis deferunt. Est loçale generale.

6. Cùm iniuriosè vel temerè, alicubi Episcopus captus detinetur. Est locale generale.

7.

7. Cùm civitas alia ab Vrbe consentit occisioni aut percussioni Cardinalis modis expressis. *Cap. Felicis. de pœnis in 6.* Locale generale.

8. Cum quis Ecclesiasticus inducit aliquem ut in eius Ecclesia velit sepeliri: vel si iam ante hoc elegerat, ne mutet voluntatem. Est locale speciale

9. Cum Hæreticus scienter Ecclesiasticæ sæpulturæ traditur, locale speciale.

10 Qui causam interdicto edicto locali generali vel speciali est personale.

11 Cum aliqua communitas à Mandatis Papæ, appellat ad futurum Concilium. Personale generale.

12 Cùm aliqua communitas aggravat res vel personas Ecclesiasticas. Personale generale.

13 Cum aliqua communitas concedit repressalia, seu pignorationes contra personas Ecclesiasticas, vel earum bona. Personale generale.

14 Cum sede vacante Capitulum intra annum alicui concedit dimissorias ad ordines suscipiendos, excepto casu, quo quis ratione beneficii accepti, vel accipiendi teneatur ordinari. Personale generale.

15 Si Capitulum aliquid abstulit, con-

ra *Exit Vnicam*, nec ablatum restituit. Personale generale.

16 Si Iudex sententiam excommunicationis aut alterius censura protulit, non seruatis quæ habentur *in cap. de sent. excom. in 6* vel excommunicavit non præmissa admonitione. Est personale speciale ab ingressu Ecclesiæ, sicut & sequentia quinque interdicta 1. Contra eum qui de manu laici accepit Abbatiam, Episcopatum, vel aliam dignitatem. 2. Contra Episcopum qui accepit aliquam dignitatem vel Ecclesiam vacantem, 3, Contra Episcopum vel Abbatem bona Ecclesiæ illegitimè alienantes 4 Est contra Episcopum qui accepit in visitatione ultra quod ei concedit. *Exit. vnica. de censibus.* 5 Contra Ecclesiasticos exemptos qui violant interdictum ab homine, vel iure latum.

Circa hæc interdicta, quæ sunt iuris communis omnia. Nota Personale quæ interdicto personali, generali, vel speciali ligata, etiam occultè, si ingerens se sacris sibi interdictis semper peccat: aliæ tamen personæ, quæ nullo interdicto personali, ligatæ non tenentur seruare interdictum nisi fuerit nominatim denuntiatum contra certum locum vel Personam.

Casus Papæ Reservati Proprij Personis Ecclesiasticis.

1 *Religiosi, qui Clericis aut Laicis Sacramentum unctionis extremæ, vel Eucharistiæ ministrare, matrimoniavè sollenizare, non habitâ super his Paræcialis Præsbyteri licentiâ speciali: aut qui excommunicatos à Canone, præterquam in casibus â iure expressis vel privilegijs Sedis Apostolicæ concessis eisdem, vel à sententijs per statuta provincialia aut Synodalia promulgatis, seu à pœna & culpa absolvere quemquam præsumpserint, excommunicaitonis incurrunt sententiam ipso facto, per Sedem Apostolicam duntaxat absolvendi.* Clem. 1. de Privileg.

Nota. 1. Intelligi hunc Canonem de Eucharistiæ administratione extra propriam Ecclesiam, ac præsertim infirmis in eorum domibus. 2. De administratione extremæ vnctionis & Eucharistiæ extra casum extremæ necessitatis. 3 Nomine solennizationis Matiimonii intelligi debet benedictio solennis. 4 Nomine absolutionis à pœna & culpa intelligitur concessio Indulgentiæ plenariæ. 5 Denique generaliter notandum est prædictam censuram tantùm ferri in eos, qui prædicta tentarent, non habentes speciale privilegium. Qua in

in re observant DD. quòd Religiosi privilegiati habentes licentiam absolvendi à casibus Papalibus, nequeant extendere suum Privilegium ad hos casus. 1. Percussio Clerici enormis & notoria. 2. Duellum in terminis Greg. 13. supra explicatis 3. Violatio immunitatis Ecclesiasticæ in terminis à Gregor. 14 expressis. 4. Simonia completa realis vel confidentialis. 5. Ingressus Monasterii ob malum finem. Ita ajunt decrevisse Clementem VIII 9. Ianuar. 1601. Sed hoc Decretum tantùm est latum pro Italia.

2. *Temerarios violatores constitutionis illius, quæ Religiosis & Clericis sæcularibus prohibet, ne alios ad vovendum, iurandum, vel fide interposita vel alias promittendum inducant, ut sepulturam apud eorum Ecclesias eligant, vel iam electam ulterius non mutent, similem sententiam* (id est Excommunicationem præter pœnas statutas de sepultura in 6.) *incurrere volumus ipso facto, ab alio quàm à Sede Apostolica nullatenus absolvendos.* Clem. de pœnit c, cupientis.

Nota 1. Hanc excommunicationem non incurri non secuto effectu promissionis aut voti. 2. Aut si suadetur promissio sepulturæ in Ecclesia non pertinente ad suadentem ullo modo.

3 *Is qui dolo vel fraude aut scienter in deterimentum Ecclesiarum alienationem fieri procuraverit : aut*

per sordes, vel impressionem, alienationis decretum extorserit excommunicationis sententiam incurrit, à qua nisi per Rom: Pontif. possit absolvi ad restitutionem nihilominus rerum alienarum cum fructibus conedmnandus. Paul. II. Const. Cum in omnibus.

Nota In eadem Constitutione ferri pœnas graves, contra Commissarios & delegatos consentientes alienationi in detrimentum Ecclesiæ, tam Episcopos, quàm inferiores Episcopis.

4 *Volumus & sancimus nulli &c. Monialium quorumcunque Ordinum etiam Mendicantium &c. de cætero etiam infirmitatis, seu aliorum Monasteriorum etiam eis subiectarum aut domorum, parentum aliorum vè consanguineorum visitandorum, aliaque occasione & prætextu, nisi ex causa magni incendii, vel infirmitatis lepræ, aut epidimiæ, quæ tamen infirmitas &c. etiam per Episcopum, seu alium Loci Ordinarium (etiamsi prædicta monasteria ab eorum iurisdictione sint exempta) cognita & expressè in scriptis approbata sit, a Monasteriis exire, sed nec in prædictis casibus extra illa stare licere: aliter quàm ut præfertur egredientes, seu licentiam exeundi concedentes, nec non comitantes, ac illarum receptatrices personas, sive Laicas aut sæculares, vel Ecclesiasticas, consanguineas vel non, excommunicationis maioris latæ sententiæ vinculo statim eo ipso absque aliqua declaratione subiacere, à quo præterquam à R. Pont. absòlvi nequeant.* Pius V. Constit. Decori & honestati. Ibidem graves aliæ pœnæ sanciuntur. & facultates aliter, exe-

undi

undi à Monaſterio à quocunque conceſſæ irritantur.

Nota. In noſtris partibus quantum extendatur in ea materia poteſtas Ordinarii vltra limitationem Trident. & Pontificis ſummi, exconſuetudine illis probè notum eſſe.

V. Notatur à DD. excommunicatio Papalis reſervata lata à Leone X. in Conc. Later contra prædicares, qui in ſermonibus & prædicationibus evulgant populo miracula falſa & incerta & prophetias ex Sac. Scriptura deſumptas de judicij tempore vel alijs rebus conſtanter prædicare audent, & Prælatis Eccleſiæ ſcandaloſè detrahunt.

Habetur quoque hæc Conſtit. inter Bullas Leonis X. ordine 21. Incip. ſupernæ Maieſtatis.

Nota. In eadem Conſtitutione contineri mandatum omnibus qui onus prædicandi ſuſtinent quique ſuſtinebunt, ut Evangelicam veritatem, & S. Scripturam juxta declarationem, interpretationem & ampliationem DD. quos Eccleſia vel uſus diuturnus approbavit &c. ne quidquam eius proprio ſenſui contrarium aut diſſonum adijciant. Videturq; etiam ad huius mandati transgreſſores extendi clauſula continens

pœnam excommunicationis reservatæ. §. penul posita.

Notandum denique est generaliter omnibus, quod qui prætextu articuli mortis absolvunt à reservatis Papæ; non debent absolutionem impendere, nisi accepto juramento, quod si supervivent & poterunt, comparebunt coram Papa aut eius delegato juxta C. *Ea nescitur, de sentent. excommunic.*

Casus Papales

Pro quorum absolutione recurri potest ad Episcopum.

M*Ulieres, senes & valetudinarij, seu membrorum destitutionibus impediti, licet ad Apostolicam Sedem non veniant ab Episcopis valeant fidelium communioni restitui &c.*

Idem decernitur *de impuberibus.* 1. de sent. excomm. *de ijs qui sunt alieni iuris* C. Mulieres eodem *de pauperibus & infirmis* C. quod de his eod. Nomine pauperum non debent intelligi Mendici: debent autem qui non possunt sufficere ex bonis propriis ad alendam familiam, & iter suscipiendum.

De quibuscunque aliquo impedimento legitimo impediti, ut v. g. *qui nequeunt sine magno incommodo iter suscipere* ibid &c. de cætero c. quamvis eodem. Ex his generaliter noto:

jure

jure communi Epiſcopos poſſe abſolvere directe a quibuſcunque caſibus Papæ reſervatis etiam Bullæ Cœnæ, quando adeſt legitimum impedimentum recurrendi ad Papam. Competit hoc Epiſcopis per extenſionem Canonum citatorum, qui alias de ſola excommunicatione ob percuſſionem Clerici loqvuntur.

II. Licentias Epiſcopis &c. in quibuscunque caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis, delinquentes quoſcunque ſibi ſubditos, in Diœceſi ſua per ſe ipſos, aut Vicarium ad id ſpecialiter deputandum, in foro conſcientiæ gratis abſoluere impoſita pœnitentiâ ſalutari. Idem & in Hæreſis crimine, in eodem foro conſcientiæ eis tantum & non eorum Vicarijs ſit permiſſum.

Nota. An ei facultati derogatum ſit per Bullam Cænæ quoad caſus in ea contentos apud Doctores controvertitur & ſunt graves viri pro vtraque parte, licet plures pro affirmante.

III. De his abſolvendis qui Clericis non enormem ſed modicam & levem iniuriam irrogarunt, tuæ fraternitatis arbitrio duximus committendum.

Per hunc itaque Canonem habet Epiſcopus de jure communi poteſtatem abſolvendi ab excommunicatione ob percuſſionẽ Clerici non enormem, ſed modicam & levem: quamvis ea ſufficiat ad mortalem culpam ſine qua non incurritur excommunicatio.

Nota eandem potestatem Episcopo convenire ad absolvendum ab excommunicatione Clericum viventem in communitate quando is socium ejusdem communitatis percusserit, modo non sit atrox percussio. C. Quoniam, de vita & Honest.

APPENDIX III.

Tam Sacro quàm profano Tribunali Vnicè necessaria.

De Restitutione.

RESTITUTIO, est rei alienæ iniustè acceptæ vel detentæ redditio, aut damnorum iniustè illatorum compensatio. In priore parte huius tractatus agemus de Restitutione in communi: in posteriore, de Restitutione in particulari

PARS Prior.

De Restitutione, in Communi.

HÆc pars continebit capita hæc tredecem. 1. De natura actionis & restitu iniustaæ. 2. De rei alienæ iniusta detẽtione. 3. De damnificatione 4. De restitutione propter læsum contractum. 5. De his qui restitutione tenentur. 6. De causis & concausis damni in ordine ad restit. 7. De eo cui debet restitutio. 8. De loco

&

& impensis restitutionis. 9. De tempore eiusdem. 10 De modo eiusdme. 11. Quis priùs debeat restituere. 12 Cui priùs restituendum. 13 Quando omitti vel mitteri potest restitutio.

CAPVT I.

De Natura Restitutionis & actione iniusta.

1. PRæceptum restitutionis obligat sub mortali. Quia est iustitia, at verò iustitia ex se obligat sub mortali, nisi quid excuset.

2. Restituendi obligatio præcipuè ex duobus capitibus oritur, quæ etiam vocantur Radices, nimirum, ex re iniustè accepta, vel iniustè detenta. Quia sola iniusta actio tollit rem alienam. Vnde licet esset peccaminosa aliter, si tamen non contra iustitiam, non fundaret restitutionem. v. g. Non das eleemosynam extremè vel graviter indigeti, quia non contra iustitiam peccas, sed contra charitatem, non teneris restituere. Vides alienam domum ardere, cuius non es custos, & non extinguis, peccas contra charitatem, sed compensare non teneris.

3. Actio iniusta quæ fundat ad restitutionem

tionem debet esse externa. Lugo. Sanch. Lessius. Quia actus merè sistens in mente nihil operatur exteriùs. Vnde, si quis gaudet quòd aliena ardeat Domus; alteri optat damna, non tenetur restituere, ita & qui furatur eqvum alienum putans esse suum: ita qui occidit feram in Sylvis putans esse suum inimicum.

Actio ut fundet restitutionem debet insuper esse culpabilis. Culpa, alia est Theologica, quæ est contra legem Dei, & hæc in conscientia ad restituendum obligat, alia iuridica quæ in foro externo consideratur & punitur. Theologica, alia est mortalis, alia venialis. Iuridica verò est triplex, lata, levis, levissima. Lata est omissio diligentiæ, quam solent in simili adhibere prudentes, & diligentes. Levis quã solent diligentiores. Levissima, quam solent diligentissimi. v. g. Exivit quis domo reliquit portam apertam, intravit fur & furatus: ille qui non clausit, commisit culpam latam. Alter clausit quidem, sed non satis bene, commisit culpam levem. Tertius clausit bene, sed non tentavit, an benè clauserit, incidit in culpam levissimam. Rursus lata culpa alia est latior, alia latissima; & hæc est dolus apertus; ut cum quis

facit aliquid omnino prævidendo & intendendo alteri secuturum damnum lata, si non omninò prævideat aut intendat.

5. Vt Restitutio in Conscientia obliget opus est ut interveniat culpa Theologica Mortalis, Less Vasq. Quia aliàs non esset delictum Vnde si quis cum debito moderamine se defendendo contra iniustum aggressorem, hoc est non plùs faciendo quàm sit opus ad sui defensionem, inferat damnum, non tenetur in conscientia restituere. Ita si quis bonâ fide credens esse suũ vitulum, consumat alienum (de quo pleniùs infra) latæ culpæ Iuridicæ solet admisceri Theologica.

6. Sub mortali obligatur restituere, qui in actione comisit mortale: sub veniali qui veniale. Sanch. Tambur. Quia qualiter peccaret si non restitueret, sub tali peccato obligatur ad restituendum. Venialis culpa potest esse in hac materia, vel quia de re parva agitur: vel quia de magna, sed sine plena advertentia quòd sit aliena. tamen quando plenè advertitur quòd res magna sit aliena, sub mortali est restituenda quia iam cum mortali detineretur,

7. Qui minuta accipit, vg. hodie gros-

sum unum, cras alium, tunc sub mortali obligari incipiet ad restituendum quando summam pro mortali sufficientem conficiet. Si autem quemlibet grossum statim consumpsit. adhuc tenetur sub mortali si per hoc grave damnum intulit. debebant tamen illa minuta furta inter se aliquam connexionem habere: vel quia eidem Domino & intra breve tempus, vel quia intentione tam multum furandi per modica. & quidem si hæc intentio aderat, toties quoties peccabat mortaliter licet non sub mortali tenebatur restituere antequam grave intulisset damnum. Tambur. Quia ratione solius intentionis quæ erat actio interna non fundans restitutionem. idem est de eo qui accipit aliquid parvum animo graviter nocendi.

SECTIO I
De fontibus Restitutionis.

CAPVT II.
De rei alienæ iniusta detentione.

1 QVi rem alienam possidet bonâ fide, hoc est, noncōstat illi quòd sit aliena postquam certò advertit quòd sit aliena, debet restituere. Less. Molina. Quia iam incepit esse detentor in-

iustus rei alienæ. Et si res extat, debet eandem restituere Quia non potest unum pro alio Creditori inuito restitui. L. Manifesti. de solut. Qui tamen non consetur invitus cùm agitur de re usu consumptibili, vg. de frumento dum æquè bonum reddam & eiusdem speciei.

2. Possessor bonæ fidei quando iam rem bonâ fide consumpsit, neq; si illam non habuisset quidquam de suo expoluisset, hoc est, in nullo ex ea ditior factus, ad nihil tenetur. Quia rem consumendo non peccavit contra iustitiam. Si tamen ex re aliena aliquid remansit in quo factus est ditior, in se vel in alia re, debebit id ipsum restituere quando processisse ex re aliena advertit. vg. Equum alienum bonâ fide vendidit, debet precium restituere si non possit eundem equum. Quia pretium successit in locum equi. Sed quid si talis possessor lucratus sit aliquid per suam industriam ex re aliena. vg. alienâ pecuniâ negotiatus? ℞. Hoc lucrum sibi retineat. Quia illud est fructus suæ industriæ, non rei alienæ, quæ supponitur nihil per seipsa fructificare potuisse. Vnde qui bonâ fide alienum panem comedit, aliàs comesturus erat solos caules, pro solis causalibus

debet

debet restituere, quia in his factus ditior, nam illi remanserunt. Si rem alienam bonâ fide donavit ad nihil tenetur quia ex alieno in nullo factus est ditior. Sed si etiam ex suo perinde donavisset, id quod illi mansit, debet restituere, quia in eo factus est ditior. Qui rem alienam bona fide emit & vendendo illam tantundem bonâ fide accepit, ad nihil tenetur. Si plus accepit ad excessum tenetur. Si verò rem alienam sibi donatam bonâ fide vendidit, totum pretium restituere tenetur. Layman. Dicastillo, Caietanus. Sed si Dominus pretium ab hoc Emptore recepit, ad nihil Venditor tenetur, expensas tamen quas fecit Emptor in rei illius conservationem debet Dominus Emptori restituere si Emptor aliò rem detulit ut cariùs venderet bonâ fide detrahat ex pretio id quod eius labor & industria valet.

2. Qui solùm dubitat an ex re aliena factus sit ditior, ad nihil tenetur quia in dubio melior est conditio possidentis. sed si dubium antecessisset possessionem rei, non suffragaretur Possessori.

3 Si Petrus bonâ fide rem alienam emit vel dono accepit, quando agnoscit rem esse alienam, curare debet ut ipse sit indemnis

mnis & res ad Dominum redeat proinde rem furi reddat & ab eo suum precium repetat, etiamsi deinde res ad Dominum non sit perventura. Quia nemo cum suo damno rem tenetur alienam in meliori statu reponere quàm antè fuerat. Sed si dono bonâ fide rem alienam accepit, Domino reservet quia per hoc nullum patietur damnum, si rem alienam emi, postquam agnovi esse alienam, non possum vendere etiam pari pretio. Quia non licet vendere rem alienam & quando rem furi reddo non facio cum illo nouum contractum, sed tantū antiquū rescindo iniustū quod est licitū.

5. Non possum gladium Petro restituere, quo scio illum abusurum ad necem alicuius: possum tamen equum furi restituere etiamsi sciam illum alteri equum venditurum quia si non restituero gladium nihil per hoc, ut supponitur, damni patiar: at verò si non reddidero furi equum; pretium ab illo non recipiam. Charitas verò cum damno proprio non obligat. In foro externo equus iuberetur reddi Domino non furi, vt homines à rebus emendis suspectis caveant & præsumitur fur reperiri non posse.

6. Res donata a fure vbi innotuit esse

alie-

alienam debet Domino non furi restitui. Quia nulla intercedit iactura pretij.

7 Qui rē à fure malâ fide emit, debet il iam etiam cum iactura pretij Domino non furi restituere. Lugo Less Quia tunc plene manet rei Dominium. Sunt tamen contrariæ sententiæ multi DD.

8. Possessor bonæ fidei solos debet ex aliena re fructus naturales, id est quos res profert sine labore humano, ut sunt poma; gramina, & mixtos, id est quibus & natura & industria hominum se miscet, extantes quidem in se, illos ipsos de non extantibus autem, in quo est factus ditior. Less Molin. Sanch. Quia res ubicunq; sit Domino fructificat. Sed ex mixtis detrahere potest expensas, & pretium industriæ ac laboris. Quia æqvum est ut cedant illæ præstanti, sed si fructus bonâ fide sunt consumpti, solum id restituat in quo factus est ditior. De fructibus, qui sunt mobiles, intra triennium ita bona fides præscribit, ut ampliùs requiri non possint, Sed hoc non currit in immobilibus, ut in prædio. Et hoc quod de fructibus dictum, intelligitur & de illis, quos Dominus ob suam negligentiám non percepisset, vel quia rem non melioravisset, ut fecit Possessor Quid semper res suo Domino fructificat. 9

9. Fructus industriales, quales in negotiatione ad Possessorem bonæ fidei spectant qui etiam non tenetur Domino ad compensanda lucra cessantia, at damna emergentia, ad quæ tenetur malæ fidei possessor, qualis est fur alienâ pecuniâ negotians, & si lucra percipere possit, quia hæc sunt fructus eius industriæ. Vnde si quis furatus securim construxit eâ domum, solùm securim restituat, pretium laboris sibi retineat, quia hoc est fructus laboris, artificij, & industriæ illius. Ita si quis in alieno agro seminavit, fructus agri spectabunt ad Dominum, ad seminantem verò pretium laboris & expensæ factæ. Si quis alienam rem elocavit pretium debetur Domino. Quia non est fructus industriæ, sed rei, elocans tamen potest pro se extrahere expensas si quas fecit. Sanch. item pro melioratione si ullam fecit, dum illa melioratio non sit affixa terræ. Et cùm loquimur de expensis deducendis, loquimur de necessarijs, sine quibus aut perijsset, aut nullos fructus fecisset: aut de utilibus, quæ rem faciunt vtiliorem: non autem de illis quæ ad solam voluptatem faciunt. Sed si per has expensas comparata sunt mobilia, potest ea possessor pro se tollere. decet tamen

men ut aliquid modicum det pro illis Dominus possessori malæ fidei, si sunt immobilia ornamenta manent cum hoc pacto Domino, sed bonæ fidei possessor potest pro his ornamentis exigere, si ea non possit tollere.

CAPVT III.
De Damnificatione.

1. POssessor malæ fidei aliena sibi appropriat. Damnificator aliena ut aliena offendit, exurit, destruit, vel in consequendo bono alium impedit.

2. Qui rem alienam destruit, debet & valorem rei restituere, & fructus, & damna inde emergentia, & lucra cessantia, Quia in his omnibus damnum patitur Dominus sed culpa debuit intervenisse Theologica, & directa rei destructio. Valor rei debet esse ille quem res tunc habuit, quando destruebatur. S. Th. 2 2 q. 62. a 4 Quia solùm id restitui debet quod est ablatum.

3. Quando quis occidit alienum hinnulum qui valebat flo. 50. & si maturuisset, fol. 200 valuisset, tunc si Dominus interim hoc pretio alium acquirere poterat, solvendi 50. & deductis expensis quas in eum educandum fecisset, spes illi ducentorum solvenda, quæ non tantùm valet atque res.

4. Qui alterum impedit à consequendo officio, Beneficio, si id facit sine vi fraude, dolo v g ne alter consequatur iniustã Hæreditatem, ad nihil tenetur imò. etiamsi id faciat ex odio alterius, peccabit tamen contra charitatem, sed non contra iustitiam. Quia rem iniustam impedit, quam nec restituere tenetur, si impediat à bono Patrum quod illi ex iustitia debebatur cõmutatiua, tenetur restituere. Molin. Less. Dicastil. Quia fecit contra iustitiam.

5. Qui impedit à consequendo bono quod illi ex sola liberalitate dari debebat si id fecit cum vi, dolo, fraude, tenetur. compensare iuxta æstimationem, prudentis viri, Vasq; Dicast. Quia est causa damni, & fecit contra ius alterius quod habet, ne impediatur. Quodsi impedivit solis precibus, aut consilio, peccavit contra charitatem, sed non contra iustitiam. Si mittatur Epistola significans Paulo Mercatori quòd merces futuro anno non sunt venturæ, si eam intercipiat Petrus & merces coëmat, ut anno futuro carius vendat: quod ipsum fecisset Paulus si ad eum Epistola pervenisset, si statim Paulo atq; ipse legit reddidit Epistolam peccavit quidam alienas literas aperiendo

ſed reſtituere non tenetur, quia adhuc Paulus potuit comparare merces, ſed ſi detinuit diu ut deinceps Paulus compara re non potuerit tenetur ad damna, quia impedivit à lucro.

6 Impedire bono zelo donationem quæ ſine peccato fieri non poteſt, licitum eſt. Tambur. proinde neq; inducit reſtitutionem. Quia licet impedire peccatum proximi, ut cum rem alienam vult donare, ſed ſi ad hoc vim, dolum, adhibeas, peccabis. Si res promiſſa eſt vni, & tu effeciſti ut daretur alteri, obligatus es reſtituere. Quia iam prior ius habuit ad rem.

7. Qui impedit aliquem dignum à conſecutione Officii vel Beneficii, ut conferatur digniori, ad nihil tenetur. Quia agit iuxta intentionem Eccleſiæ vel Reipub. Si impedivit ut daretur æquè digno, debet compenſare pro ratione ſpei quam alter habebat. Quia ius habuit, ne propter æquè dignum impediretur. Si absq; vi, dolo, promovit indignum: non digniori ſed Reipub. aut Eccleſiæ compenſare debet. Quia illis damnum intulit, dignior nondum habuit ius ad Beneficium. & ſub onus reſtituendi cadunt. 1. Beneficiatus Promotor, & indignus debet fructus Beneficii

restituere, quia illi destinati sunt digniori.
8. Si prodit occultum crimen Collatori ut sic illum impediat ad nihil tenetur. Quia in hoc casu quilibet habet ius ad revelanda collatarii crimina. Qui impedit indignum ad nihil tenetur. Quia indignus non erat habilis ad Beneficium.
9. Ex vi solius distributivæ non consurgit onus restituendi. Bonac. Molin. nisi per hoc ius alicuius violetur, tunc enim lædeur iustitia commutativa.
10 Beneficio dignior censetur, qui utilior pro bono communi in eo munere. Beneficia conferre indignis est mortale ex suo genere. S. Th. 2. 2. f. 63 quia hoc infert grave damnum communitati, imò Trid vult. conferri non digno sed digniori

CAPVT IV.

De Restitutione propter læsum Contractum.

1. CONtractus sunt species, Emptio, Venditio, Mutuum, Census, Cambium, &c. de quibus alibi locus agendi, hic solum de Restitutione quæ ex illis læsis oritur.

2. Tres leges sunt circa Restitutionem natam ex contractu. 1. Quando contractus est solum in utilitatem accipientis restituere debet rē ipsā, vel si periit, dolo ipsius vel latâ culpâ, imò levi, vel etiam levissimâ: non verò si merè fortuitò periit sine vlla prorsus culpa. Excipe Precarium. hoc est, quando tibi aliquid commodatur ut cū onere ut ad nutum concedentis restituatur, hoc enim si perierit dolo, vel culpâ latâ compensandum est: non autem si periit ex levi, vel levissima. 2 Quando contractus est in utilitatem solius dantis, accipiens solùm tenetur ex dolo vel lata culpa, & hoc potest accidere in Deposito. 3. Quando contractus est in vtilitatem vtriusq; ut cùm locatur Domus, eqvus &c. accipiens debet restituere, si res pereat ex dolo, vel culpa lata, vel levi non autem si pereat ex levissima. Sed probabilius est, quod hic rigor non sit observandus ante Iudicis sententiam. Tambur. Lugo. Fagundez. et ita in conscientia solùm ex culpa mortali sub mortali restituendum: sed circa res maioris momenti minor negligentia sufficit ad mortale, quàm circa res minoris momenti.

3. Quando res deposita, locata, commo

data

data, perit sine ulla tua culpa, ad nihil teneris. excipe casus 1. Si inpactum fuisset deductum, ut res restituatur etiamsi fortuitò peneat: quod ingratuitis contractibus potest fieri. 2. Si sis in mora culpabili reddendi rem, tunc enim ratione iniustæ detentionis teneberis. 3. Si usus es re ad aliud, quàm ad quod tibi commodata, v. g. commodatus tibi est eqvus, ut illo ires Leopolim, tu ivisti aliò, & sic periit. Quia tum das causam casui fortuito præsertim quando id sciebas displicituram Domino.

4. In quasi contractu ubi non fit expressè obligatio v. g. ad bene administrandũ officium, tutelam, artem &c. nemo tenetur restituere ante sententiam Iudicis nisi peccauisset mortaliter. Lugo, Vasq; Less. Quia in talibus se non intendunt obligare nisi ad diligentiam moralem & humanã quam si non adhibuerunt tenebuntur ad damnum. Si tamen quis accepit officium cum promissione exquisitissimæ diligentiæ ad eam tenebitur, idem est si tacitè hoc ipsum promisit, quia v. g. iactavit se esse peritissimum artificem, medicum, iuristam, tum ad damna tenebitur, si non adhibuit exquisitissimam diligentiam: idem est si se falsò iactavit.

5. Culpa ex qua oritur restitutio, alia vocatur delictum, ut furtum, adulterium homicidium, damnificatio, &c. alia vocatur quasi delictum, cùm servus tuus, animal, nocet alicui, alia ex contractu, alia ex quasi contractu. Sed ut quis in conscientia teneatur restituere sub mortali, debet intervenire culpa mortalis.

SECTIO II.

CAPUT V.

De his qui restituere tenentur.

1 QVi simulando paupertatem accepit eleemosinam, & peccavit, & restituere tenetur. Castropolao. Quia ab invito accepit, nec enim ille dedisset Dominus si scivisset illum non esse verè pauperem. Aliud esset, si verè pauper esset, sed nimis suam paupertatem exaggeravit, quia fraudem solum in modo, non autem in substantia fecit. Beneficium tamẽ & Ordines tenent, licet Episcopus si scivisset fraudem non ea contulisset, quia ista absolutè conferuntur determinatæ personæ, & aliás scrupulis innumeris subiecta essent. Pauper habens tantum quantum illi pro reliqua vita suffecturum est, non potest ampliùs mendicare.

2.

2. Omnes qui concurrerunt ad actionem iniustam tenentur restituere, tales vocantur cõcausæ, & his versiculis exprimuntur.

Iussio, consilium, consensus, palpo, recursus.

Participans, mutus, non obstans, non manifestans.

3. Iubens totum damnum compensare debet quod vi eius iussionis illatum est, imò quod etiam supra mandatum eius fecit mandatarius, si ille excessus communiter solet accidere in talibus casibus, v. g. iussit quem ut furaretur 100. ille furatus 105. similiter si alium pro alio mandatarius occidat. sed si excessus sit notabilis, v. g. iussit alicui dare alapam, ille occidit, tum ad excessum Mandatarius tenetur, si in executione mandati ipse Mandatarius damnum accepit, & ipst se volens, vel pro pretio obtulit, claro se periculo obiecit nihil illi debet Mandans. Si deceptus, còáctus, tunc Mandans debet illi compensare nisi Mandatarius plùs agendo quàm illi mandatum, incurrisset damna quæ alias nõ solent sequi ex actione mandata, Ita qui conduxit Iuristam ut eius causam contra Adversarium ageret. Iurista verò graviter ab Adversario vulneratur, non tenetur

Mandans ad damna. Quia Iurista spontè & pro pretio negotium acceptavit, & hæc vulneratio non est ex communiter accidētibus, sed omninò per accidens. Ita nec Fabro lignario debet ex iustitia compensari si quid casu decidit in eum ex tecto.

4. Si Mandans revocavit suum mandatum, nihilominùs Mandatarius executus, tunc solus Mandatarius tenetur ad restitutionem, nec mercedem laboris requirere potest. Lugo. Quia non iam vi mandati fecit. Imò si Mandanti accideret propterea damnū aliquod, nō tenetur ad illud Mandatarius. Si tamen putavit Mandatarius non serio revocatum mandatum, vel oblitus inculpabiliter revocationis, tunc ad damna Mandans tenetur. Quia adhuc vi eius mãdati sunt facta. Lugo. Idem est si revocatio non pervenit ad Mandatarium. Quid si videat Mandans quod non possit revocare datum à se mandatum in damnum Petri, tenetur Petrum præcavere etiamsi in damnum æquale sit ipsi incidendum. Quia mandantis actio iniusta obligat eū ad amovendum damnum ab innocente, quare vitâ suâ vitam illius, & famâ suâ famam illius redimere debet. Ita & falsus testis cum suo æquali periculo debet retractare.

Si

Si autem longè maius sit eventurum ineuitabiliter Mandanti damnum quàm Petro, non tenetur revocare, sed damna tenetur Petro compensare. Si revocavit verè Mandans mandatum, & Mandatarius non resipuit, tenetur Mandans ex charitate monere Petrum de periculo, sed charitas neminē obligat cum magno suo dispendio.

5. Consulens, hortans, terrens, instruens, ut damnum inferatur tenetur ad restitutionem damni. Quia est causa illius. Quodsi executor huius consilii egit bonâ fide invincibiliter, tunc solus consulens ad damna tenetur, & si exequens consilium damna accipiat, non tenetur ad ea Consulens Quia liberum erat Consulto sequi aut non sequi consilium. Si Consulens revocavit consilium, idem tenendum est quod de Mandante revocante, & idem de eo Cuius assensu & approbatione illatum est damnum Si Consultus nihilominùs damnum intulisset, attamen consilio magis ad hoc ipsū impulsus, adhuc Consulens tenetur ad damna. Sotus, Caiet, Covar. Sed si non est motus illo consilio, Consulens, non tenetur. Si propter meum consilium plus damni fecit, celeriùs, crudeliùs, tunc ad solum excessum teneor. Quia illius solius sum causa. S. Th. Navarr.

6. De Consentiente idem est quod de Consulente. Consensus tamen fit aliquando per negationem debiti suffragii, vel reclamationis.

7. Palpator est qui laudando, adulando, vel irridendo, arguendo, concitando, movet ad damni illationem; & hic tenetur restituere, etiamsi aliquando non ex animo ea fecerit, si tamen ex eius factis sequuta est iniusta actio & hoc ipse advertit.

8. Ad quem recursum est, sive qui damnificatorem recipit, protegit, res eius servat, tenetur ad restitutiouem, si ante delictum promisit id malefactori. Quia hâc spe fretus efficitur audentior. Sed si quis post factum crimen casu est receptus ne capiatur, vel ut solùm sit hospes non tenetur ad damna recipiens. Quia non concurrit ad damnum. Iurista qui in iudicio defendit malefactorem in his in quibus licet cum defendere, ad nihil tenetur. licet autem defendere cùm crimen est occultum, non semiplenè probatum, cum non servatus iuris ordo. Sed si fur hâc spe fretus iterum furabitur quia defendetur, tunc Iurista ad damna tenebitur, si id advertat: sicut tenetur Pater & Dominus, si agat Servus aut Filius iniustè fretus eorum potentia, nisi

illi compescant. Non tenetur autem restituere qui latronem hospitio recepit, si alij boni viri æquè illum recepissent. Quia nõ est causa illius iniustæ actionis.

9. Participans hic non ille intelligitur, qui v. g. simul cum fure furatur, talis enim ipse verè est fur: sed qui furem comitatur, adstat, explorat, affert scalam, attendit in vigilia, talis tenetur restituere, quomodo verò, vel quantum, infra dicemus.

10 Mutus, non obstans, manifestans, hi sunt. Mutus, qui loquendo, clamando potest impedire damnum proximi, nec facit, non manifestans, qui potest reuelare damnum ne inferatur, vel ut illatum compensetur, & tamen tacet, omnes isti si ex iustitia fuerunt obligati ad occurrendum damno, vel illud revelandum, tenentur ad restitutionem. Si fuerunt ad hoc solum obligati ex charitate, peccant quidem, sed non tenentur restituere. Tambur. Dicastillo De cætero, etiam obligatus ex iustitia, non tenetur cum maiori damno suo restituere, quam fuerit proximi. Quia ordinariè non cum tanto onere hæc suscipiuntur officia ex quibus consurgit obligatio iustitiæ, nisi pactum speciale intercesserit, quale faciunt Milites, & Parochi.

Tam-

Tambur. sed siquis obligatur impedire ex sola charitate, & non impedit non tenetur restituere etiamsi id ex odio faciat. Quia affectus ille cùm sit internus non est causa damni, sed si ego volo impedire dãnum, Petrus suadeat ne impediam tunc si Petrus cum vi, dolo suadeat, ipse tenebitur restituere: si sine vi, dolo, non tenebitur, dum ego ad impediendum non fuerim obligatus ex iustitia. Quia in priore casu nihil tollit ex iustitia, sicut tollit in posteriore, Quia invadit ius alterius quod habet ne vi aut fraudibus impediatur circa suum bonum. Ita qui testamentum facientem, vi aut fraude inducit, ut non illi cui destinauerat legatum relinquat, tenetur restituere. si verò solâ svasione id efficit, non tenetur.

11. Si fur pecuniã aut quid tale det Petro ne se impediat, si ad impedienda est obligatus Petrus ex Iustitia, tenetur Domino damna restituere, sed non tenetur si tantũ ex charitate fuit obligatus, nec censetur factus animosior per datam a se pecuniam, quia æquè fuisset animosus si solùm Petrus ei promisisset se non impediturum. Ratio Quia hæc omissio impedimenti non est causa positiua animositatis furis, sed tan-

rum ex ea ut occasione fur animatur. Sed si aliquid positivum fecisset Petrus licet alias solùm ex charitate obligatus, tum teneretur Domino damna compensare. Tambur. sed pretium a fure acceptum debet furi restituere. si fur de suo dedit, non debet furi restitui; Lugo quia est pretium omissionis impedimenti, quam impleuit Petrus si autem nondum impleuit, debet hunc contractum cum fure factum rescindere ut pote turpem, & furi reddat pecuniam. si fur dedit ex furto, Domino debet restitui.

12. Famulus cui commissa est cura rerũ si non impediat furem quemcunq;, tenetur Domino damna compensare. Molina Layman, Less. Famulus cui non est commissa cura solùm tenetur si non impediat fures extraneos: domesticos si non impediat quando potest sine suo notabili damno solùm peccat contra charitatem. Quia, omnes famuli custodes sunt respectu furis externi: sed respectu domestice solus illi cui est cura rei commissa. Quod si domesticus fur velit cum rebus ablatis profugere: tunc quilibet famulus tenetur ex iustitia impedire, & si hoc non fecerit, restituere: Lugo. Quia iam talis fur censetur extraneus. Cura rei imprimis est illi commissa,

cui totius domûs cura est commissa, tum illi qui claves loci habet, in quo res asservatur, vel cura illius loci, v. g. domûs horrei &c. vel qui Dominum in via comitatur, illi enim incumbit cura rerum in via Sed si plures sint famuli, quibus rerum cura incumbit, si non impedierunt fures, latrones, singuli in solidum debent restituere: Quia vel solus quilibet poterat impedire, vel cum aliis. Si solus clarum est eum teneri. Si cum alijs, tenebatur eos in subsidium advocare sed si putabat eos ad suum clamorem non accursuros, adhuc quilibet tenebitur restituere. Quia causa fuit ut putaretur non impediturus, adeoq; quòd alter non impedierit Less. Vasq.

13. Custos horti si non clamet, tenetu[r] restituere, idem de custode sylvarum. No[n] autem, si possit damnum sine suo gravi in commodo impedire, & non impedit pec cat quidem contra charitatem, sed resti tuere non tenetur. Testis iuridicè interro gatus, si taceat, tenetur damna parti com pensare. Tolet. Quia ad dicendum obli gatur ex officio, hoc est, ex quasi con tractu,

C A-

CAPVT VI.

De Causis & Concausis damni in ordine ad Restitutionem.

1 ALiqui sunt causæ Totales damni & hi totum debent compensare, Aliqui sunt partiales, & hoc fit tripliciter. 1. Partialitate effectûs, cùm vg. aliquis fur pro se, sine condicto cum alijs, & alij etiam etiam sine pro se condicto cum illo furantur: horum quilibet ad partem, quam furatus est, tenetur restituendam. 2. Vel est causa damni totalitate causæ, ut quia se iunxit re, aut consilio cum alijs ad furandum, vel occidendum etiamsi ipse non occidisset, imò nec occidere potuisset, tùm si alii nolint vel non possint partem damni compensare, ille ad totum tenetur, sicut & quilibet eorum. & hoc vocatur in solidum. Dicast. Vel 3. est causa damni particularitate causæ. quando, scilicet, se iungit alijs, & sine illo non potuisset perfici damnum vg. non poterat unus auferre tam gravem cistam, obligatur quivis ex illis ad totum damnum in solidum. Lugo. Vasq. Quia toti causæ æquivalet. Idem est de consulentibus, quando unius consilio non stetisset damnũ

Idem

Idem de illis, quorum vnus sine alio non fuisset ausus.

2. Omnes fructus rei iniustè ablatæ, vel destructæ, debent restitui Domino, tam naturales, ut sunt fructus in terra, vel arbore non culta: quàm mixti ex natura & industria, ut caseus, fruges, pretium locationis domûs siue equi. Circa hanc materiam tota doctrina ad duas regulas deduci potest. 1. Fructus rei ablatæ naturalis, semper debentur Domino, etiamsi apud Dominum non tanti, ut apud iniustum possessorem, vel nulli fuissent, etiamsi hic possessor eos quocunq; modo consumpsisset, in nullo factus ex illis ditior; etiamsi rem suis expensis molioraverit ut fructus maiores perciperet. Sanch. Molin. Dicast. Quia res semper suo Domino fructificat excusatur tamen quando sine illius gravi culpa casu mero fructus perierunt, qui etiam apud Dominum periissent. Et hoc est de possessore malæ fidei. 2. Quamvis lucrum quod alienâ pecuniâ comparatum non sit restituendum tamen quidquid Domino emersit damni ex detentione illius pecuniæ est compensandum, non tamen quod percepisset aliquo casu vel fortuito. Quia in priore casu damnum

est

est passus Dominus ex tua culpa: non verò in posteriore.

3. Malæ fidei possessor fructus restituere tenetur quos Dominus percepisset si rē suâ habuisset. Quia est causa damni. Si verò eos certo non percepisset tum fur eos non tenetur restituere in conscientia. Quia non fecit damnum. sed in foro fur: etiam hos tenebitur reddere. L. Si fundum. De vindicatione. Sed si Dominus percepisset fructus re tamen turpiter vtendo, ut lucrum illud fuisset ex ipso peccato secutum, fur non tenebitur. Quia non est lucrum rei sed malitiæ. si percepisset quidem cum peccato, vg. Domum locando meretricibus, ubi lucrum non ex peccato, sed ex locatione procedit, fur illud tenetur restituere. Dicast.

4. Si res periit apud furem vel deterior facta, quod ei non accidisset apud Dominum, tenetur fur ad pretium & damna. Quia est causa illorum. Si du bium, an etiam id ipsum rei apud Dominum non accidisset, tunc solvendum pro ratione dubii. Sed si certum est quod res periisset apud Dominum, si apud furem periit non tenetur fur solvere Less. Dicast. Quia nihil minus Dominus habet quàm habuis-

ſet ſi res illi ablata non fuiſſet. Si fur uſus re antequam periiſſet & hunc fructum restituere debet & damna per hoc tempus & lucra ceſſantia Domino. ſi perinde res ablata fuiſſet apud Dominum manens, ut eſt ablata apud furem, ſicut tunc alter qui rem abſtuliſſet fuiſſet obligatus reſtituere, ita modò iſte obligatur. Si dubium an apud Dominum periiſſet fur ſolvat Sylu. Quia in dubio debet eſſe melior conditio Domini quam furis. & licet in damnis quæ dubium eſt an Dominus paſſus fuiſſet, pro ratione dubii ſolvendum ſit, tamen aliter hic negotium procedit, ubi res ipſa ablata Quia in dubio ſemper eſt iudicandum pro pro poſſidente, cum ergo ſit dubium, an ille vg. equus vixiſſet apud Dominum, pro Domino iudicandum, qui illum tunc poſſediſſet, lucra verò quæ ex re conſervata erant, non exiſtunt: propterea non poteſt dici Dominum illa poſſediſſe.

4. Furatus eſt heri Petrus equum Domino cuius hodie ſtabulum igni vel diluvio periit, & cum eo periiſſet equus: tunc Petrus equum perdidit aut rem ablatam conſumpſit ante ignem, diluvium; debet pro toto reſtituere Leſſ. Vaſq. Lugo. Quia tunc habuit ſuum valorem, non enim

prævi-

prævidebatur eius iactura. Si Petrus aliquomodo prævidebat incendium, debet minùs restituere, quia tunc minùs res valebat. Sed si vendidit æquè benè ac in securitate, istud pretium debet Domino restitui. Si Emptor qui ab illo emit, & apud quem deinde ortum incendium, non fuit deceptus, nam si fuit, illi pars pretii pro ratione prævisionis reddenda est. Si oriatur apud Petrum incendium quando rem alienam detinet, ex iustitia rem tenetur salvare, quia illam tenetur restituere. Tenetur etiam ille qui orto incendio rem rapuit quæ aliàs arsisset. Quia quamdiu res extat, Domini est. Sed qui rem eripuit potest precium laboris exigere.

CAPVT VII.

Cuinam debet restitui.

1 NOn est illi restituenda res de quo certò constat quòd illâ sit abusurus. ut si gladium habens alicuius ira furentis & inimicitias exercentis: ita qui habet vestem eius quâ indutus meretricem allecturus. sed de hoc debet haberi certitudo, non sola probabilitas, quæ relinquit etiam oppositum probabile multò minus sufficit dubitatio, excipe furi-

osum. Quia in pari probabilitate, ac multò magis sufficit dubitatio, melior est conditio Domini. Ratio prioris partis, quia non tollit rem Domino, sed ex iusta causa differt reddere, & si à tali gladium auferre licet, multò magis illi non restituere, imò qui tali restitueret peccaret contra charitatē. Si tamen absq; tuo magno incōmodo, detinere v.g. gladiū non potes, redde, nisi bonū cōmune exposcat, ut ne tū quidē reddas, sed si æquè magna incōmda ex tua non restitutione, vel etiā maiora sequerentur, restituas. extra hunc casum si restitueres, non solùm contra charitatem, ut diximus, sed etiam contra iustitiam peccares quia cooperareris ad iniustam actionem. ita Lugo; sed neque contra iustitiam, neque contra charitatem peccaret qui redderet pecuniam ei, quem scit illâ malè vsurum, quia pecunia remotè cooperatur ad malum: gladius verò proximè & multa possunt intervenire quæ impediant peccatum quod per pecuniam patrandum est.

2. Quando mortuus est Dominus, restitutio facienda hæredi legitimo. Quia hæres succedit in omnia iura realia Defuncti. Si autem nullus est hæres, nulli legatum, nulli Iudex hæreditatem adscripsit, nihil

nihil de hærede lex disposuit: tunc illa bona sunt derelicta, & ad primò occupantem spectant, & valdè incersa voluntas Defuncti quod de ea voluerit dari pauperibus. Sed mobilia Peregrinorum si decedunt intestati & sine hærede, spectant ad loci ilius Episcopum, ut ea in pias causas dividat. Authent. Omnes peregrini. Communio. De successionibus.

3. Quando ignotus vel incertus Dominus, cum nescitur cui res debeat reddi, ita agendum. Qui furatus, vni ex tribus, sed nescit determinatè cuinam ex tribus, debet inter illos distribuere. Less. Quando communitati furatus, ipsi debet restituere, non autem singulis, quia communitatem læsit. Vasq; Azor, Vnde nec pauperibus sed ætario publico. Quando quis multos particulares ex Communitate sed sibi ignotus læsit, ut cùm in bello iniusto civitas spoliatur, restitutio facienda vel Episcopo loci vel Magistratui, vel Viro probo, qui dividant in singulos cives pro damno accepto. Si nec in confuso Personæ sciri possunt, ut cùm Mercator publicus defraudat plures in pondere, mensura: tum aliquod bonum in utilitatem publicam Defraudator faciat. Quando scitur quòd extet Do-

minus damnificatus, sed nescitur quis sit ille: si res ratione iniustæ acceptionis restituenda, & factâ diligentiâ Dominus sciri non potest distribuendum in pauperes. Ita Alex III. cap. Cùm tu; sed etiam qui verè est pauper, & restituere tenetur, potest sibi ipsi iudicio Confessarii applicare. Molin. Less.

4. Inventa, quorum Dominus sciri non potest, pauperibus sunt restituenda. Quia de eorum Domino hæc voluntas præsumitur. Molin. de cætero hæc Inventor tamdiu retinere potest, donec comparuerit Dominus, sed si rem inventam factâ diligentiâ de Domino, consumpsit, id solum restituat in quo est factus ditior. Soar. Vasq; Castrop. Quia hæc bona moraliter quasi sunt derelicta, quia de illis Dominus non ampliùs videtur velle disponere cùm non possit: & magis vult esse apud Inventorem, ut ea possit aliquando repetere, quare hæc bona non sunt omnino derelicta. Sed si hæc bona sint priùs consumpta quàm eorum compareat Dominus, Si res illa bonâ fide consumpta est, nec Inventor in ulla re factus sit ditior, nihil debetur Domino, Quia bona fides liberat inventorem ab onere restitutionis, & idem est si

illa

illa bona applicuit vere pauperi, Less. Sed si hæc bona vel in se extent, vel Inventor ex illis est ditior, debent Domino reddi. Quia nullus ex alieno ditari potest.

5. Pro inventione nihil requiri potest ex iustitia. Quia tota res est Domini, etiam tota illi reddenda. Pretium tamen diligentiæ in illa conservanda requiri potest. Quia rem Domini utiliter gessisti, sed si rem ex naufragio eripuisti. debet procedi tecum iuxta Bullam Cœnæ & eandem excommunicationem incurret, qui ab Inventore naufragii, hæc bona furabitur. Soar. Quia adhuc mediatè accepit bona naufragorum. Si flumen tibi afferat ligna, Domini sunt si de illo sciri potest, sed tibi in iis salvandis laborem compenset. Si Dominus sciri non potest, tua sunt, quia sunt bona derelicta. Molin. Castrop.

6. Thesauri, & bona quæ nullum habēt Dominum, si de thesauro ab hominum memoria non sciatur quis illum deposuerit neque de familia a qua depositus, est Inventoris, quia sunt derelicta, nisi alicubi sit lex alia. Sed detur casus. Petrus noctu defodit pecuniam, Paulus id ex abscondito advertit, potest ne Paulus illam die sequenti effodere? si Petrus defodit ut

in perpetuum absconderet, eò ipsa abdicavit se illius dominio, & potest effodi à Paulo, si tantum defodit ut absconderet ad tempus. non potest à Paulo effodi. quia servauit sibi Petrus dominium illius. Tambur.

7. Leges cõmunes ita de thesauris disponunt. 1. Qui in proprio fundo invenit thesaurum, totum facit suum. 2. Vbilibet inveniat per artes Magicas, totum reddat fisco. 3. Si in fundo alieno adhibitâ diligentiâ, & invito Domino, totus est Domini. 4: Si in fundo alieno, sed casu, dimidium Domino. 5. Si in loco sacro, dimidium dandum est Ecclesiæ. De iure autem naturæ, imo & Gentium totus est thesaurus Inventoris. Lugo. Quia sub nullius est dominio. Vnde leges contrariæ solum in foro externo obligant. Sylv. Sotus. Medina. Fundum in quo quis latere scit thesaurum potest emere. Quia ille thesaurus est nullius, nec ideò quia fundus habet thesaurum, maiori pretio solvi debet. sed si conduxisti operarium ut pro te hortum foderet, si reperit thesaurum, ille ad operarium spectabit. Quis quæ nullum habent dominum spectant ad primò occupantem, Sed si Operarius conductus

fuit

fuit ad quærendum thesaurum, reddat Domino totum, & hoc est verum nisi leges alicubi disponant aliter.

CAPVT VIII.

Vbi & cuius expensis restituendum?

SI restituendum propter iniustam acceptionem ibi id faciendum vbi est Dominus rei. Ita si quis furatus equum Vilnæ, etsi illum deduxerit Varsaviam, debet suis expensis reducere Vilnam si ibi est Dominus, & ibi restituere. Item si furatus Vilnæ pecuniam, Dominus abijt Leopolim, ubi illam depositurus erat, debet furire Leopolim, ut ibi reddat pecuniam Domino. Quia Dominus ex iniusta acceptione furis nullum debet subire damnum. Si quas tamen fur expensas fecit in rei conservationem, potest eas deducere, quia etiam Dominus illas impendisset. Sotus. Valentia, Navarrus. Idem fiat si restitutio facienda ex iniusta detentione. Quia iam ex delicto etsi expensæ faciendæ essent æquales, aut maiores re ablatâ, ad eas fur tenetur, & sibi damnum imputet, nisi impetret à Domino ut possit in loco propiore restituere, Si enim expensæ multò quàm res valeat faciendæ essent, præ

ſumendum eſt de Domino quòd eas noliſ fieri, quia faceret aliàs contra charitatem. Sed ubi agitur de paribus expenſis, maior debet haberi ratio innocentis Domini Quodſi fur expenſas facere non poſſit, nec ſperatur Dominus propiùs venturus, nec cum eo agi poteſt, tunc Domini Affinibus, maximè ſi ſunt pauperes, reſtituendū.

2. Quando res aliena bonâ fide eſt accepta, ſi deinde cognoſcatur eſſe aliena, reſtituenda eſt in eo loco in quo eſt Debitor. & Dominus admonendus ut eam recipiat, & ſi velit rem ad ſe tranſmitti, id fiat eius expenſis. Navar. Leſſ. Vasq; Quia ſi Debitor faceret expenſas, damnum ſine ſua culpa pateretur, & ſi interea in rem conſeruandam quæ reſtituenda eſt, fecit expenſas, reddat hoc Debitori Dominus, qùia negotium eius Domini geſſit utiliter. In tali caſu, expedit, monito Domino ut rem ſuam recipiat, eam collocare alicubi, ne in eam ulteriùs Debitor impenſas faciat, quia illas alias contra præſumptam Domini voluntatem faceret, & ita àmitteret. Similiter ſi res pereat ob aliquā negligentiam cum culpa gravi, compenſanda eſſet à Debitore propter iniuſtam damnificationem. Si res nec remitti poteſt,

nec

nec expectari Dominus, danda pauperibus: sed etiam retineri potest, quia in illam Debitor iam aliquod acquisivit Dominium.

3. Si Restitutio facienda est ex contractu, est eadem restituenda, ut cùm res est locata, commodata, deposita. restitutio est facienda in eo loco de quo est conventum Si veró locus non est nominatus, tunc si còntractus est solùm in vtilitatem accipientis, ibi debet reddi, ubi est Dominus, vel ubi eam rem habuisset expensis & periculo accipientis, si pereat gravi eius culpa, quia alias Dominus innocens pateretur. Si autem res deposita in utilitatem Domini id totum fiat expensis Domini & in loco ubi accipiens existit. Si contractus factus est in vtilitatem utriusq; totum hoc fiat expensis utriusq;

4. Quando ex contractu debet res æquivalens reddi, tunc restituenda in eo loco, de quo conventum. Si locus nullus expressus, restituenda in eo in quo factus contractus, aut ubi facta solutio, acceptio, v. g. hic vendidisti eqvum, hic illum redde. hic, locasti, hic solve. De cæteris ex circumstantiis iudicandum, si in via dedi tibi mutuo decem aureos, restituere debes mihi in loco in quo fuero, Bonac. Quia dum id

tibi dedi, feci in tuam utilitatem, nec debeo expensas subire pro re mea. Si vendam in via triticum, videndum iuxta praxim regionis ubi soleat solvi. Si promittam me alicui donaturum eqvum, eo pergat pro eo recipiendo, ubi tum fuero, sed si abiero de industria ne reddam eqvum, ego illum remittere debeo meis impensis.

5. Census rebus affixi ibi solvi debent ubi res est, nisi aliter sit conventum: idem est de pensionibus ex prædio, de Legato inscripto supra hæreditatem, nisi aliud fuisset expressum.

CAPVT IX.

De tempore quo facienda Restitutio.

RES ex quacunque causa sit aliena, etiam in contractu iurato, restituenda est statim moraliter, non Physicè, nam differe etiam ad triduum, si per hoc non patitur damnum Dominus, non est grave. Si velis per partes solvere, cùm Dominus velit totum simul, non erit statim reddere. Si velis etiam ut clarum debitum à te per Iudicem exigatur: & peccas, & impensas litis solvere debes, sed ordinariè solvi non solet debitum nisi repetatur à creditore.

2.

2. Qui potest statim restituere, nec restituit, peccat, & debet id in Confessione exprimere. Qui in articulo mortis potest, & non vult restituere, sed ad hæredes remittit, cum quibus futura est aliqua difficultás, est in mortali, nec debet absolvi nisi restituat. Quia culpa gravis est transferre obligationem suam in aliquem negligentiorem. Sylv. Navarr.

3: In contractu qui fuit in favorem Debitoris, ut in mutuo, commodato, potest Debitor ante terminum solvere, & si nolit Creditor recipere & res interea pereat, Creditori perit. Sed quando contractus fuit in favorem Creditoris, ut fit in locatione, tunc Debitor prævenire non debet, hoc enim esset in damnum Locatoris. Creditor solùm in tribus casibus rem potest repetere ante terminum. 1 Si Debitor pergat ad inopiam. 2 Si paret fugam. 3 Si incipit esse suspectus de non solvendo. Qui ex iniusta acceptione debet restituere, nec statim restituit, & peccat mortaliter, & ad lucra ac damna obligatur.

4. Debitor ex delicto qui non potest modò solvere, obligatur ad solvendum quamprimum poterit atq; etiam cum damnis & lucris cessantibus. Quia ipse est

causa

causa horum omnium, sed ad lucra eius temporis, quo restituere non potuit, non tenetur. Quia tunc non est in culpa: sed si fur in extrema sua necessitate rem alienam consumpsit, ad nihil tenetur. Quia in eo casu sunt omnia communia, vnde & accipi possunt.

5: Qui non restituit ex contractu quando debuit, tenetur ad damna & lucra: vel si tempus non fuit præfixum, quando non restituit post monitionem. Quia est causa damni, sed si nulla sit culpa in debitore, vel solum venialis tunc non tenetur ad lucra, vel damna sub mortali. Vnde si v.g. emisti 100. modios tritici in Ianuario, nec potuisti exolvere pretium ante Iulium, quo tempore carius est triticum quàm in Ianuario, quia in hoc culpam non incurristi, nisi aliter in contractu conventum fuisset, non teneris solvere nisi iuxta pretium Ianuarij.

6. Qui rem alienam bonâ fide accepit, statim atq; advertit esse alienam, debet restituere: vel si res est consumpta, restituat id in quo factus est ditior & si hoc non fecerit, tenebitur& ad rem & ad lucra si in eo fuit mora culpabilis & Creditor rationabiliter invitus.

7. Qui rem iniustè accepit, præter restitutionem, deberet etiam pro iniuria illata satisfacere, sed hoc passim remittitur. Si rem quam accepit, ita suis rebus miscuit ut ab ijs discerni non possit, pretium est restituendum, etiamsi creverit. Quia suo Domino crevit.

8. Si fur consumpsit v. g, triticum alienum eo tempore, quaudo minus valebunt. tunc videndum an eodem tempore Dominus consumpturus aut erat venditurus, non plùs debet restitui, quam valor quem habuit tempore furti. Quia in eo solo Dominum damnificauit Si verò Dominus erat servaturus ad tempus maioris valoris, debet, detra hi expensio, quã Dominus circa rem fecisset, maior valor restitui. In dubio autem an erat servaturus, pro ratione dubii satisfaciendum, si maius dubium minus: si minus dubium, plus. sed si Dominus cariori tempore erat ipsemet consumpturus triticum, vel alicui donaturus, tenetur fur ad maius pretium. Quia causa fuit ne Dominus tunc suâ re vteretur deductis tamen expensis necessariis quas Dominus in rei conservationem fecisset. colligi autem quòd rem serva tunc erat Dominus, non ex eius assertione de-

bet

bet, quia in hoc ſubeſſe poſſet dolus. Sed ex aliis indiciis. Ratio horum omnium. Quia ſi res extaret ſatis eſſet ſi fur rem ipſam, eo tempore reddidiſſet, ergo valorem noniſi illius temporis debebit. Sed neq; conſumpſit rem niſi tanti valoris.

CAPVT X.
De modo rem reſtituendi.

1 SI ſequeretur ſcandalum ex reſtitutione publica, facienda occulta per ſe, vel per alium, Dicaſt Quia reſtituens quando poteſt debet ſuam famam conſervare, ut valet res reſtituat Domino reſtitutionem non advertenti, v.g. ſi donet æquivalens, Tambur. & valetlicet illo dono Dominus prouocari poſſit ut redonet, quia liberum ei non redonare: fur| ſe etiam non tenetur prodere, niſi fur expreſſè non intenderit per hoc donum reſtituere.

2. Si reſtituam per aliquem quem credebam fidelem, ille verò Domino non reſtituat. tunc ſirem eandem numero reſtituebam quam iniuſtè detinui, ut eſſet debitum ex re accepta, neq; mea gravis culpa Theologica in iactura rei intereeſſit, ad nihil amplius teneor. Quod taliter perit Domino Si tamen ex ea re in aliquo factus ſũ di-

tior,

tior, hoc restituere debeo. Tambur. Si res quam remitto fuit Domino ex contractu debita v. g. Equus locatus, vestis commodata, & alia, quæ debent eadem numero reddi, uti & depositum, si non meâ gravi culpa Theologicâ sit factum quòd ad Dominum non pervenerit, ad nihil amplius teneor. Quia ex contractu non obligor nisi ad diligentiam moralem proportionatam rei. Si ex contractu non eadem numero debuit reddi Domino, sed solum pretium, & idem est de re iniustè accepta, quæ iam non extat, teneor iteratò restituere. Quia illa pecunia, quam remittebam, erat mea, itaq; mihi perijt non creditori.

3. Si Creditor certum hominem designet, ut per eum remittam, si periit, Creditori. Quia tunc Creditor in homine à se destinato suam fecit illam pecuniam. Si debitum est ex delicto, hoc est, ex iniusta acceptione, si illud per fidelem remitto & non peruenit, teneor iterum restituere. Tolet. Navar. Quia in me semper manet radix restitutionis, nempè iniusta acceptio & hæc sententia est certior, quamvis & opposita quæ liberat talem à restitutione secunda habeat pro se multos DD. & ratio

illius est. quia Creditor censetur in hoc consentire in hominem ut remittam, Sed ℟. Censetur sub conditione consentire, si res debita sibi perferatur. In omnibus verò his casibus est iterato restituendum, si per suspectum remittatur. Quia per gravem Debitoris culpam perit.

4. Si Confessarius tibi bonâ fide dixit, ut rem alienam, quam surripuisti, des pauperibus, & tu dedisti: si deinde Confessarius re melius perspectâ, vel alius doctior, ostendat te debuisse Domino, & non pauperibus restituere: probabile est te rursus Domino teneri, sed etiam oppositum probabile. quia ex illa eleemosyna bonum spirituale proveniens pervenit ad Dominum. ac ideò censetur in hoc pium opus consensisse, nec duplicia illi bona pro uno sunt restituenda. nisi tamen nullo modo Dominus voluerit dari pauperibus.

5. Si vovi Calicem me daturum B. Virgini Czestochoviensi, & misi per fidelem, sed non pervenit, non teneor alium mittere, sed portator commisit Sacrilegium, & ex iustitia tenetur. Fagund. Bonac. quia usurpat rem dicatam Deo, sed si absq; culpa portatoris calix periit, Lator non tenetur ad dandum alium calicem, quia ad hoc

hoc nec se voto obligavit, nec etiam tenetur ratione iniustæ acceptionis, aut detentionis, & hoc idem de rebus quæ debent eædem reddi in individuo. Sed si hoc modo missa pecunia perijsset, tunc si illam candem sine culpa sua amisit. ad nihil tenetur, si illam in proprios vsus vertit daturus pro illa æquivalentem, tenetur. Quia quòd Lator patiatur infortunium, non debet cedere in damnum Ecclesiæ.

6. Si mortuus est Dominus qui per Paulum rem Petro misit dono, debet valolorem dare Petro, & insuper peccavit, si illi non significavit de dono ut illud posset requirere ante mortem Domini, quia tamdiu spectabat ad Petrum. Hæredibus verò ipsum donum debet reddere, quia est causa damni Petro, & mandatum Domini morte eius expiravit, vnde cùm donum non sit ante mortem redditum, ad hæredes spectat, nisi Dominus voluisset etiam post mortem suam Petro reddi. Si autem Dominus ad pias causas donabat, tunc in favorem animæ Defuncti persistit mandatum Sed etiam probabile, quòd sicut cæteræ gratiæ; ita nec donatio expiret morte illas largientis, ac proinde satisfaciet Paulus si solùm Petro restituerit.

CAPVT XI.

Quis è pluribus Debitoribus debeat Creditori priùs restituere.

1 QVi rem alienam in individuo habet, aut detinet, in se, vel æquivalenti pretio, vel quia ex ea ditior factus, ille primus debet restituere. Covar. Molina. Vasq; Quia res aliena extans in se vel suo effectu nullo modo retineri potest semperque pro suo Domino clamat. Vnde qui rem alienam bonâ fide consumpsit, tenetur id primus restituere in quo factus est ditior. Qui malâ fide rem consumpsit, tenetur primò æquivalens rei restituere. Quia qui primus ex re aliena sensit commodum. decet ut prior etiam sentiat incommodum. Less. Azor. Vasq;

2. Inter cooperantes ad damnum, prior Mandans tenetur. si mandavit damnum fieri ut Superior, vel ad illud faciendum coëgit. Si verò hic noluerit, aut non potuerit, Executor tenebitur ad totum. Sed si executor non vi mandati egit, sed perinde egisset etsi mandatum non fuisset, tum ipse primus tenebitur ad totum. Quia in priori casu Mandans fuit causa principalis, in posteriore verò ipse executor. Inter Executores autem, quis prior, mox dicetur.

3. Quando causa principalis restituit totum, reliquæ concausæ sunt liberæ. Bonac. Quia causa minùs principalis solùm tenetur restituere in defectu principalis, qui si reparavit damnum ad æqualitatem, nihil ampliùs superest restituendum. S. Th. Caiet. Quia causæ secundariæ solum in defectu principalis tenentur. Si causa secundaria totum restituit Creditori, Creditori nihil ampliùs debetur, cùm illi sit totum restitutum. Less. Azor. Molina. sed causam secundariam tenetur servare indemnem, & illi, quod expendit, debet restitui. Quia utiliter gessit Negotium causæ principalis quod non debuit gratis præstare. Azor. Vasq; Less. Vnde, si consulens. Mandans &c. restituat, tenetur Exequens illi compēsare. Si omnes sunt æque principales, & unus totum restituit, cæteri illi debent.

4. Si nullus fuit præcipiens, tum Executores priùs debent restituere quàm aliæ concausæ, ut palpans, consentiens, mutus, & si Executor non restituit, omnes illi æque debent. Si tamen apud aliquem ex concausis extat res ablata, ille primus tenebitur, cæteræ concausæ pro ratione influxûs in damnum, quod arbitrio prudentis æstimandum, sed & si Creditor vni ex concausis re-

miserit, ad hoc ille tenebitur pro ratione influxus ad summam componendam cum aliis pro reparando damno, si ex ea nihil remittit Dominus, sed si Creditor remisit principali, tunc causis etiam cæteris censetur remisisse. Sed quando remittit causis secundarijs, tunc principalis tenetur ad totum. Molin. Dicast.

5 Qui occidit, prior tenetur restituere, quia influxit immediatè in cædem, postea qui arma illi porexit. Vasq; Quando plures aggressi sunt eundem, etsi vnus tantum lethale vulnus inflixit, omnes principaliter tenentur, quia omnes constituunt causam principalem. Vasq;

6. Bonacina hunc statuit ordinem pro restituendo. Primus sit exequens, postea mandans. 3. Receptator. 4. Non impediens, & non manifestans qui tenebatur ex officio. S. Th. 2. 2. q. 62. a 6. Quando verò istæ concausæ restituendam summam componunt v. g. 10 aureorum. Mandans debet dare 5. Executor duos. Consulens 1 & sic de cæteris.

CAPVT XII.

De eo cui priùs restituendum.

1 Aliqui Creditores ius habēt ad rem scilicet, possidendam, aliqui ad

perso

personam Debitoris, & isti dicuntur Personales; ut priores Reales Rursus ius ad rem tribuit actionem in Personarum, Ius iure tribuit actionem in re. Illi autem priùs restituendum qui potius ius habet.

2. Ille potiùs ius habet cuius Debitor rem habet. Quia possessor illius rei non est Dominus sed Creditor, neque obstat si Dominus sit ignotus, quia non per hoc factus est deterioris conditionis.

3. Debita certa prius restituenda quàm incerta. Quia persona determinata damnum pateretur Vasq Less. Azor, Incerta sunt quorum Dominus ignoratur.

4. Inter debitores ex delicto & contractu non est prioritas. Quia utrique sunt æquè obligati. Neq; hic valet quòd maior fiat iniuria ex delicto, quia etiam qui 100 ureos abstulit non magis obligatur qui 50,

5. Qui habet debita ex contractu oneroso, priùs debet illa restituere. quàm debita ex contractu gratioso, ut si sis obligatus ex emptione, priùs solvas quàm ex promissione. Quia in contractu gratioso intelligitur hæc conditio, Dabo nisi status rerum mutetur Nav. Molin. Less. inter debita gratiosa est legatum. Tamen legata Testatoris priùs solvenda quàm hæredis, quia hæres

faceret expensas de bonis legantis.

6. Priùs solvendum habentibus pignus vel hypothecam, quàm non habentibus. Quia priùs Creditori reali solvendum. Si pignus pluribus traditum, & non possit Debitor omnibus solvere, illi priùs solvat, cui priùs pignus tradidit. Quia qui prior est tempore, prior est & iure.

7. Quando res eadem vendita fuit pluribus non eodem tempore, præferendus est prior emptor, si nulli res tradita fuit. Molin. Sanch. Less. Quia non potest rradi secundo Emptori sine iniuria prioris. Sed si res tradita alicui, ille præferendus est. Quia in illum fuit translatum dominium. Dominium tamen transfertur absque traditione, cùm res aliqua locis pijs donatur. L. vltima. C. de Sacrosanctis Ecclesijs. non autem si tradatur Clerico in vsum eius non Sacrum. Quodsi duobus res vendita & vni quidem non tradita, sed propter securitatem datum est illi pignus, tunc iste præferendus alteri emptori, etiamsi res sit res illa tradita persoluto pretio postea. Quia hic est posterior tempore, ergo & iure. sic habetur L. si creditor §. finalis. ff. de distractione pignorum. Quod attinet Creditores personales non habentes a-

liud ius prælationis, in illis non valet prioritas temporis. ita L. 1. ff. de separationibus. si pares omnes Creditores quoad ius, etsi vni plùs debeatur quàm alteri, nulla est inter eos prioritas. Nam illa regula. Qui prior tempore potior iure, in Creditoribus realibus habentibus hypothecam. Navar. Sylu. Azor. quia hic non agitur de re indivisibili, sed in qua omnibus satisfieri potest. Attamen si ex his Creditoribus vnus priùs quam alter petierit, illi solvendum est integrum. nam diligentia, sicut & hypotheca fecit illum melioris conditionis nec tenetur aliis restituere, qui deinde nihil accipient, modò alii non habeant ius prælationis.

8. Si quis Debitor habeat multos Creditores, & videt se omnibus non posse satisfacere si vni non petenti totum solvat, peccat. Quia facit contra ius cæterorum æquale. Potest tamen ille qui accepit retinere, dum alteri per hypothecam illa solutio non fuerit obligata. Quia rem suam accepit. Molin. Less. nisi accepisset in fraudem, sciendo quòd Debitor non sit alijs satisfaciendo. Si inter habentes ius æquale, unus ex Creditoribus sit pauper, hic est præferendus. S. Th. Opusc. 63. c.

18, Si ſcilicet ſit in extrema, vel gravine ceſſitate, quia tunc ratione charitatis ſibi debitæ acquirit prioritatem, tunc enim cæteri Creditores non cenſentur eſſe rationabiliter inviti.

9. Quando mortui Debſtoris bona non ſufficiunt ut ex illis omnibus Creditoribus ſolvatur, pars tamen pro funere moderato & pro ratione perſonæ honeſto reponenda, etiamſi bona illa fuiſſent hypotheca-ta. Quia tales impenſæ præcedunt omne debitum L. penult. Si de reliquiis. Sed quando poſt mortuum ſola bona aliena remanſeruna, nihil ex illis accipi poteſt pro funere niſi aliàs ſepeliri non poſſet, tum eſſet in extrema neceſſitate.

10. Si debitor in reſtituendo non ſervat prædictum ordinem, mortaliter peccat. Quia alicui facit iniuriam.

12, Qui accepit in vxorem filiam vſurarii, ſi reſtitutis quæ ſunt per vſuram acquiſita, nihil ſuperſit, non poteſt aliquid in dotem retinere. Leſſ. Molin. Sed ſi quid iam antea accepit bonâ fide neſciendo quod eſſent bona vſuraria, non tenetur reſtituere. Molin. Leſſ. Famuli tamen neceſſarii, Medicus &c. poſſunt ſalarium ſuum petere Quia Defunctus non poterat

illis

illis carere absq; suo gravi incommodo idem de Filijs qui se aliter absq; suo gravi dedecore alere non possunt, sic enim & ipsi referuntur ad Creditores. idem de vxore, dum nihil ultra debitum exigant. alias & ipsi restituere tenerentur.

13. Nihil potest legare, qui non potest Creditoribus satisfacere. Quia de alieno legaret Less.

CAPVT XIII.

De ijs quæ excusant à Restitutione.

1 CAusæ quæ excusant à restitutione sunt: Impotentia Debitoris, Infamia vitæ, membrorumq; periculum. Condonatio Creditoris. Cessio bonorum, vulgo Bankrot Res creditori nocitura si restitueretur. Præscriptio. Solutio facta Creditori sui Creditoris. Iudicis authoritas pleraque ex his per se patent, quædam mox explicabimus. Quæ verò excusant à restitutione, eadem excusant dilationem. Potest enim differri si absque gravi detrimento fieri modò non possit. si periculum sit ne filiæ se prostituant, ne Eilij labantur in desperationem.

2. Sola vera inopia excusat à restitutione,

one, si non habet vnde solvat, vel si solverit, fiat ipse extremè indigens sed reijciat non necessarias expensas. & talis in conscientia neque citari potest, neque incarcerari potest tamen cogi per aliquem terrorem, ut quærat modum restituendi. Tambur,

3. Qui per credita ad statum honorificum ascendit, etiam cum periculo sui statûs debet restituere. Quia talis non cadit à suo statu, sed ad illum redit.

4 Debitor etiamsi restituendo deventurus esset ad statum miserum, si in similem cadendum est creditori, debet restituere. Quia melior debet esse conditio innocentis Domini. Filius vsurarij si ad statum altiorem emersit sciendo esse bona vsuraria, debet illa restituere etiam cum amissione sui statûs. si bonâ fide emersit, & postea cognovit bona fuisse vsuraria, non debet cum tali onere. Quia quilibet habet ius ad conservandum suum statum bonâ fide acquisitum. Diana, Lugo.

5. Testis aut Notarius qui per suum vitium coniecit innocentem in amissionem bonorum, aut vitæ periculum, tenetur sua dicta, scripta reuocare etiam cum pari suo periculo, si videt se aliquid per hoc profecturum. Bonac. Azor. Filiuc. dum tamen

tamen in nocendo peccaverit mortaliter. Quia in æquali damno potior eſt ratio innocentis. Sed ſi falſus teſtis nihil egit, & iam per alios Reus convictus fuit, tum ad nihil tenetur, ſed qui bonâ fide in his erravit non tenetur cum tanto ſuo periculo retractare. Tolet. Nau. Si verum in iudicio, ſed occultum crimen teſtatus, adeoque iniuſtè, non tenetur retractare cum vitæ ſuæ periculo. Quia lata iam in Reum ſententia eſt iuſta licet teſtis peccaverit. Caſtrop. Leſſ. Sanch.

6. Ceſſus bonorum ſi verè ſis impotens ad ſolvendum excuſat in conſcientia. Aliqua tamen quibus iuxta tuum ſtatum vivat poteſt retinere nam ad hoc ius habes, ſine illis enim eſſet in extrema neceſſitate, in qua omnia ſunt cõmunia, cæterum ceſſio ſemper ſemper externo excuſat. ſed qui ceſſit bonis tenetur, ſi poſſit fortunam ſuam reparare, ut ſatisfaciat creditoribus. Quia obligatio non extincta, ſed ſolùm ſuſpenſa. Covar. Leſſ. Turrian.

7. Si pænitens quando poteſt, non reſtituit, debita non ſolvit, non eſt abſolvendus in confeſſione. Idem de eo qui poteſt commodè totum ſolvere, & per partes ſolvit. Si tamen Pænitens niſi abſolvatur, ni-

hil soluturus esset, absolutus verò restituet totum, id ipsi concedendum. item si Creditor nihil damni ex dilatione solutionis patitur. Quia tunc confessarius rem credi-ditoris vtiliter agit, quare in id ipsum præsumitur Creditor consentire. Attamen tutiùs est illum non absolvere. hoc enim esset peccato illius favere: excipe si Pænitens id bonâ fide agat, putando se ita satisfacere, nec ad plùs obligari. tunc enim Confessarius si prævidet se nihil profecturum si de maiori obligatione moneat, potest eum absolvere. Quia in hoc non solùm Creditoris sed etiam Pænitentis negotium vtiliter aget, imò & Dei cuius est minister. Sylu, Nau. Sed si ipse Debitor petat, vt ipsi veritas aperiatur, debet aperiri Quia iã dubitat, & se bona fide exuit Et hæc quidẽ Dicast. dicit locum habere, sive debitum sit ex delicto, sive ex contractu Si Pænitens agnoscat se debere, sed dicat se non posse statim restituere, non est neganda illi absolutio. Dicast. Nav. Soar. Si tamen id bis vel sæpius dicat cùm possit restituere, non absolvatur. Quia debet quidem Confessarius credere Pænitenti, sed talis Pænitens in periculo proximo differendi est restitutionẽ nisi credatur omnio restituturus. Sed quoties

ties Pænitens verè non potest restituere, est absolvendus, etsi antea aliquoties cùm potuerat non restituisset.

PARS II.

De Restitutione in particulari.

Hæc pars constabit Capitibus duodecim 1. De restitutione facienda ob damna spiritualia. 2 Ob violationem secreti. 3 Ratione fraudis in ludo 4. Ob detractionem. 5 Propter contumeliam & irrisiones, 6 Ob susurationem. 7 Ob iudicium temerarium. 8 Ob furtum & rapinam. 9 Ob defraudationem vectigalium. 10 Propter homicidium. 11 Propter fraudem in iudicio. 12 Propter accepta ex turpi causa.

CAPVT I.

De restitutione ob damnum spirituale.

1 QVi induxit aliquem ad peccatum sine vi, fraude dolo: vel à bono opere abduxit, non tenetur, restituere. Quia non contra iustitiam, sed contra charitatẽ peccavit, tenetur tamen ex charitate, ex qua quilibet tenetur, proximum abducere à malo, & reducere ad bonum. sed si hoc fecit per vim, fraudem, dolum; tenetur ex iustitia, non solùm vim amovere, & fraudem

dete-

detegere, sed etiam bonis modis à peccato abducere. Quia est causa iniusta damni, nam libertatem seducto abstulit. Molin. Vasq; Azor. Vnde qui falsam fidem docuit aliquem, tenetur dedocere. Qui à Religione vi, fraude, dolo, abduxit, tenetur dolum aperire, & damna Religioni compensare, quæ per hoc passa est. Sed si ex iusta causa dissuasit ingressum, ad nihil tenetur. Qui sine causa, sine vi, dolo, peccavit sed non tenetur, etiam si fuisset Novitius. Quia adhuc liberum fuit illi remanere, nisi fuisset Professus. Less Sot. Vasq; Et licet teneatur restituere qui mancipium alterius abduxit, alia tamen ratio de Professo qui inutilitatem, suam non in utilitatem Prælati se subiecit, ideo non est verè mancipium. Et licet dãnum fecerit Religioni, hoc processit à voluntate Religiosi, qui perinde poterat nihil in Religione laborare, sed si fraude aut vi, abduxit non tenetur quidem pro eo ingredi, cùm ad Religionem nemo cogatur. Vasq; Less Azor. Sed saltem tenetur alium inducere, Si possit commode nisi velit ipse se ductus reverti. Quia Religioni dãnum intulit Vasq; Bonac.

CAPVT

CAPVT II.

De Restitutione ratione violati secreti.

1 REvelavi secretum, præsertim sub sigillo mihi commissum, si ex eo grave sit secutum damnum, peccavi mortaliter. Quia gravem fecit proximo iniuriam: Si tamen non magnum secutum malum, est veniale. scilicet si aperiat tali, qui illud silebit, modo creditor secreti putari possit in hoc non graviter invitus Sed si secretum est magni momenti & revelans crediderit esse parvi. idq; re benè consideratâ, non peccavit mortaliter, quia bonâ fide processit: sed si non satis examinavit, an sit magni momenti, peccavit. Christus revelavit occultum peccatus Iudæ Quia ut in vitam eius, sic in famam habuit dominium.

2. Non peccat literas hostis, aut inimici aperiens, Quia facit non ut alicui noceat, sed ut se protegat *Mol.* Nau. Bonae. Sed quando ex apertione literarū secutum damnum, tenetur illud compensare Quia ipse est causa damni.

3. Qui tortura adactus revelavit secretū non peccavit. Quia cū suo gravi damno nō

tenetur celare, si tamen ex ea revelatione grave aliquod publicum damnum non sequatur, ut si miles captus revelet secreta Ducis. tenetur enim etiã sub periculo mortis secretum sileri eidem de Consiliario in re gravi præsertim si iuravit secretum, nam in re levi non censetur se graviter obligâsse unde nec peccaret graviter si rem leuem in in torturis revelaret, ex quo solum leve damnum publicum sequeretur. nec tenetur in tormentis gravibus silere, si grave sed non publicum damnum sequatur vnius hominis. Si tamen in hoc casu secretum iniustè extortum, tenendum esset etiam cum periculo mortis. Quia in pari causa melior est conditio possidentis, Azor Nau. Bonac.

4. Potest revelare secretum; dum non sit Sacramentale, si eius occultatio tendat in damnum Communitatis, vel alicuius innocentis. Quia hoc charitas exigit. Nav. Sylv. Molin. Imò etsi iuramento esset firmatum. Quia iuramentum vinculum non est iniquitatis & subintelligitur conditio, servabo secretum si revelare non tenebor.

5. Qui extra, nec in ordine ad Confessionem, dicit etiam Sacerdoti, dico tibi hoc sub sigillo confessionis non efficit secre-

cum Sacramentale, sed tantùm naturale, sed quàm strictissimum, quod si non vergat in damnum innocentis, aut Communitatis, ne Superiori quidem aperiri potest, quamdiu aliâ viâ non cognovisti. Quia superior non potest abrogare ius naturæ, & interrogatus de eo potest deludere aliquâ æquivocatione, idem de Iudice. Bonac. Valent. Rodriq. & qui hoc secretũ dolo aliquo extorsit, tenetur ipse ad non detegendum, & ad damna si quæ ex revelatione sequerentur. Quia in onus secreti se ĩmisit.

CAPVT III.

De restitutione ex ludo vel sponsione.

1 LVdus est contractus in quo conveuitur ut victori cedat aliquid. Prohibiti sunt tam Laicis quàm Clericis omnes ludi in quibus plùs valet fortuna, quam ars, & omnes per nomen aleæ significantur L. 1. de aleatoribus, & Can 4. Apostolico, ubi statuit, si Episcopus, Presbyter, Diaconus, aleæ vel ebrietati vacet, ut deponatur. subdiaconus, aut Cantor similia faciens, aut desinat, aut excõmunicetur, similiter & laici. Imò nec interesse ludo alearum possunt Clerici. cap. Clerici. 15. de vita & honestate. quod confirmat Trid. sess. 22. c. 1 de reform.

2, Vt ludus sit iustus. 1, Debent esse Lusores Domini rei de qua ludunt, 2. Ne alterum vi, dolo, fraude, ad ludendum cogat, alioqui sicut prior sic & iste restituere tenebitur quamquam quoad istum putant aliqui & oppositum probabile. 3. Vt non utantur fraudibus contra legem ludi, aliàs & quod ipse lucratus est, & quod alter lùcratus fuisset tenebitur restituere.

3. Qui in ludo vetito lucratus, potest restituere sed per sententiam Iudicis potest cogi. Quia contractus iure naturæ transfert dominium, & in pænam imponitur restitutio, & victus non tenetnr solvere.

4. Non potest retineri lucrum ex ludo licito ab eo, qui multùm excellit in ludo si hoc nescivit alter, Quia error intervenit, Qui habet animũ non solvendi si vict9 fuerit, non potest lucrum recipere. Quia alterum decipit. Religiosus si lucretur, debet restituere si ad hoc non habet consensũ superioris, Quia ipse perdere non potest. Idem de Filio non emancipato quia nihil potest exponere. idem de similibus ipsi. deniq; quantum aliquis paratus est perdere, tantùm lucrari potest. q

5. In sponsione debet uterq; esse incertus de futuro eventu, nam si unus certus

esset

esset, dolus interueniret, & lucrum recipere non posset.

CAPVT IV.

De Restitutione propter Detractionem

1 DEtrahens famam tenetur restituere Quia illam iniustè alteri abstulit. Sed ad suam famam quilibet habet ius, quamdiu illam non amisit. Si detrahat proximo graviter, dubitando an ille ad suam famam ius habeat, hoc est, an delictum sit eius publicum, peccat. Quia in dubio est melior conditio possidentis. quare hic cui detrahitur, adhuc manet in possessione suæ famæ.

2. Si quis audiat detractorem non excitando illum ad hoc, nec illi cooperando, cum absq; gravi suo incommodo obsistere non possit, si dubitat, an sit fàma illius cui detrahitur prostituta, hic detractor est in possessione suæ bonæ famæ, cùm nemo sit iudicandus malus nisi eius malitia clarè cognoscatur. quare audiens non debet putare illum agere cum iniuria illius cui detrahit. quare illum nec debet monere nisi sit vehemens præsumptio de contrario, atq; adeò nec tenetur restituere.

3. Detractio per hoc distingvitur à contumelia, quia Detractio fit ut furtũ seu absenti, contumelia præsenti. licet aliquando crimen ocultum ex causa iusta detegere, ut cum superiori aperitur ut ille corrigat eum quem ego corrigere non possum. Item non est detractio si illi crimen dicam, qui scit illud aliundė.

4. Detractio est gravior quæ fit animo nocendi alicui, & dicitur formalis Detractio. fieri potest octo modis, 1. Imponendo alicui falsum crimen. 2. Revelando verum, sed ocultum. 3. Amplificando verum. 4. Factum alicuius trahendo in partem malam. Et hi sunt quatuor modi directæ detractionis. Indirectæ vero sunt isti. Negando bene acta ab alio 2. Eadem imminuendo, uti & laudes illius. 3. Reticendo laudes, ut videaris tacitė reprehendere. 4 Ita frigide laudando ut sit instar vituperii: ita S. Th. 2. q. 72. a. 1. Priores modi detrahendi continentur hoc versiculo,

Imponens, augens, manifestans, in mala vertens.
Posteriores. Qui negat, aut minuit, reticet, laudatq; remissè.

5. Detractio venialis esse potest, si in re

parva fiat, vel in gravi sed sine plena deliberatione. proinde ex materia variatur, imò & ex circumstantiis Personæ, cui & à qua detrahitur, & hoc ipsum aliquando in Confessione exprimendum Aliud est enim detrahere Patri, aliud Sacerdoti, Prælato.

6. Detractio ratione materiæ iudicanda est mortalis. quando peccatum mortale alterius detegitur, imò & veniale, si per hoc gravis iniuria inferatur proximo, vel gravis confusio eius, vel Defuncto, ut si dicat esse spurium de quo nemo sciebat. quare si dicas de Milite, quòd fecerit duellum, non erit mortale quia per hoc non infertur gravis illi iniuria Simile est si reveles illius peccatum, qui se de illo iactat.

7. Qui detraxit Defuncto restitutio debet fieri eius Affinibus, si in eos ista infamia redundet; ipsi verò Defuncto per satisfactionem pro eius peccatis, per bona opera pro ipsius anima. Molin. Rebellus, in reliquis faciendum quod fit pro vivis.

8. Qui patefecit crimina: sed Personas non nominavit neq; indirectè non peccavit mortaliter. Sed quidsi dicat inter Sacerdotes huius Ecclesiæ est quidam simoniacus, in hoc Monasterio &c. videtur peccare, quia omnes coniicit in suspicionem.

9. Revelare peccatum illis qui amplius id non propalabunt idq; paucis etiam Coniugi, est mortale, Bonac. Sotus, Azor, Quia graviter lædit famam, etiamsi apud unicum, & potest fieri, ut illi unico maxi. nolit revelari crimen, is cui detrahitur, & potjùs maluerit sibi apud decem alios detrahi. Probabilis est etiam opposita sententia, etsi non tam communis, sed nostra tutior inconscientia.

10. Quirefert iniuriam sibi ab altero illatam, ut se de illo vindicet, peccar mortaliter. Quia facit detractionem formalem, si verò referat solùm, vt consolationem, vel consilium accipiat, nihil addendo quod hos fines excedat, non peccat mortaliter. Quia ad hæc ius habet. Less. Mol. Navar. Quare neque peccat, qui crimen alterius occultum aperit, ut consilium pro se capiat, vel ut sibi aut alteri præcaveat.

11. Pater cum Matre potest de filiorum occultis peccatis colloqui, item de famulorum deliberando de illorum correctione.

12. Qui complicem occultum in Confessione detegit non peccat, quando non potest aliter suum peccatum confiteri, nec potest Confessarium habere qui complicem non novit Soar. Bonac. Nau. Quia de præ-

cepto Divino debet facere integram confessionem, neque potest aliter. & hic propter vtilitatem suam aperit, & complex dum peccaret, huic se periculo exposuit. Interea tamen quantum possibile ignotus Confessarius est quærendus. Absolute verò non licet revelare. quando Pænitens ex illa revelatione vel sibi, vel complici, vel tertiæ personæ in vita vel fama timet extra confessionem. tum enim, si aliter fieri non possit, reticenda erit hoc circumstantia.

13. Qui solum refert quæ de alio audivit crimina nihil affirmando, nihil augendo, neq; addendo quod à dignis fide audiverit, nec coram illis qui rem propalaturi, nec sit ulla circumstantia, ex qua possit coniici illum affirmare, vix potest excusari à mortali cum in audientibus excitet suspicionem, ne fortè vera sint crimina, & aliunde quilibet obligatur ex charitate aliena crimina tegere. De cætero peccabit certò, & cum onere restitutionis. si aliqua ex dictis circumstantiis defuerit.

13. Notorium est crimen iure, de quo aliquis in iudicio confessus, vel de eo a testibus in eodem convictus, vel quod per iudicis sententiam manifestatum. Notorium verò ipso facto, quod v.g. in ipso foro

publico cōmiſſum eſt. Famoſū, dequo eſt fama aliqua ſufficienti ratione fundata. Si aliquo ex hoc modis, crimen factū eſt publicū poteſt in alio loco ſine peccato mortali narrari. Azor. Leſſ. Molin. Quia talis malefactor iam amiſit ius ad ſuam famam, & talia crimina ſolent in hiſtoria ſcribi. Sed ſi talis faſſus eſt crimen non interrogatus à Iudice legitimè, non amiſit ius ad famam. Quia delictum eſt iniuſtè publicatum. Sed etiam oppoſita circa hoc ſententia eſt probabilis. Nihilominùs à talium narratione ſemper eſt abſtinendam, nam etſi non peccaretur contra iuſtitiam, peccaretur tamen contra charitatem.

14 Si alter fuit infamatus, modo autē recuperavit famam, tunc in quibus notoriè infamatus, illa narrari poſſunt, quia in illis amiſit famam; ſed non poteſt dici quod etiam modò ſit talis, quare in talibus neceſſe eſt ſemper eius emendationem attexere, ſed poſſumus loqui de aliquo in carcerem intruſo, ſi ita incarceratus eſt publicè ut etiam ſit cauſa publica.

15 Qui putando crimen fuiſſe publicum de illo locutus ſtatim ac cognovit non eſſe publicum tenetur revocare. Quia ita famam alterius detinet, ſicut qui

aufert

aufert rem bonâ fide, qui statim atq; agnovit rem esse alienam, tenetur restituere. Sed quando bonâ fide detraxit non tenetur ad damna inde secuta, nisi tunc sint facta, quando fuit in mora restituendi post cognitionem sui erroris. Qui narravit verum de Petro. Audiens autem intellexit de Paulo, non tenetur ex iustitia revocare. Quia non est causa damni, tenetur tamen ex charitate.

16 Medici imperitiam imperiti etiam occultam possum detegere infirmo. Quia talis Medicus non habet ius ad famam suam cum damno tertii, ita licet occultum impedimentum detegere volentis ingredi Religionē; aut contrahendi Matrimonium aut aspirantis ad Dignitatem. Item revelandum est homicidium Petri quòd falsò imputatur Paulo, & propterea de vita periclitatur. Possunt admoneri ut sibi caveant à fure.

17. Scribens libellos famosos, vulgo pasquillos, siue id fiat per scripturam, sive per aliud signum, siue id superiori porrigat, ut hâc occasione peccata occulta fiant publica, sed verbis infamare, aut ad vnum tantum scribere, non est libellus famosus, nec si notoria scribantur. Libelli famosi

scri-

Scriptor graviter peccat, quia est causa gravis iniuriæ, & debet excommunicari. Cap. Qui alterius. 5 questus. & tenetur publicè revocare. Mol. Sylu. Quia publicè infamavit. Qui infamat Ordines Mendicantes debet excommunicari, excomm. reservata Papæ. Alex. VI. Constit. Exalto. non autem si infamet aliquem, Religiosum in particulari, & hæc pœna extenditur non solùm contra scripturam sed etiam contra publicatorem.

18 Seipsum infamare non est mortale. Quia quisq; suæ famæ Dominus, Sa. Less. Sot. Sed peccavit, si eius infamatio redundet in alios v. g. in Familiam, Religionem & restituere tenebitur, item si est Prælatus, quia eius fama prælaturæ necessaria, præsertim, si ex hoc sequatur scandalum, aut vitæ periculum. Sed neq; erit veniale se infamare ex causa rationabili, & hoc modo S. Augustinus scripsit sua peccata. Quia potest quis ex rationabili causa suas prodigere opes.

19 Qui iniustè, multò magis iustè interrogatus in torturis crimen suum occultum prodit, non peccat, sed si dixit crimen quod non fecit, secluso periurio, non peccavit mortaliter, etiamsi mors eius inde

seque-

seqveretur. Quia cum gravibus torturis, quæ illi de novo imminent, non tenetur vitam servare. Sed si levia tormenta imminerent, peccaret. Quia cum levi dolore tenetur vitam servare, qui autem etiam cum iuramento in priore casu falsum crimen sibi imposuit, si timet ne tormenta repetantur, non tenetur revocare. Quia periuriū iam est transactum, & tormenta gravia imminent, nisi inde in aliquem redundet infamia. Secus deberet facere si tormentorū non immineret metus. Sed propter bonum Commune, aut spirituale aliorum tenetur ad quævis tormenta.

20 Filius non potest imponere sibi falsum crimen ut Parentem à morte liberet, Quia non potest iustam mortem parentis impedire, multò minùs tormenta. Sed si Iudex non agit iuridicè sed iniustè, potest filius cum vitæ suæ periculo sibi absq; mortali falsum crimen imponere, tamen sine periurio. Quia licitum est pro Parente vitam exponere.

21 Si Committatur Petro crimen Pauli sub secreto potest illud revelare Petrus si gravia sibi immineant tormenta. Quia cum tanto suo incommodo non tenetur servare secretum in gratiam personæ privatæ.

22 Qui alterum incitat ad detrahendum & peccat mortaliter, & restituere tenetur. Quia est causa damni. Sot. Nav. Less. idem de eo qui ostendit sibi placere detractionem, & hic enim incitat, qui interrogat, insuper tales peccant contra charitatem, quia Detractorem inducunt in peccatum. Qui non incitat, sed tamen intra se gaudet de detractione, peccat mortaliter, sed non tenetur restituere. Quia actus internus eius non est causa damni, item peccat, qui cùm possit impedire Detractorem, non impedit. Sed si tenebatur ex officio impedire, etiam restituere tenebitur. Non peccat autem si videns, quòd gratis moneret, neq; ex detractione gaudet, tamen quantum potest, vel abire debet, vel aliò sermonem âvertere, vel tristem faciem monstrare debet. Impedire etiam non tenetur, si nescit, an delictum si occultum, iuxta Superiùs dicta.

23 Quando infamatus ipse famam reparavit, non tenetur eam Detractor reparare. Less Valent. Molin. Quia si rem meam à fure recipi, non tenetur eã mihi restituere. iam enim nullum patior damnum, ad damna tamen, si quæ sunt secuta, tenetur.

24 Quando sunt obliti illi, apud quos Detractor detraxit, non revocet. Quia potiùs per hoc noceret, quàm prodesset infamato. Obliti censentur, quando nullam illius infamiæ faciunt memoriam.

25 Si Petrus diffamavit apud Ioannem, Ioannes verò apud alios hoc ipsum sparsit, Petrus apud omnes tenetur famam Pauli reparare. Quia apud omnes extitit causa infamiæ, nisi prudenter præsumpsisset, de Ioanne quòd nulli ampliùs dicturus erat, quia tunc per accidens fuisset causa illius damni.

26. Qui alterius verum crimen, sed occultum detexit; restituendo non potest dicere se dixisse falsum: sed solùm debet ita iniuriatum laudare, ut eius crimen abstergat, & damna nihilominus restituat. Qui falsè crimen imposuit, debet fateri, se mentitum, si aliter non possit revocare. Quia debet adhibere media necessaria ad reparandam famam proximi. Qui publicè infamavit, debet publicè restituere.

27 Casus sunt novem in quibus detractor non tenetur restituere? Si Detractor iniuriati famam in alio genere ita auxit ut sit æquivalens: vel vicissim æquivalenter diffamatorem diffamatus infamavit, tum mu-

tuò

tuô sibi condonent, sed qui excessit, pro excessu restituat. 2 Si diffamatus condonet. Sed nunquam cum aliorum damno condonare potest, 3 Quando infamia in oblivionem abivit. 4 Quando diffamatus sibi reparavit famam. 5 Quando Detractor dixit crimen quod aliâ viâ factum est publicum. 6 Quando restitutio est impossibilis 7 Quando audientes non crediderunt Detractori. 8 Quando Detractor sine periculo vitæ suæ non potest restituere. Quia vita est dignior quàm fama. 9 Quando famæ alienæ restitutio fieri non potest sine graviori damno famæ propriæ, tamen etiam in hoc casu debet vel compensare, vel petere condonationem sed compensatio famæ non potest fieri per pecuniam, quia fama superat omnem pecuniam, nisi diffamatus malit pecuniam.

29 Tanta obligatio est ex detractione, ut licet hæredes Detractoris defuncti, non tenentur ad restituendam famam, quia hoc est onus personale: tenentur tamen ad damna ex infamatione secuta, nam hæc obligatis est realis.

CAPUT

CAPUT V.

De restitutione propter contumeliam.

1 QVi per contumeliam, aut irrissionem abstulit honorem alteri, restituere tenetur. Less. Azor. Quia rem alienam iniustè abstulit, quare, & cui abstulit & apud quos, & illi, & apud illos, restituere tenetur, si scilicet positivè honorem abstulit, Nam non exhibere honorem non iustitiæ, sed observantiæ opponitur: nec omissio honoris interpretativam continet contumeliã.

2 Honor restitui potest, vel dando alteri locum honoratum, vel aliquid æquivalens exhibendo, aut veniam petendo & damna inde secuta compensando.

3 Ex parva contumelia potest sequi mortale aliquo accedente, quia potest fieri scandalum, si scilicet per illam contumeliam inducatur aliquis ad gravè desiderium vindictæ, item, si irrideas aliquem propter devotionem, virtutem, erit peccatum contra religionem: si illudat Patri, erit impietas.

CAPUT VI.

Quid susurro teneatur restituere.

1 SVsurro dicitur, qui ut faciat inter aliquos discordiam, peccata alterius

narrat alteri. S. Th. 2. 2. q. 24. a. 1. Finis huius peccati est dissolvere amicitias, quare etiam est detractione gravius, quia non solùm in famâ & honore lædit, sed etiam in charitate hominum mutua. Vnde ex genere suo susurratio est mortalis. Quia grave damnum infert. Propter easdem, tamen causas excusatur à mortali, propter quas detractio.

2 Posse aliquando ab omni peccato excusari susurrationem, ut si quis nihil addendo aperit alterius peccatum, ut malam dissolvat amicitiam. Azor. Rebellus. Quia licitum est aperire peccatum alicuius ad evitandum grave damnum, ac proinde solvere amicitiam concubinariorum, furum, quando aliter solvi non potest: quàm aperiendo alterius peccatum.

3 Susurro obligatur ad restitutionem. Molina &c. Quia peccat contra iustitiam.

CAPVT VII.

De restitutione ex judicio temerario.

1 QVando circa aliquid ita hæremus ut nec affirmare, nec negare possimus, est dubitatio. Si ex insufficienti ratione adhæreamus vni parti, sed cum formidine magna oppositi, dicitur suspicio.

Si, cum parva formidine dicetur opinio; si firmiter ex certa moraliter ratione vni parti adhæreamus, erit iudicium, sed si id faciamus propter rationem valdè debilē, erit iudicium temerarium.

2 Iudicium temerarium est ex suo genere mortale. Tambur. Quia grave crimen proximo ex insufficientibus iudiciis affingit. Sed ut tale iudicium sit mortale, debet esse plenè deliberatum, non enim satis est si menti occurrat, aut repræsentetur. Quia adhuc potest non sequi ullum iudicium. 3. Vt sit in re gravi, alias sequeretur levis iniuria, gravitas sumitur ex gravi iniuria, quæ circa unam personam potest esse levis, circa aliam gravis. 4 Vt firmiter adhæreatur. 5 Et ex levibus coniecturis fiat, nam ex gravibus est iudicium certum. Iudicium est insufficiens, si ex tali casu rarò sequatur effectus: sufficiens, si ut plurimum sequatur. Suspicari etiam in re gravi, non est mortale, idem est de dubio ac opininione. Salas, Bannes. S. Th, quodli 12. d. 34 Quia suspicio in genere iudicij est actus imperfectus, atq; adeò non est plenè connexus cum proximi contemptu. Sed si processisset suspicio ex odio gravi v. g. suspicando quis mortuum suum inimicum

de eo gaudeat, erit mortale. Item si ex illa suspicatione, graviter contemneretur proximus, sed procederetur ad inferendum notabile damnum: vel si aliis suspicationem non inferret, de mortali, quia famā proximi gravi exponit periculo.

3 Qui dubitat an deliberam iudicaverit, si talis est timoratæ conscientiæ, interreget se tunc plene advertisset, an consentire voluisset? si noluisset, dicendum est quòd non peccavit mortaliter. Qui verò sunt laxæ conscientiæ facilè in peccatum consentiunt.

4 Temerarium iudicium est peccatum contra iustitiam. Quia violat ius quod alter habet, ut de eo benè sentiatur: vnde habet malitiam similem detractioni.

5 Ex iudicio temerario non oritur restitutio. Quia est actus merè internus Sed si manifestatus alteri, tū addetur detractio trahens restitutionem. Sed qui apud se solum iudicat, satisfacit si illud iudicium deponat, & ad hoc tenetur.

6 Dubia aliena facta in meliorem partem sunt explicanda, aut saltem de illis suspendendum iudicium est, sic negativè in meliorem partem explicabuntur. Banes. Valent. Mol. Quia ad hoc ius habet proximus, ne male iudicetur.

CAPVT VIII.

De Furis & Raptoris restitutione.

1 IN furto res proximi tollitur, sed sine vi in personam, in rapina vi tollitur inuito Domino. Si dubium est an sit invitus, præsumendum est illum esse invitum Quia nemo sua vult amittere minùs autem invitus liberalis quàm avarus. Aliquando tamen Dominus irrationabiliter invitus, ut cùm furiosus non vult sibi auferri gladium, aut alter librum hæreticum, ex quo discit hæresim. Ita solos eos appellant fures Iuristæ qui tollunt mobilia: Theologi, auferentem siue mobilia, siue immobilia.

2 Quantitas furti sufficiens ad mortale æstimanda respectivè ad Personam cui aufertur. Quia furtum est alterius damnificatio eo invito. Potest autem re ablatâ æquali, magis pauper damnificari quàm dives. Personæ quo ad hoc, possunt esse, Pauper, & Dives, vnde si à paupere auferat grossos decem, erit mortale: non erit si à Divite, sed maior requiretur materia, v. g. floreni tres. De mediocri proportionate discurrendum, sicut & de ditissimis quia his per pauca non infertur notabile damnum. Tambur. Medina. Sotus. Rursus si res quidem

parva est ablata, sed per hoc grave emergit damnum Domino: tunc non ratione materiæ, sed ratione damni, erit mortale, cum obligatione ad damna compensanda.

3 Qui modica furatur eidem, animo perveniendi ad summam notabilem, cùm parva aufert, peccat toties quoties, mortaliter. Sed sub mortali non tenetur primum modicum restituere, quia quòd peccaverit, mortaliter, non processit ex materia, sed ex affectu. Qui etiam sine hoc affectu modica furatur, ubi pervenit ad summam notabilem, peccavit mortaliter, si hoc aduertat, & sub mortali tenetur restituere. Sed furta ut unum constituant debent esse non valdè diversis temporibus, & in his furtis parvis maior summa requiritur ad mortale, quàm si simul auferretur. Quia minùs est invitus Dominus.

4 Qui à pluribus modica furatur eodē modo peccat, & restituere tenetur, ac si furaretur uni. Quia fecit damnum communitati.

5 Quando plures modica furantur ab eodem, si omnes id fecerunt ex mutuo cōsensu, singuli in solidum tenētur restituere. Si alter non consentiendo cum altero, singuli venialiter peccaverunt, & restituere

non tenentur sub mortali, sed si advertat, quòd etiam alij furentur, & ita consurgere damnum notabile. Henriq. Soar. docent, quòd peccat mortaliter.

6 Maior requiritur quantitas ad mortale, quando furatur Affinis, Filius. Quia Dominus minùs censetur esse invitus. Neq; facile potest præsumi quòd Pater Filium velit damnari ad infernum ob facta sibi furta. Sed de certa quantitate ad mortale, valdè inter se dissentiunt DD. Omnes tamen consentiunt, quòd Filius ubi pervenit ad notabilem quantitatem, item Affinis, teneatur restituere. Sed Filius suum furtum debet computare in divisione hæreditatis. De Religioso quoad furta extra Monasterium, item dicendum, quod de quovis alio: intrà monasterium, ut de Filio.

CAPUT IX.

De restitutione ob defraudationem. Vectigalium.

1 QUi defraudat iusta vectigalia mercibus imposita peccat & restituere tenetur. Soc. Sylv, Covarr. Quia Math. 22 dictum est. Reddite quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & hoc præceptum est universale, adeoq; omnes obligat iuxta leges Patriæ,

Quare & ille qui transmittit merces sine vectigali, si quidem cooperatur ad peccatum contra iustitiã, peccat & tenetur restituere, iuxta ea quæ supra dicta sunt de concausis. De cæteris in hac materia iudicandum est iuxta cuiusq; Regni statuta.

CAPVT X.

De restitutione propter homicidium.

1 ALiquando est iustum homicidium ut cum puniuntur Malefactores aut hostes in bello iusto occiduntur. Aliquando iniustum.

2. Cùm liceat contra iniustos aggressores nos tueri cum moderamine inculpatæ tutelæ. hoc est, non plùs agendo quàm quod sufficit ad nostri defensionem, ne aut mutileris, vulnereris, occidaris, etiamsi mors interea invasoris, quicunq. ille sit, sequatur, nec peccas nec ad restitutionem teneris. Ita omnes DD. Quia per legem naturæ vim vi repellere licet. Et ita etiam contra Amentẽ me possum defendere. Etiãsi Aggressor sit in mortali, & sic cum anima periturus, licebit tibi te defendere. Quia nec tu scis quod sis in gratia Dei, & pariter an ille perires. Sed tamen si in isto casu vitam tuam exposueris, peccabis.

Quia

Quia licet vitam tuam per alterius tueri non teneris tamen, cùm non sis eius dominus, proiicere eam non potes. Hoc tamen ipsum licet propter virtutem aliquam facere, sic Martyres fecerunt propter fidem sic licet ex pietate naufrago tradere tabula etiamsi tu ipse ideo sis periturus .

Sed non propter quemlibet id faciendum est. Quia charitas incipit â se ipso. Item possum me permittere occidi ex amore Patriæ, si vita mea non est necessaria Patriæ, vita verò Aggressoris est necessaria· Sic damnatus iustè ut pereat fame, potest cibos sibi oblatos respuere, ut obediat iudici. & de his & similibus intelligitur illud. maiorem charitatem nemo habet, quam ut animam suam ponat pro amicis suis, Moderamen tutelæ requirit ne plùs agas quàm sit necesse vg. satis minari, non procede ad verba. si non dedecet fugere fugias: non dedecet verò, Clericum, Religiosum, Filium, Coniugem, Fratrem. Ad defensionem, vel recuperationem bonorum occidere non licet

3. Extra dictum casum Malefactor à nullo privato occidi potest. Quia ad nullum privatum pertinet aliena peccata punire. & quando priuatus ex commissione Magistratûs occidit. tunc tanquam Mini-

ster

ſter publicus occidit, & reſtituere non tenetur. Qui a Satellitibus capiuntur occidi non poſſunt, quia nondum ſunt convicti.

4. Cùm iniuſtus homicida ad Confeſſionē venit de quinq; rebus interrogandus eſt. 1. Qualis ſit ipſe perſona, nam ſi Clericus, imò alius incidit in irregularitatem, & ſi in ea Miſſam dixit, novum mortale commiſit. 2. Qualis ſit qui occiſus; ſi enim Conſanguineus, vel Affinis: peccatum eſt non ſolum contra iuſtitiam, ſed etiam contra pietatem. ſi Clericus, aut Monachus, factum eſt ſacrilegium, & incurritur excommunicatio reſervata Papæ. Si Epiſcopus, eſt excommunicatio Bullæ Cœnæ. ſi occiſus eſt alicuius Pater damna debent compenſari, 3. In quali loco facta cædes, ſi in templo, eſt Sacrilegium & Eccleſia polluta. 4. Quot ad hoc vocauit auxiliarios, tot enim peccata commiſit: eos ad occidendum vocando. 5. Quamdiu fuit in voluntate occidendi: ſi ſubito occidit, unum peccatum commiſit: ſi per multum tempus fuit in odio, multiplicauit peccata. explicet etiam an in cadaver ſæuierit, hoc enim vocatur feritas: imò & crudelitatem in occidendo,

5. Satisfactio homicidæ talis imponenda.

da. Veniam petat ab occisi propinquis, damna iisdem resarciat. Pro anima occisi curet quavis septimanâ per annum Missam celebrari; peregrinationem ad loca sacra faciat.

6. Etiam qui indirectè occidit, tenetur ad damna Lugo. Rebellus. Sot. quia damna intulit. indirecti homicidii esto exemplum. Ioannes occidit occultè Petrum: homicidium hoc imputatur Francisco, & pro eo capite plectitur. Si ad hanc imputationem causam dedit Ioannes, hæc mors Francisci indirecta est respectu Ioannis. hoc damnum debet Ioannes Francisco compensare. quod soluit Franciscus Petri hæredibus Quia Ioannes tenebatur soluere Petro, & iam illa soluit Franciscus, neq; per hoc Ioannes a restitutione factus est liber, ergo Francisco debet solvere. Sed si Ioannes nullam causam dedit, ut cædes imputaretur Francisco. tunc nihil debet Francisco, quia neq; causa Physica, neq; moralis est eius damnorum. Vnde sequitur ut qui aufert pecuniam Auaro, si hic ex mærore moriatur. non debet quidquam ratione eius mortis, nam intentio neminem occidit. Similiter qui dicit alteri contumeliam, ex qua ille moritur. item qui arma

vendidit,

vendidit militi quibus ille damna fecit. Sed quidsi occidat Ioannes ipse, vel etiam non occidat Petrum, & cadaver collocet ante ianuam Pauli, propter quod Paulo homicidium imputatur, tunc Ioannes erit causa moralis damnorum Ioannis, & ad illa tenebitur. Sanchez.

6. Si Petrus Filio aut Famulo præcepit ut occideret. clarum est, quod tenetur ad damna. item si non iussit, sed graviter negligens fuit in custodiendo Filio, aut etiam animali, vnde cædes secuta, tenetur ad damna ante sententiam Iudicis, vel famulum aut animal tradere. Quia ita Iura sanxerunt propter bonum publicum. sed servus ante sui traditionem potest absq; peccato fugere, & ab aliis ad hoc iuuari, sed debet damna compensare ante sententiam. Quia iniustè damnificavit. Sed si Filius absq; ulla culpa Patris damnificavit, ad nihil tenetur Pater.

7. Quando factum est indirectum homicidium iniustum, mutilatio, vulnus, tenetur malefactor soluere nisi ipse solvendo incideret in extremam necessitatem. Sanch. Sed si quis ipse voluit occidi, tum homicida non tenetur ad damna, quia occisus talis cessit illis quæ ad eum spectabant: quæ verò

ad

ad alios, censetur velle ex suis bonis compensari, ita qui ad duellum procedunt consentiunt se ad nullam obligare restitutionē. Lugo.

8 Homicida tenetur solvere expensas necessarias in curationem, tum damna realia, in fama, honore, pecunia, inde secuta, Less. Lugo. Quia horum est causa iniusta. v. g. dum Artifex occiditur, detractis detrahendis solvendum est vxori, & filijs, quod ille si vixisset, in eorum commodum lucratus fuisset. Quando verò dubium an etiā habita non amisisset, prudentis iudicio colligendum, attentâ sanitate, ætate, industriâ, diligentiâ occisi, dempto periculo & labore. Ad impensas funeris non tenetur homicida, quia perinde occiso erant aliquando faciendæ. Si occisus nullos habet hæredes, tunc restitutio facienda pauperibus.

9 Si Homicida ita occidit, ut statim alter moreretur, nihil illi debet pro vulneribus. Quia defuit curatio. Quæcunq; per mortem damna sunt illata hæredibus, ijsdem debent restitui. Alimenta, læsio famæ debent restituj Filijs, Vxori, Parentibus. Quia hi censentur una persona cum occisi, sed alijs ex hoc capite nihil restituendum. Si occisus, ante mortem suam, remisit homi-

homicidæ cædem, tunc solam iniuriam condonavit, & non alia. Si remisit omne debitum, alimenta filiorum &c. non potuit remittere.

10 Homicida nihil debet Creditoribus occisi, & amicis. Quia non censentur vna persona cum occiso, nisi illum ideò occidisset ut his noceret. tunc etiam hæredes eius hæredibus occisi debent compensare damna. Vasq; Mol. Sanch. Quia adhuc illis non est satisfactum.

11 Si occisus est ipse qui provocauit ad pugnam, homicida non excedens moderamen inculpatæ tutelæ, non debet damna restituere. Quia non peccavit. Sed neq; si excessit, tenetur. Quia provocans censetur illis cessise, sed si absq; illius prouocatione facta cædes, tenetur.

12 Qui potuit fugere invasorem, & maluit occidere, tenetur restituere. Quia peccavit contra iustitiam. Qui causam rixæ dedit solis verbis, si occidatur, tenetur homicida ad damna. Quia iniustè occidit Si occisus est á Sociis provocati, ad hoc ab eo non vocatis. provocatus non tenetur pro Sociis restituere, secus si a vocatis. Si ex Sociis vocatis, aliquis occisus, qui eos vocavit tenetur ad restitutionem,

13 Pro bonis spiritualibus, quæ fecisset, si vixisset occisus, non tenetur homicida. Quia nescitur quæ bona illa fuissent, sed si habuit censum advitalitium occisus, ex quo disposuit certas Missas &c. curare, & per mortem cessavit census, tunc homicida illas Missas tenetur curare. Quia si tenetur temporalia damna compensare, qnin etiam non spiritualia?

14 Pro ipsa vita, mutilatione, cicatrice, nihil dandum est. Sanch. Less. Bonac. Quia hæc non sunt pretio æstimabilia.

15 Si quis adhibitâ diligentiâ, putavit esse feram, & occidit inimicum, quem etiã occidisset, si cognovisset, ad damna non tenetur, quia illa non intulit, voluntas etiam occidendi inimicum non prodit in actum externum. Si hoc animo sit iaculatus, ut sive sit homo, sive fera, occidam, tenetur. Quia iam opus externum fuit iniustum. Si volendo occidere Petrum, occidisti Paulum, non teneris ad restitutionem. Quia involuntariè, occidisti.

14 Qui alteri svasit homicidium, renetur ad restitutionem, si eventus est secutus. Quia verus est homicida, idem est de Mandente, consulente, etiamsi revocarint, si vi mandati, consilii, secutum homicidiũ

de

de quo vide, quæ diximus supra de Con-causis. Si aliquis dicat tibi. Ego in gratiam tui occidam Petrum, & tu sileas, censeris tacitè in necem consentire. Si confectum ratum habeas homicidium, non teneris restituere. Quia in homicidium non influxisti, & nemo id ratificare potest, quod non suo nomine factum. De restitutione ob adulterium, egimus in sexto præcepto.

CAPVT XI.

De restitutione ob falsitatem in judicio Publico.

1 SI Iudex accipiat munera contra iuramentum, aut leges, debet illa restituere. Quia illicitè accepit. Et vniversim accipere non licet. Quia est periculum ne pervertatur, si quis det Iudici munera ad redimendam iniustam vexationem, tenetur illa Iudex restituere.

2. Qui falsò alterius crimē denuntiavit, tenetur ad restitutionem. Denuntiatio est Paterna. quando crimen proximi solùm propter bonum & emendationem illius defertur. Quando verò ut delinquens puniatur, est denuntiatio Canònica. Accusatio est quando qui defert, suscipit in se onus probandi sed hic pro hoc se debet

subscribere & si non probaverit subiturus pænam talionis, quam non solvit denuntiator.

3, Iudices & alii qui habent constitutum salarium, si à Partibus aliquid acceperint, tenentur restituere. Molina, Couar. Adrian. Quia iniustè acceperunt. Qui non habent sâlarium possunt accipere iuxta taxam publicam, & si plùs acceperint, debent restituere. Quia taxa illa iusta, & quod supra illam, iniustum est, accipit enim supra id quod sibi debetur.

4. Iudici, Tabellioni &c. ne causam retardet, ne iniustè iudicet. si quid datur, debet restitui, Quia ad hæc tenetur. Inventor rei alienæ debet rem restituere, & tamen potest aliquid accipere. Quia non datur ei pro inventione rei. sed pro conservatione, labore, quem impendit Iudicibus verò aliunde solutus est labor, Datur etiam inventori ut reddat quod potuit occultare, & tunc redimitur iniusta vexatio, sed cum onere restitutionis. datur etiam ex pura gratitudine.

5. Testis si à longinquo accedat. potest aliquid accipere, in præmium laboris. Quia hic est pretio æstimabilis. Sed pro eo ut iustè testetur nihil potest accipere.

re, et si quid accepit, tenetur restituere Quia Cap. non sanè 14. q. 15, prohibetur quidquam accipere, & si quid accepit, debet prætcrea repelli à iudicio CSi testis §. dubia. Sed si Iudex, aut tabellio plùs faciat quàm debet ex Officio, potest aliquid accipere. Navar. Quia id est pretio æstimabile, nisi lex alicui prohibeat.

6. Si pro iudice, Tabellione pretium sit taxatum minus iusto, tunc ad mensuram iusti accipere non possunt. Si dubium an sit iustum, legi standum. idem de famulis. Quia invenirentur alii qui pro hoc seruient Præterea tales adiuncta solent habere privilegia. ne quis eos facile vi, aut iure aggredi possit, habent aliorum a se dependentiam, habent spem promotionis, subinde possunt obtinere donationes, quæ omnia sunt pretio æstimanda & si in illis fallantur, deserant locum.

7. Quando sententia accepto pretio fertur, ipso iure nulla est L, Venalis. Quando provocare non licet.

8. Iudex debet compensare Parti, si eius negligentia damnum patiatur dummodo id fuit dolo, vel latâ culpâ. Panorm. Quia ita definitur 12. cap. Quoniam de prolatione. tunc verò hæc negligentia commit-

titur

titur iuxta Ostiensem, quando negligit finiri causam, vel habere notarium uel non prouidet de Advocato, vel non reuolvit libros qui ad eius officium spectant multò magis si aliquid dolo fecit, & iuxta hoc protulit sententiam, vel per imprudentiam aliquid commisit, tenetur restituere.

CAPVT XII.

De restitutione acceptorum ob turpem causam.

1 QVi accipit aliquid ut malum faciat, tenetur non facere. & restituere Quia promissio ob turpem causam est invalida. L. si stipules. de verborum obligatione. Res turpis censetur quæcunq; est prohibita. Quare quod coniugatus pro Vxoris suæ adulterio, meretrix pro suo turpi actu promissum habet, tenetur ab eo recedere. Excipe si quid Adulter vel scortator liberaliter donavit, etsi ex motivo peccati.

2. Etiam pro facto peccato, si accepit, restituere tenetur. Quia accepit pro re quæ vendi non potest, licet multi cõtrarium teneant. Si detur non pro peccato, sed pro labore, oblectatione, etiã

in turpi causa. Ita S.Th. 2. 2. q. 32. a. 8. Caiet. Quia istæ res sunt pretio æstimabiles, sed si fiat excessus in pretio, ille restituendus erit, quia hoc idem est in cæteris contractibus. Quare sicut antea nullus est contractus de re turpi facienda, & promissio pretij fuit invalida, ita postquam opera est præstita potest exigi pretium. Nam peccatum quod fuit in contractu, non fuit contra iustitiam, sed contra aliquam aliam virtutem, contra quam pactum inibatur. Post perpetratum verò facinus, iam pretium non ordinatur ad faciendum peccatum, & ex iustitia debitum. pretium ante-facinus accipi non potest, quia obligaret ad patrandum facinus, & hoc intelligendum non solùm de meretrice, sed & de homicida, & similibus. Vnde in L. Dicitur In malis promissis rescinde fidem: in turpi voto muta decretum. Impia est promissio quæ scelere adimpletur. Post patratum verò facinus servanda est promissio, dum tamen non fiat solutio propter peccatum sed propter laborem, imò etsi non promisit, tenetur meretrici solvere consuetum pretium, quia censetur noluisse gratis dare vsum sui corporis.

3 Conjugata Viro, Filia Patri, Monialis monasterio reddere debet quidquid pro actu turpi accepit, sed occulte ut suæ famæ consulant. Si verò non est datum pretium, illis tenetur, quodsi illa acceperit non sit reddictura cui debet, dandum est illi, cui illa dare deberet. Si Meretrix accepit ab eo qui dare non potuit, ut est Religiosus, aut Filius non habens propria, restituat Patri aut Monasterio. Idem est si superior monasterij dederit ex hac causa meretrici. Quia non habet potestatē dandi ob talem usum.

4 Si Meretrix extorsit maius pretium aliquâ fraude v. g. fingendo se Virginem tenetur superfluum reddere, sed si id blanditiis, aut precibus obtinuit, non tenetur, sive sit publica, sive occulta. Occultæ tamen debetur maius pretium, quia exponit suum honorem periculo.

De restitutione propter omissum officium ita statuit Pius V. 1571 Ex proximo. Qui totum omittit siue sit curatus siue non Beneficiatus, omnes fructus illius diei restituat. qui Matutinum, dimidium fructuum. qui alias omnes horas, etiã dimidium. pro horis singulis sextam partem fructuum etiamsi in choro omnibus horis adfuerit.

Non satisfacit præcepto de dicendo officio, qui illud mentaliter dicit, aut ita vocaliter ut potius aliud agat.

Detrahentes Personis in præcipua Regni dignitate positis tàm Ecclesiasticis quàm Sæcularibus in Synodo Anni 1689 pro Diæcesi Posnaniensi ita sibi reservavit Illustrissimus & Reverendissim9 D. Stanislaus Wytwicki Episcopus Posnaniensis, & Varsaviensis, ut si quis habuerit facultatem ab omnibus illi reservatis, hic casus non intelligatur inclusus, nisi expressè facultas ab eo absolvendi specificetur.

APPENDIX
Ad Sextum Præceptum.

1 IN nullo casu extra coniugium, idq; in vas debitum, licet semen effundere quia hoc tenderet in impedimentum propagationis unde qui non vult esse coniux semen retineat, donec id per se efluat non datâ causâ voluntariâ.

2. Semen corruptum licet per medicinas extrahere sed rarissimè corrumpi contigit,

3. Signa corrupti sunt eadem quæ sumpti veneni. Quia est venenum.

4. Non licet ea provocare, quæ sunt ordi-

ordinata ad emissionem semiuis, ut motus titillatio, aspectus, imagines & lectiones, & cantilenæ turpes, contactus corporum. licet verò in Matrimonio. quia & finis illorum licitus.

5. Licet ea facere quæ alio fine solent fieri, dummodo non fiant hoc fine, ut equitare, potum aut cibum largiorem sumere Casistas legere, seipsum inspicere dum sit alia vera necessitas.

6. Per frictionem sui non licet corruptum semen emittere. Quia est periculosum propter adnexam huic actui voluptatem, & difficillimum est cognoscere an sit corruptum, & aliqui Medici dicunt hunc casum Metaphisycum, ut Scaliger. unde opus circa hoc peritissimos consulere Medicos & nemo in hac causa potest sui Iudex propter adnexum vehementem appetitũ.

7. Semen ex aliquibus facilè effluit, vel propter laxitatem meatuum, vel propter tenuitatem materiæ, vel propter pinguedinem, & tale solet esse sterile: vel quia retentiva est debilis.

8. Motus fiunt, vel quia Semen est copiosum, vel quia nimis calidum, & proterea fumos emittit. qui imaginationem commovent, & illa membra moto appetitu,

9. Pollutiones nocturnæ fiunt, vel cùm semen à se concitatur propter copiam vel acrimoniam, hinc sequuntur somnia seu imaginationes & fluxus & si semen directè concitetur, vel in concitato fiat voluntaria oblectatio, est mortale: quia in causa volita est eius effusio.

10. In Pueris qui nondum semen completũ habent, si concitent mẽbra. est mortale quia semen uolunt excernere. quod in illis est uelut in pomo immaturo.

21. Semen etiamsi absq; ulla oblectatione effunderetur, adhuc faceret mortale. Quia oblectatio tantùm addita est pro irritamento. Qui enim aliter vellet effundere? sed semen non est datum propter oblectationem.

12. Contra naturam est peccatum effundere semen extra vas mulieris. Quia unicus est finis propter quem dedit natura semen propagatio, qui in tali casu cessat.

13. Sodomia pollutioni addit malitiam quia affectum inordinatum addit erga Personam cum qua peccatur. qui se abesset, à pollutione per instrumentum animatum facta parùm differret.

14. Ieiunia prosunt contra peccata carnis, quia materiam seminis minuunt: sicu

& emissio sanguinis, Si quis tamen postquam se alimentis implevit ieiunet; solet acrius tentari, imo & nocturnam pollutionem pati. Quia calor naturalis dum non habet alimentum in quod agat, semen maturat & fumare facit. Dolor si magnus totam ad se abripit mentem, aut etiam semen calore uel frigore magno consumit, & mens circa alia parum agit. Morbus insuper spiritus animales debilitat, dissipat, constringit. idem est de labore.

14. Plerumq; ad eam speciem peccati magis propendent, quam initio gustaverunt Quia habitum contraxerunt qui ad similes actus inclinat, & memoria manet primæ oblectationis quæ stimulat.

16. Qui verè ab hoc peccato convertuntur, videntur per aliquod tempus non pati tentationes, propter gratias actuales acceptas, sed si de novo peccaverint, propter amisit difficulter retinentur.

17. Tres humores stlent fluere, urina, distillatio quæ membra humectat & cum modica vel nulla commotione effluit nec de ea plus curandum doces Caiet. opusc. 1. tr. 22, q. unic. a. 2. quamde sudore.

18 Cogitationes, imaginationes, intentiones in nobis aliqua oriuntur ex abundantia,

dantia, vel vescentia humorum, esset spirituum, ut in se experiuntur qui atrâ, vel etiam non atrâ bile laborant, & quas etiam excutere, etiam luctando non possunt, donec suaptè cessent, uti demonstrat experientia, & idem etiam fumi & seminis faciunt, & tales cogitationes, imaginationes, potiùs patimur quàm agimus & dæmon aliquando illas excitat, commovendo humores, vel spiritus, vel alio modo, tales etiam ab obiectis externis aliquando concitantur, & non constituunt peccatum, nisi in illas consentiamus, illis oblectemur, illas appetamus, illas volentes retineamus promoveamus.

Ad præsentem librum adiungendi Tres tractatus qui sunt in libro Duodecim Examinum Cleri. Omnia verò mea scripta cum omni reverẽtia Ecclesiæ S. Romanæ iudicio subiicio, & Maiori Dei gloriæ consecro.

